\* Ναύκληροι ] Ego quidem inivitis omnibus MSS. in hanc vocem nil mihi juris concessum putavi ; remanet itaque in textu : & certe veram quoque eam lectionem puto : nimirum quod ναυκράριοι dicatur, corrupta est pronuntiatio ex ναύκληροι, quo vitio, quæ de causa nescio : hi autem populi curabant tabulas, colligebantque publica vectigalia, ceteraque, puto, reipublicæ debita, siquidem Ἀμμονίους, ναυκράριοι οἱ εἰσπραττόμενοι τὰ δημόσια : at vero generali nomine antiquitus fuerit dicti ναύκληροι qui mercede conducti pensionibus colligendis operam locabant suam : ἐπὶ τοῦ μισθομένου ἐπὶ τῶν τὰ οἰκίαι ἐκλέγειν ἢ οἰκίαις ἢ συναικίαις, inquit Harpocratio : corruptus est in illa voce Hesychius, cui heic properantes utique medelam non faciemus : atque hinc illi ναύκληροι vel potius ναύκληροι scilicet dicti ; firmatque illam lectionem Aristotelis de Politia Athen. locus : horum vero ναυκλάρων tam munus quam nomen olim vile minimique fuisse habitum existimo, quapropter Clisthenes illis meliori muneris sui ratione ac conditione auctis ipsum quoque nomen mutavit. Hic vero, cujus modo mentionem feci, Ἀμμονίους locum integrum adponere juvat : Ναύκληροι καὶ ναυκράριοι διαφέρει : ναύκληροι μὲν γὰρ εἰσὶν οἱ ναῦν κερτημένοι, ναυκράριοι δὲ οἱ εἰσπραττόμενοι τὰ δημόσια χρήματα καὶ ναυκραρία, οἱ τόποι ἐν οἷς αἰνέκιντο τὰ κτήματα ἐλέγοντο δὲ ὁμοίως καὶ οἱ μισθωτοὶ τῶν συναικίων quæ sane sunt elegantia. Illos autem qui publicis vectigalibus colligendis præerant, ab Atheniensibus ναυκλάρους & δημαρχούς dictos, Argivi & Thessali δημουργούς appellabant, puto quasi τοὺς τῶν δήμων ἐργαζομένους, qui reipublica emolumento dabant operam : laborantem in illa voce Hesychium restituerunt eruditi viri : Etymologus : δημουργοὶ δὲ ἐκαλοῦντο παρά τε Ἀργείοις καὶ Θεσσαλοῖς οἱ περὶ τὰ τέλην publicum exactorem Plinius lib. VII. Ep. 18. Mox autem vulgo erat ναυκράριοι, restituit ναυκράριοι, & ita quoque Falckenburgii Codex legit, atque eodem modo ναυκράρια.

<sup>9</sup> Ναυκάρια ] C. V. titulum habet Ναυκράρια, dein ναυκραρία &c. KÜHN.

Ναυκάρια ] Post ναυκράριοι ut in MS. esse diximus, novum incipit membra in MS. sub hoc titulo : ναυκράρια deinde ita MS. ναυκραρία δ' ἦν τ. φ. δωκαίδεκατον μ. Et Leopardus VII. Emend. 19. recte etiam ναυκραρία habet. JUNG.

<sup>10</sup> Δωκαίδεκατον ] MS. δωδέκατον μ. & mox : καὶ ναυκαροι ἦσαν δωδέκα. SEB.

Δωκαίδεκατον ] MSS. δωδέκατον μ. καὶ (pergit C. A.) δωδέκα ναυκάριοι ἦσαν. C. V. ναυκράριοι ἦσαν δωδέκα τίσσαρις κατὰ τρίτην ἐκάστην, quæ interpunctio turbat. KÜHN.

<sup>11</sup> Καὶ δωδέκα ναυκάριοι &c. ] MS. καὶ ναυκράριοι ἦσαν δωδέκα τίτταρις κατὰ τρίτην ἐκάστην. Et Sebe-ri MS. partim consentit, ut in δωδέκα supra, & hic δωδέκατον & τίτταρις. Sed vulgata a Leopardus VII. Emend. 19. καὶ δωδ. ναυκράριοι ἦ. τίσσ. κ. τριττὸν ἐκ. bona videtur. Pro τριττὸν, antea mendose edebatur τριττὴν. curiam interpretatur Sigonius libr. I. de Republ. Athen. cap. 4. ubi πανστατονίον meminit hinc. JUNG.

<sup>12</sup> Εἰσφοράς ] Vid. Sigon. lib. IV. de Rep. Athen. c. 2. de hoc demarchon officio. JUNG.

<sup>13</sup> Διεχειροτόνου ] Suffragiis suis aut rata faciunt aut irrita. hoc enim est διεχειροτονίον ex appellatione Demosthenis contra Eubulidem, quod Demarchi exigebant pretium locationis & conductionis, ab iis, qui sana & alia loca publica conduxerant, nec solvebant statim tempore, amissaque Demi matricula popularibus proponebant libera suffragia ferenda de iis, qui in novam matriculam inscribendi, quive tanquam peregrini ex ea excludendi essent. KÜHN.

Διεχειροτόνου ] Εχειρίζον habet Falckenburgii Codex : scribe διεχειρίζον, optime, & ita quidem solet Pollux noster : supra Segm. 74. ἀλογίου δὲ δίκη ἦν κατὰ τῶν οὐκ ἀποδιδόντων λογισμούς, ὡς αὐτὸν διεχειρίζουσιν. In Glossis : Διαχειρίζειν, digerere, regere, tractare : τὰ τῆς πόλεως διεχειρίζει, res utriusque singulas ac universas tractare est apud Aristotelem.

<sup>14</sup> Ναυκάρια ] MS. ναυκραρία & sic scribe : ut etiam Leopardus dicto loco habet. JUNO.

<sup>15</sup> Ναῦν μίαν. ] Sigon. lib. IV. de Rep. Athen. c. 5. JUNG.

<sup>16</sup> Περὶ τριττῶν ἄρχων. ] Abest a C. A. τριττῶν ἄρχων τῆς τριττῶν ἄρχων : postea MSS. τῆς τριττῶν μόντοι ὁ ἄρχων τ. C. V. legit quidem τριττῶν, verum τῶν super scriptum est v. KÜHN.

Περὶ τριττῶν ἄρχων. ] Nullus titulus in MS. qui sequentia ita præcedenti membra adnectit : τῆς τριττῶν μόντοι ὁ ἄρχων. JUNG.

<sup>17</sup> Ὁ μὲν τῆς τριττῶν &c. ] MS. τῆς τριττ. μὲν ὁ ἄρχων. & mox τίτταρις. SEB.

Ὁ μὲν τῆς τριττῶν ἄρχων, &c. ] Is apud Etymologum & Suidam τριττῶν ἄρχων : mox γένη τριάκοντα sensus ipsaque rei ratio postulare videntur, observante Klibano : non tamen MSS. inivitis mutavi.



dicitur. Trittyarum vero singularum familia, tres sunt. Et tribus quidem, usque ad Cecropem, quatuor fuerunt, Cecropis, Autochthon, Acta, Paralia. Post Cranaum vero adnominatae sunt, Cranae, Atthis, Mefogaa, Diacris. Sed post Erichthonium, Dias, Palladia, Neptunia, Vulcania. Verum ab Ionis Liberis, Erichthone & Leonte, Hoplitae, Agicores, & Cades. \* Ab Alcmaeone autem, Apolline interrogato, multa nomina in decem redacta sunt:

ἐκαλεῖτο. <sup>18</sup> τριτύος δ' ἐκάστης γένη τρία. καὶ αἱ Φυλαί, τέως μὲν <sup>19</sup> ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν <sup>20</sup> τέσσαρες, Κεκροπίς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία· ἐπὶ δὲ Κραναοῦ μετωνομασθήσαν, <sup>21</sup> Κραναίς, Αἰθίς, Μεσόγαῖα, Διακρίς· ἐπὶ δὲ Ἐριχθονίου, Διάς, Αἰθναίς, <sup>22</sup> Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς. <sup>23</sup> ἀπὸ δὲ τῶν Ἴωνος παιδῶν ἐπὶ Ἐρεχθίως, Τελείοντες, Ὀπλήτες, Αἰγικόρεις, Ἀργαδεῖς. \* ἐπὶ <sup>110</sup> δὲ Ἀλκμαίωνος, δέκα ἐγένοντο ἐκ πολλῶν ὀνομάτων, <sup>24</sup> ἐλομένου τὰ παλαιὰ τοῦ Πυθίου,

18 Τριτύος &c.] Hæc verba ab alio hic inculcata videntur, infra enim sequuntur ἐκάστου δ' ἴθους γίνετριάκοντα· nam ἴθους, φρατρία, τριτύος idem sunt, τριτύος latine, tribus, ἀπὸ τριῶν, τριεπο φυλῆς· τριάκοντα etiam legit Valerius, vid. Harpoc. in γινεταί. Κῆνη.

19 Ἐπὶ Κέκροπος, &c.] *Regnante Cecrope* tantum quatuor fuerunt tribus, quarum prima ab ipso *Cecrope*, secunda a cognomine ejusdem; *Cecrops* enim αὐτόχθων cognominatur, tertia ab Ἀλλοο genero *Cecropis*, vel ἀπὸ ἀκτῆς, a littore, quarta a loco in habitationis maritimo appellata. Pro Παραλία C. A. legit Περαιία, Ρεραία, sed Παραλία receptum apud plerosque scriptores. Κῆνη.

20 Τέσσαρες] MS. τίτταρες. SEB. Τέσσαρες] MS. τίτταρες. vid. de his quatuor tribubus, & earum immutatis nominibus *Sigon*. lib. I. de Rep. *Athen.* c. 2. JUNG.

Τέσσαρες, &c.] Nomina τῶν φυλῶν aliter paululum in Codice *Falckenburgiano* sunt disposita: nimirum Αὐτόχθων καὶ Κεκροπίς &c. videndus est *Eustathium* ad *Iliad.* β. & de his omnibus *Menfium* isthoco libello, quo nomina τῶν φυλῶν studiose collegit: sæpius quibusdam ex hoc *Pollucis* loco petitis utitur, eaque cum illustrat cum emendat.

21 Κραναίς] C. A. Κραναίς· hujus tribus participes dicerentur Κραναίς, ut qui tribus *Διακρίδος*, *Διακρίς*. vid. *Hesych.* in *Διακρίς*, id est, *montanis*. alii retinent vocem *Διάκρια*, *Diacris*. Κῆνη.

22 Ποσειδωνιάς, &c.] MS. Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστίας, παροχτονας. JUNG.

23 Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴωνος π. &c.] Leg. ἐπὶ Ἐρεχθίως Γελίοτες, Ὀπλίται, Αἰγικόρεις, Ἀργαδεῖς. *Gual. Cant.* nov. lect. V, 19. emendans ibidem & *Plutarch.* in *Vit. Sol.* fol. 65. ex *Herod.* lib. V. fol. 196. SEB.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴωνος π. &c.] C. A. καὶ ἀπὸ τῶν Ἴωνος παιδῶν ἐπὶ Ἐρεχθίως Τελείοντος Ὀπλίταις. C. V. ἀπὸ δὲ τῶν Γ. π. ἐπὶ Ἐρεχθίως Τελείοντος Ὀπλήτες, *Perisomus* ita: ἀπὸ δὲ τῶν Γ. π. ἐπὶ Ἐρεχθίως Λιόντις, Ὀπλήτης, Αἰγικόρης, Ἀργαδῖς. *Menf.* de *Regno Astico* lib. II. c. 10. Τελίοτες, Ὀπλίται, Αἰγικόρεις, Ἀργαδῖς, videtur mihi locus ita constituendus: καὶ ἐπὶ Ἐρεχθίως ἀπὸ τῶν Ἴωνος παιδῶν, Τελίοτες, Ὀπλήτες, Αἰγικόρεις, Ἀργαδῖς, ut retineantur nomina eo casu, quo prolata extant apud *Herod.* lib. V. pro Γελίοτες legere quis mallet Τελίοτες· de quo *Apoll.* lib. III. Κῆνη.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴωνος π. &c.] MS. ἀπὸ δὲ τῶν Ἴωνος παιδῶν ἐπὶ Ἐρεχθίως, Τελίοτες, Ὀπλήτες, Αἰγικόρεις, Κάδεῖς. Quæ vulgaris longe saniora. *Sigonius* lib. I. de Rep. *Athen.* cap. 2. longe aliam lectionem profert: *Erechtheus*, ait, *eiusdem* (tribus) *ab Ionis filius*, a quo ipse in bello *Eleusinio* adjuvatus fuerat, appellavit Ὀπλίταις, ἰργατάς, γεωργούς, & Αἰγικόρας, ἀρματούς, ἀρτίφεις, ἀγροκόας, & *caprarios*: quæ omnia in *Pollucis Commentario* sunt oblata. Sed patet cum magis *Plutarchum* in *Solone*, quam *Pollucem* nostrum sequuntur. Illa itaque prima ita ἀπὸ δὲ τῶν Ἴωνος παιδῶν ἐπὶ Ἐρεχθίως Γελίοτες, Ὀπλήτες, cum MS. nostro scribe, nisi quod is Τελίοτες habet, T pro Γ veteri errore non

taro. Γελίοτες enim bene a Gelconte Ionis filio restituit *G. Canterus* V. Nov. lect. 19. tum autem 25. ubi MS. sicut vulgati habent, pro Κάδεῖς, idem *Canterus* ibidem optime restituisse videtur Ἀργαδῖς. Locus *Herodoti*, quo & ipse nititur, & qui hæc omnia illustrat ex *Terpsichore* cap. 66. adscribendus est: μετὰ δὲ, τετραφύλους ἰόντας Ἀθηναίους, δικαφύλους ἐποίησε, τῶν Ἴωνος παιδῶν Γελίοτος καὶ Αἰγικόρους καὶ Ἀργαδῖω καὶ Ὀπλήτος, ἀπαλλάξας τὰς ἰωνικὰς ἐπιχωρίων δ' ἐτέρων Ἡρώων ἰωνικὰς ἰξυρῶν, παρέξ Αἰακῶτος· τούτων δὲ, αὐτὸ ἀστοργεῖτο καὶ σύμμαχον εἶδον ἰόντα, προσέθεντο. De *Clistene* loquitur. an itaque potius προσέθετο legendum? certe interpret *adjectis* interpretatus est. Alias illud Τελίοτες valde hæret in libris, ut & in nostro MS. & adhuc apud *Euripidem* in *Ione*, & *Plutarchum* in *Solone*: malim etiam apud *Nostrum* scribere Αἰγικόρεις, ut apud *Plu.* est. JUNG.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴωνος π. \* ἐ. Ἐρεχθίως τε \* καὶ Λιόντος, Ὀπλίται, Αἰγ. \* Κάδεῖς] Hæc erat priorum editionum depravatissima ac deformis plane lectio, quam vario modo calligavimus, ac meliorem fecimus. Τοῦ Ἴωνος παιδῶν, textus habet τῶν, quæ lectio *συγτάξως* sequitur normam, atque ita *Κηνήσις*. Pro Ἐρεχθίως *Κηνήσις* in textum retulit Ἐρεχθίως, quæ quoque lectio in Codice *Falckenburgis* reperitur, & ita ad oram sui libri *Doctiff. Canterus* emendavit. τὴ καὶ Λιόντος, Τελίοτες, cum *Κηνήσις* omnibusque MSS. restitui: *Canterus* ad Codicis sui marginem Γελίοτες· tum Ὀπλήτες· restat Κάδεῖς, Ἀργαδῖς *Doctiff. Canterus* legit: atque hæc omnia in ejus quoque sunt *Emendationum* libris: malim hanc lectionem sequi, quam quæ a *Κηνήσις* erat restituta Ἀργαδῖς, cujus ratio ex *Jungertmanni* nota petatur. Eruditi viri singula cum cura perscrutantes nobis hæc illustratiora facient, ac planiora. Sed obiter *Hesychio* operam demus, apud quem ita lego: Αἰγικόρας \* τληῆς· varie hic eruditi viri in hoc loco tricanur: liceat nobis, cum aperte mutilus sit, unica vocula addita legisse: Αἰγικόρεις seu Αἰγικόρης, φυλῆς ὄνομα· ac tum quidem omnia plana: addam & huic rei stabilientiæ & illustrando *Polluci Stephani* locum, prout in antiquis editionibus legitur: Αἰγικόρεις (leg. Αἰγικόρεις) οὐκ ἴσθι δῆμος τῆς Ἀττικῆς ὡς τινὲς, ἀλλὰ φυλὴ παλαιὰ μία τῶν τεσσαρῶν τῶν ἀπὸ Ἴωνος (τῶν ἀπὸ Ἴωνος, & exciderit forsitan παιδῶν)· quin vero id ex iis quæ sequuntur certum est) τέσσαρες δ' εἰς αὐτῶν, Αἰγικόρεις (Αἰγικόρεις vel Αἰγικόρεις) Ἀργαδῖς, Γελίοτες, Ὀπλήται· ἢ φυλὴ τοῖν Αἰγικόρεις leg. Αἰγικόρης. Posses itaque in nostro quoque *Polluce* levissima mutatione recte legere Ὀπλήται· sed ductum malui MSS. *Κηνήσις* præcipientis vestigia sequi: Videndi autem sunt ad *Stephanum* eruditissimi Commentatores.

24 Ερομένου] *Interpr. interrogato Apolline*, sed valde dubito an ἔρομαι ullibi sit interrogor. *Hesych.* ἐρόμανες, ἐρωτῶν. πυθόμενος, interrogans, περσοπιατῆς· ideoque vellem legere, ἐκ πολλῶν ὀνομάτων ἐλομένου τοῦ Πυθίου, *Pythio* ex multis nominibus eligente. multa scilicet nomina oraculo proposita fuerunt, ex quibus elegit, quæ voluit singulis tribubus imponenda. vid.





<sup>25</sup> Ἐρεχθίς, Κεκροπίς, Αἰγίς, <sup>26</sup> Πανδιωνίς, <sup>27</sup> Ἀκαμαντίς, Ἀντιοχίς, <sup>28</sup> Λεοντίς, <sup>29</sup> Οἰνήϊς, <sup>30</sup> Ἰπποθωντίς, <sup>31</sup> Διαντίς. προσετέθησαν δὲ <sup>32</sup> αὐταῖς δύο, Ἀντιγονίς, καὶ <sup>33</sup> Δημητριάς, αἳ ὕστερον <sup>34</sup> μετωνόμασαν Ἀτταλίδα, καὶ <sup>35</sup> Πτολεμαίδα. Ἀπὸ δὲ Φυλῶν, <sup>36</sup> τὸ Φυλοκρινεῖν ὀνομάσθη. καὶ <sup>37</sup> ὁμόφυλος, ἀλλόφυλος, Φυλήτης, Φυλίων θεῶν ἱερά, <sup>38</sup> ἐμφύλιον αἶμα, ἐμφύλιος πόλεμος, <sup>39</sup> καὶ τὰ ὅμοια. \* οἱ <sup>40</sup> Φυλοβασιλεῖς, ἐξ Εὐπατριδῶν δὲ ὄντες, μάλιστα

Erechthis, Cecropis, Ægis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Oenias, Hippothontis, Æantis. His vero addiderunt duas, Antigonidem, & Demetrium: quas postea Attalidem, & Ptolemaidem nominaverunt. A Tribubus autem, tributim judicare dicitur. Contribulis, alienigena, Tribulis, Tribalium Deorum sacra, tribunitius sanguis, intestinum bellum, & his similia. \* Tribuum Reges ex Eupatridis existentes in primis

*Etymolog.* in ἰπώνυμοι, ubi citat ὁ πύθιος ἴλιτο. KÜHN.

Ἐρομένη] Alio ordine MS. τοῦ πύθ. ἱερομ. JUNG.

Ἐρομένη] Locupletius hic &, ni fallor, melius vulgatis ceterisque MSS. habet *Falckenburgii* Codex: ἱρομένου τὰ παλαιά, quibus si *Kühniannam* emendationem adhibueris, sana erunt ac integra hæc: nimirum ex propositis nominibus *Apollo* antiquiore selegerat sanciveratque: Hæc itaque in textum retuli, & *Kühni* ἱερομένου reposuerat.

<sup>25</sup> Ἐρεχθίς] C. V. melius Ἐρεχθίς, ita & θάλασσα dicta est Ἐρεχθίς, quam *Neripus* elicit e petra tridente percussa. *Apollod.* lib. III. eodem modo laudatus Codex pro Αἰγίς Αἰγίς ex *Hesych.* & *Andocid.* Orat. I. ut & pro Οἰνίς legit C. V. Οἰνίς. dein C. A. Ἰπποθωντίς, cui præfero vulgatum. KÜHN.

Ἐρεχθίς] MS. habet Ἐρεχθίς & Αἰγίς, non ut vulgo Ἐρεχθίς & Αἰγίς. Et profecto illa forma rectior, Ἐρεχθίς ab Ἐρεχθίως. Αἰγίς ab Αἰγίως. emenda itaque vulgata. *Harrocratio*: Αἰγίς, φυλὴ ὀνομάσθη ἀπὸ Αἰγίως τοῦ Πανδίωνος, ἔθνη οἱ φυλῆται Αἰγίδια. Eadem fere ὁ ἰθνηγογράφος. *Hesych.* Αἰγίς φυλὴ Ἀθήνησι. sed aperta hæc, quidque æta lupinis distent nemo non videt. Et bene *Sigonius* lib. II. de Rep. Ath. c. 2. ubi has tribus enumerat, *Erechtheis*, & *Ægeis* habet. JUNG.

Ἐρεχθίς] *Falckenburgii* Codex, Ἐρεχθίς, Κεκροπίς, & mox Οἰνίς: nimirum, quod sæpius in recentiori scriptura fieri amat, & degeneravit in *i*. Nos autem MSS. secuti fidem elegantiorum scripturam in textum reposuimus, Ἐρεχθίς, tum Αἰγίς, & mox Οἰνίς, cui cum usu nitidiorique analogiæ norma convenit melius.

<sup>26</sup> Πανδιωνίς] MS. Πανδιόνις. Et emenda Πανδιόνις, per *o*. *Harrocratio*: Πανδιόνις: Δημοσθενὲς κατὰ Μειδίου: μία τῶν δέκα φυλῶν παρ' Ἀθηναίους ἴσθι, κληθεῖσα ἀπὸ Πανδίωνος τοῦ Ἐρεχθίου, ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ λέγουσι, καὶ Ἰπποθωντίς ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμησίου. quamvis apud eum vulgo sit Πανδιωνίς, ut & *Pollucis* editi, sed in loco *Demosthenis*, quem laudat *Harrocratio*, est, τῆς Πανδιονίδι φυλῆς. JUNG.

Πανδιωνίς] Ita erat vulgo per *o*, sed male: emendavi itaque.

<sup>27</sup> Ἀκαμαντίς] In MS. nostro male omissa est Ἀκαμαντίς, de qua vid. *Harrocratiorum* in Ἀκαμαντίς, & *Ethnicographum* in Ἀκαμαντίων. JUNG.

<sup>28</sup> Λεοντίς] Ἀπὸ τοῦ Λέοντος nimirum, quodam heroe suo eponymo, de quo & aliis novem harum tribuum vid. *Pausania Attica* non longe ab initio, & *Demosthenis* Orationem funebrem. male apud *Sigonium* lib. II. de Rep. Athen. cap. 2. est *Leonis*. Et certe *Demosthenes* in Ἐπιταφίῳ non *Leonida*, sed *Λεοντίδα* habet. JUNG.

<sup>29</sup> Οἰνίς] Pro Οἰνίς, iterum scribe ut in MS. est, Οἰνίς, & Οἰνίς bene *Sigonius* ibidem. *Harrocratio* in Οἰνίς. JUNG.

<sup>30</sup> Ἰπποθωντίς] Ἰπποθωντίς & MS. habet, sed malim scribere Ἰπποθωντίς. Ἰπποθωνίς, heros nimirum ερωγυμύς, & Ἰπποθωντίς ἡρώων, & Ἰπποθωντία πατρῴα

ex *Neripus* patrat *Pausania* in *Atticis*, & Ἰπποθωντίδα apud *Demosth.* ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ scribendum puto, ubi Ἰπποθωντίδα, alio vitii genere. JUNG.

<sup>31</sup> Διαντίς.] *Herod.* lib. V. solum *Ajacetem* peregrinum esse ex omnibus, qui nomina dederunt tribubus Atticis refert. ex eodem loco apparet, quo tempore hæc impositio nominum facta sit. nempe sub *Clisthene Alcmæonis* principio. pro *Clisthene Nolter* nominat ipsum *Alcmæonem*, non Regem ultimum Atheniensem, qui vixit usque ad *Olympiadas* VII. annum tertium, sed *Alcmæonem Psiffiratis* hostem per *Megacle* filium & posteros expulsi, cujus tempus incidit in *Olymp.* 67. Conciderent *Pollux* & *Herodotus*, si in *Polluce* legeremus, ἐπὶ δὲ τῶν Ἀλκμαίωνος, sub *Alcmæonidis*, ut in præcedentibus, & sic sequeretur *Pollux Herodotum*. KÜHN.

<sup>32</sup> Αὐταῖς] C. A. αὐτῶν. male, vulgatum satis probum, nisi quis malit αὐτῶν, *verum*. KÜHN.

<sup>33</sup> Δημητριάς.] MS. *Δημητριάς* πατοxytone, ut supra *Segm.* præced. alia duo. JUNG.

<sup>34</sup> Μετωνόμασαν] C. A. ὀνομάσαν. lectio vulgata plus habet significationis, nam μετονομάζειν est veteri expuncto nomine aliud nomen in ejus locum surrogare. KÜHN.

<sup>35</sup> Πτολεμαίδα.] MS. vitiose Πολεμ. JUNG.

Πτολεμαίδα] Vox præcedens in Codice *Falckenburgiano* scripta erat: ἀπαλίδα. male.

<sup>36</sup> Τὸ Φυλοκρινεῖν] *Hesych.* Φυλοκρινεῖν, τὰς φυλὰς διακρίνει, &c. KÜHN.

Τὸ Φυλοκρινεῖν] *Etymol.* Φυλοκρινεῖν, διακρίνει, καταδικάζει παράγωγος.

<sup>37</sup> Ὁμόφυλος] C. V. duplicat λ legendo ὁμόφυλος, quod factum nollem. KÜHN.

Ὁμόφυλος] MS. ὁμόφυλλος. JUNG.

<sup>38</sup> Ἐμφύλιον αἶμα] Ἐμφύλιον αἶμα est sanguis civium, qui sub unam tribum redacti, & in genere dein sanguinem bello civili fufum notat, sive fuerint in una tribu, sive non. KÜHN.

<sup>39</sup> Καὶ τὰ ὅμοια.] Absunt hæc verba a C. A. ut & reliqua, quæ sequuntur, nempe ab οἱ Φυλοβασιλεῖς &c. usque ad finem hujus capituli. At C. V. τὸ, οἱ Φυλοβασιλεῖς usurpat loco novi tituli. vid. & *Hesych.* in Φυλοβασιλεῖς. KÜHN.

Καὶ τὰ ὅμοια.] Desunt in MS. καὶ τὰ ὅμοια. Et sequitur novum titulum, sub titulo: οἱ Φυλοβασιλεῖς. titulum incipit: ἐξ Εὐπατριδῶν &c. pro quo male priores editiones Εὐπατριδῶν quas recte etiam correxit *Deberus* nolter in mendoso Φυλοβασιλεῖς: in quo tamen & eruditissimus *Sigonius* lapsus est lib. I. de Republ. Athen. cap. 4. extremo scribens: Neque vero solum reges, sed etiam amici regis operati sacri sunt, in Regia porticu confidentes prope *Bycolantem*, ut notas *Pollux*. Sed aliter interpretandi hi Φυλοβασιλεῖς, de quibus & infra *Segm.* 120. potius tribuum reges. eorum mentio & apud *Hesychium* scribentem: Φυλοβασιλεῖς, ἐκ τῶν φυλῶν αἰρετοί, οἱ τὰς θυγίας ἐπιτελοῦντες. JUNG.

<sup>40</sup> Φυλοβασιλεῖς] Pr. ed. hic & *Segm.* 120. Φυλοβασ. sed MS. Φυλοβ. SBB.



facrorum curam gerebant, confidentes in palatio, quod circa Bucolium est. Quum autem quatuor tantum tribus essent, in ternas partes singulari dividebantur. & hæc pars, trittys nominabatur, genus, & phratia. Singulorum vero generum familiae erant triginta, ex totidem Viris constantes, quæ Trigelimæ vocabantur. Et ejusdem familiae, seu generis participes, Cognati, Collactaneique, cognationis quidem non ejusdem, sed propter conventum hunc, nominabantur. Tres autem erant gentes olim, Eupatridæ, Geomori, Demiurgi.

τῶν ἱερῶν ἐπεμελοῦντο, συνεδρεύοντες ἐν τῷ βασιλείῳ τῷ παρὰ τὸ βουκολεῖον. ὅτε μέντοι τέσσαρες ἦσαν αἱ φυλαὶ, εἰς τρία μέρη ἐκάστη διήρητο· καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριτῦς, καὶ ἔθνος, καὶ φρατρία. ἐκαστοῦ δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα, ἐξ ἀνδρῶν τοσοῦτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες. καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους, γενῆται, καὶ ὁμογάλακτες, γένει μὲν οὐ προσήκοντες, ἐκ δὲ τῆς συνόδου οὕτω προσαγορευόμενοι. τρία δὲ ἦν τὰ ἔθνη παλαιά, Εὐπατρίδαι, Γεωμόροι, Δημιουργοί.

41 Τῷ βασιλείῳ ] Per βασιλείον intelligerem *porticum regium*, quæ βασιλική, βασιλείος & βασιλείου dicitur, ubi Rex sacrorum jus dicebat. postea leg. τῷ παρὰ τ. β. C. V. βουκολεῖον videtur autem βουκολεῖον fuisse domus sacra, in quam recondebant Athenis parastiti quisquid collegerant singuli ἐκ τῆς βουκολίας, id est, ἀγροικίας, ex agris sibi attributis, sive hordecum fuerit, sive alii fructus debiti sacris peragendis. vid. *Athen.* lib. VI. c. 6. KÜHN.

τῷ βασιλείῳ, τὸ] MS. τῷ βασιλείῳ, τῷ π. Et sic jam in meo Codice contexeram. JUNG.

τῷ βασιλείῳ, τὸ] Restitui in textu τῷ, & mox cum Kühnio ὅτι paulo post vulgo quoque male erat διήρητο. Kühnius emendaverat.

42 Βουκολεῖον.] MS. Βουκόλιον. ὅτε μ. quod ὅτε etiam H. Stephanus in suo libro pro vulgato ὅτι emendaverat, nec aliter legendum ex sequentibus patet. JUNG.

43 Ὅτι μέντοι ] Ὅτι φησὶν in γενῆται legit, nec aliter *Interpr.* deinde διήρητο, quod confirmat & C. V. KÜHN.

44 Διήρητο ] MS. διήρητο & sic scribendum est. *Harrocratio* in γενῆται eodem modo: ἐκάστη δὲ φυλὴ τριχῆ διήρητο &c. JUNG.

45 \* Καὶ τὸ μέρος τοῦτο ] *Sylb.* leg. καὶ τὰ μέρη ταῦτα. Sæb.

\* Καὶ τὸ μέρος τοῦτο ] Leg. καὶ ἕκαστον μέρος τούτων, *Et hanc partes singula* &c. ex *Harrocr.* in γενῆται. KÜHN.

\* Καὶ τὸ μέρος τοῦτο ] MS. prima ut vulgari, καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκ τριτῦς, tum ita & hoc ordine: καὶ φρατρία, καὶ ἔθνος ἐκάστου &c. Sed pro illa lectione, καὶ τὸ μέρος τοῦτο, mavult H. Stephanus aliter legere, ita enim ad hunc locum adnotavit in suo Codice: *fort. καὶ τὰ μέρη ταῦτα. Nam ita legendum esse, videtur colligi ex Etymologo in τριτῦς, vide & Thes.* Et *Etymologicon* ita quidem: τριτῦς, τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς· αὕτη γὰρ διήρηται εἰς τρία μέρη, τριτῦς, καὶ ἔθνη, καὶ φρατρία· quo pacto & ex *Harrocratione*, qui se ait ex *Aristotele* ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ hæc tradere, profert H. Stephanus in *Thesauro*. JUNG.

46 Καὶ φρατρία.] Alii φρατρία, quasi φρατρία ἀπὸ

τοῦ φράτος, quod *apud ruico* usi sint, ut pagi ἀπὸ πηγῆς, quia circa fontes primum pagi conditi, quidam deducunt φρατρία a πατριά. vid. *Dionys. Halicarn.* lib. I. *Antiqq. Rom.* KÜHN.

Καὶ φρατρία.] φρατρία in suo Codice Kühnius; sed utraque accentus ratio est in usu: vide de φρατρία *Moschorum* ad *Hom.* β. v. 263. ab eruditissimo viro *Scherperzelio* publicæ luci donatum, & *Eustathium* in eundem locum. Videndæ quoque *Glossæ Nomica* in τριβους, quæ ipsi τριτῦς, φρατρία vero *curia*: *Mousinus* hæc de re pluribus egit locis.

47 Τριάκοντα, ἐξ ἀνδρ. &c.] MS. τριάκοντα καὶ ἐξ ἀνδρῶν τσο. JUNG.

48 Τριακάδες.] *Hesych.* τριακάς, ἡ τριακαστὴ τοῦ μηνός, καὶ σύστημα τι τῶν πολιτῶν. priorem significationem tantum habet *Harrocr.* in τριακάς. KÜHN.

49 Γενῆται ] Alii γενῆται. vid. *Harrocr.* h. v. sed *Cyrillus de Differ. Pollucis* lectionem tuctur distinguendo inter γενῆται & γενῆται, inter γενῆται & γενῆται. C. V. pro γίνω leg. γίνω. KÜHN.

Γενῆται ] MS. γενῆται (sine accentu) κ. ὁ. γίνω &c. Apud *Hesych.* γενῆται est, ut & hic in edit. *Flor.* sicut & in epitome MS. *Harrocr.* apud *Etyolog.* γενῆται quod malim, ut & hic est, ἀπὸ τοῦ γένους nimirum, vid. de his divisionibus & *Sigon.* libr. I. de *Rep. Athen.* c. 2. JUNG.

Γενῆται ] Egit de hisce *Heraldus Animadv.* ad *Salmas.* *Observ.* ad *Jus Att.* Iidem & ὁμογάλακτες ad rem *Hesychius*: ὁμογάλακτες, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἢ ἀδελφοί & leges quoque *Aristotelem Polit.* lib. I. cap. 1.

50 Τρία δὲ ἦν τὰ ἔθνη ] *Perionius* lib. I. de *Rom.* & *Græc. Magistrat.* pro ἔθνη malit δήμους· verum *Hesych.* in *δημιουργός* etiam ἔθνος habet, in ἀγριῶται vero, γένος· adscribam locum, quia ad rem facit. ἀγριῶται, ἀγροικοί, καὶ γένος Ἀθήνησι, ὃ ἀντιδιστέλλοντα πρὸς τοὺς εὐπατρίδας, ἦν δὲ τὸ τῶν γεωργῶν, καὶ τὸ τρίτον τὸ τῶν δημιουργῶν· divisio populi Attici extat infra *Segm.* 129 & 130. *secundum census, κατὰ τὰ τιμήματα.* KÜHN.

Τρία δὲ ἦν τὰ ἔθνη ] MS. τρ. δ' ἦν & dein male ἐπατρίδαι. JUNG.



52 Γυναικοκόσμοι δὲ ἀρχοὶ, ἐπὶ τοῦ κόσμου τῶν γυναικῶν. τὰς δὲ ἀκοσμοῦσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες, 53 ἐξέτιθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου τῆς ἐν 54 Κεραμικῶ.

Οἱ Εἴκοσι.

Τούτους εἴλοντο, 55 μετὰ τοὺς τριάκοντα τῆς πο-

51 Περὶ Γυναικοκόσμων ἀρχῶν. ] Abest titulus hic a C. V. qui pro eo habet γυναικοκόμοι γυναικοκόμοι δὲ ἀρχὴ τοῦ ἐπὶ τοῦ &c. Hefych. etiam γυναικοκόμοι, quod tamen eodem recidit. κόσμος γυναικῶν vel ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες non est, ornamentum mulierum, aut inopinatius prodeuntes feminae: κόσμος enim est εὐταξία, & ἀκοσμοῦσαι sunt ἀτακτοῦσαι, quæ contra bonos mores & statuta agunt, nec ordinis sui decorum observant, quocumque id fiat modo, de γυναικοκόμοις Menf. *Left. Att.* lib. II. c. 5. Kühn.

Περὶ Γυναικοκόσμων ἀρχῶν. ] In MS. nullus titulus, sed ita statim prioribus annexuntur hæc: γυναικοκόμοι γυναικοκόμοι δὲ ἀρχὴ τοῦ ἐπὶ τοῦ κ. quasi unum sit loco tituli: & tamen diversa ista. Et vulgatos quidem γυναικοκόμους solum ex Polluce nostro hinc *Sigonius* exponit lib. IV. de Rep. *Athen.* cap. 3. Sed si illi non alium quoque βεβαιωτῆν accipiant, ego cum nostro MS. γυναικοκόμους potius amplectar. De quorum officio faltem hæc *Philochori* lib. VII. Ἀτθίδος adscribo: οἱ γυναικοκόμοι μετὰ τῶν Ἀριστογυγῶν ἐκόσμουσιν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἐν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. sunt ea apud *Athenaum* lib. VI. ubi & alia ex *Lyncæo Samio* & *Timocle* atque *Menandro* Comicis. sed dicis, illa convivalia mere: Ita sane, quia ea de caussa *Athenæus* habebat mentionem facere: de mulieribus ἀκοσμοῦσαις, unde proprie illi dicti videntur, ibi locus dicendi non erat. Et etiam non mere convivale officium *Philochori* verba dicunt. Et talem ἀρχοντα, γυναικοκόμον cum παιδονομίᾳ jungit *Aristot.* *Politic.* 15, sicut & γυναικοκομίαν & παιδονομίαν extremo libr. VI. *Politic.* ubi &: ἰδίᾳ δὲ ταῖς σχολαστικώταταις καὶ μάλιστα ἐνημερούσαις πόλεσιν, ἔτι δὲ φροντιστικώσαις εὐκοσμίαις, γυναικοκομία, νομοφυλακία, παιδονομία &c. Et apud *Hefych.* in πλατάνου, hi iidem γυναικοκόμοι appellantur. Forte itaque & hic περὶ γυναικοκόμων legendum, & tum γυναικοκόμοι δὲ ἀρχῆ, (ita enim noster MS. ut dixi) ἐπὶ τοῦ &c. Jung.

Περὶ γυναικοκόσμων ἀρχῶν. ] *Postellus* de Rep. *Ath.* cap. 32. de Gynæcocomis: *Hos*, inquit, *fuisse viginti numero scribit Pollux*: quæ falsa sunt. Vulgatam autem lectionem non mutavi, quæ mihi præ cæteris placet: idem autem omnino ex veteri Atticismo γυναικοκόμοι & γυναικοκόμοι.

52 Γυναικοκόμοι ] *Laced.* ἀρμόσμοι. *Hefych.* ἀρμόσμοι ἀρχὴ τις ἐν Λακεδαιμονίᾳ ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν. vid. *Nic. Crug.* de Rep. *Laced.* lib. II. cap. 7. *SEB.*

53 Ἐξέτιθεσαν ] *Perizonius* hunc locum ita accipit, quasi multa illa exerrantium mulierum palam exhibita sit *platanus tabulis* perscripta, sed *Hefych.* clare satis ab ipsa platano distinguitur λευκωμα, album, cui inscriptæ multa proponerentur ad certam platanum in *Ceramico* sitam, in voce πλατάνου. Kühn.

54 Κεραμικῶ. ] MS. Κεραμικῶ. & sic potius scribe. *Hefych.* Κεραμικῶ, τόπος Ἀθηνῶν ἔνθα αἱ πόρται προεστῆσαν εἰς τὸ δύο Κεραμικοὶ, ὃ μὲν ἔξω τείχους, ὃ δὲ ἐντός. De platano idem *Hefychius*: πλατάνου, δένδρον, πρὸς ὃ οἱ γυναικοκόμοι τὰς ζημίας ἐν λευκώματι ἐξέτιθεσαν. vid. & *Harporationem* & *Etymolog.* in Ke-

ραμικοὶ & *Rausen. Atticis.* Post hoc vocabulum in MS. novum tmemā, cum hoc titulo: Οἱ Εἴκοσι. tmemā incipit: τούτους εἴλ. Jung.

55 Μετὰ τῶν τριάκοντα ] C. V. μετὰ τοὺς τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς ἀριστοτῆν ἐπιλέξαντες quæ lectio placet, si modo ἀριστοτῆν legatur. Illos post triginta (tyrannos) reipubl. legumque curatores ex optimatibus elegerunt viginti viros. *Xenophon* lib. II. de triginta tyrannis: κεραιότες δὲ ἐφ' ὅτι συγγράψαι νόμους, καθ' οὓς τινες πολιτεύοντο &c. Cum electi essent ad conscribendas leges, ad quarum normam publice viveretur privatimque. cæterum legi posset etiam οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ νόμων ἐπιμεληταὶ &c. ut sensus sit, elegerunt viginti viros, quibus post triginta tyrannos legum & reipubl. cura demandata erat. Discimus id ipsum ex *Andocid.* *Orat.* de *Mysteriis*: ἐπειδὴ ἐπανήλθετε, inquit, ἐκ Πειραιῶς, γινόμενοι ἐφ' ἡμῖν τιμαρῆσθαι, ἔγνωτε ἐὰν τὰ γεγενημένα, καὶ περὶ πλείους ἐποίησθε σάξαι τὴν πόλιν ἢ τὰς ἰδίας τιμαρῆς, καὶ ἔδοξε μὴ μνησθῆναι κακῶν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων δόξαντα δὲ τῶν ταῦτα, εἰσεθε ἀνδρας εἴκοσι τούτους δὲ ἐπιμελῆσθαι τῆς πόλεως, ἵως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν τῶς δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. Postquam e *Pyraeo* rediistis, cum in potestate vestra esset ulcisci injurias, præterita omittenda esse decrevistis, vestraque vindicta urbis salutem prætulistis, visumque est mutuarum injuriarum non meminisse. His ita decretis, viginti viros elegistis, qui urbis curam haberent, donec leges conderentur. interim, legibus Solonis & Draconis thesmois standum esse. Hinc patet, cur Nostro illi viginti sint τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμεληταί. posset & vulgata retineri, si triginta, quos *Hefych.* judices nominat, curamque, ut cives conciones publicas frequentarent, illis assignat, & alias Reipubl. partes gesserint. vid. cum in τριάκοντα. hæc sunt Doctorum virorum judicia, quos de hoc loco per literas consului: quibus jam subjiciam meam sententiam, lector habeat de omnibus liberam ἐπιχειρῆν. Mihi videtur Οἱ Εἴκοσι titulus esse, qui e margine in textum venit, turbarque sensum; illo vero in locum suum remigrare jussu, omnia erunt facilia, hoc modo: *Viginti viros.* Hos post triginta tyrannos τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς elegerunt (Athenienses) ex optimatibus; idque vincit locus *Andocidis* supra laudatus. De *Hefychis* triginta viris *Noster* egit *Seft.* 17. c. 11. Kühn.

Μετὰ τῶν τριάκοντα ] MS. μετὰ τοὺς τρ. μοχ ἐπιμελητὰς. & tum ἀριστοτῆν. Mihi videtur MS. auxilio ita locus totus scribendus & distinguendus: οἱ εἴκοσι τούτους εἴλοντο, μετὰ τοὺς τριάκοντα, τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς, ἀριστοτῆν ἐπιλ. Ut dicat, post oligarchiam illam triginta tyrannorum, viginti viros constitutos esse qui reip. & legum curam susciperent, optimus quisque delecti. Quæ tamen ex historia tibi non deduco: satis mihi festinanti *Pollucis* verba ex MS. reconcinasse. Jung.

Μετὰ τῶν &c. ] Restitui ducibus MSS. & Kühnio τούτους, ac μοχ ἐπιμελητὰς ἐπιμελητὰς habet quoque *Falckenburgii* Codex. Titulus quem ex *Jungermannii*



publicæ, & legum Curatores, de optimis diligentes. Erat & Fontium cura, Magistratus quidem, ejusdem nominis servos ad hoc operis destinatos habens. \* Tum & leo quidam, Fonti-  
113 cultos appellatur, æneus: fonti-  
cudam, e quo aquam ad judicia, quæ aqua dispensantur, hauriebant, insidens. Procurator autem quispiam, sorte electus erat, dictus Εφύδωρ, clepsydra æqualitatem custodiens. Theoricæ pecuniæ sunt, in festis, Deorum honores, & Vulgus distributæ. & hoc quod dabatur, theoricum dicebatur: quemadmodum & ecclesiasticum, & judiciale, quod &

λιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητὰς, ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενοι. <sup>50</sup> ἢ μέντοι καὶ κρηνοφυλάκιον ἀρχῆ, <sup>57</sup> δηλοῦσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως. \* καὶ λέων δὲ τις ἐκαλεῖτο, κρηνοφύλαξ, χαλ- 113 κοῦ πεποιημένος, ἐπὶ κρήνης τινός, <sup>58</sup> δι' ἧς τὸ ὕδωρ ἐφέρετο ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις. <sup>59</sup> ἐπιμελητῆς δὲ τις κληρωτὸς ἐγίγνετο, ὃς ἐκαλεῖτο <sup>60</sup> ἐφύδωρ, ὁ παραφυλάττων τὴν ἰσότητά τῆς κλεψύδρας. <sup>61</sup> Θεωρικὰ δὲ χρήματα εἰς τὰς ἐορτὰς, καὶ θεῶν τιμὰς, τῷ πλῆθει νεμόμενα. καὶ τὸ διδόμενον ἐκαλεῖτο θεωρικόν, ὡς περ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικόν, καὶ τὸ <sup>62</sup> δικαστικόν. ἔπερ καὶ

MS. dedi Oi Εἴκοσι, in hęcte profecto ante nos continua serie ipsi textui erat insertus, quod huic loco tenebras offudit: cæspitantur igitur qui hæc ad gynaecocosmos retulerent. Distinctionem præterea ad mentem Commentatorum mutavi, neque de illius veritate quisquam dubitet: erat vulgo μ. τ. τ. πολιτικός, καὶ &c.

56 ἢ μέντοι] Deinceps novis quibusdam titulis opus erat. MS. ab articulo 35. Segm. 104. usque ad seq. caput 10. protulit tacet. SEB.

57 Δούλους εἰς] Κρηνοφύλακας dictos scil. C. V. a liam affert lectionem, nempe δηλοῦσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως, abestque ἔχουσα; ἴσρο πομπῆ, a quo magistratus ille vocatur, significante, quid ejus sit operis, cum servos ad ullum magistratum Athenis admissos, nullibi dictum lectumque sit. Plato lib. VI. de L. L. fontium curam mandat ἀγορανόμοις. conf. Meurs. Ath. Attic. lib. III. cap. 10. potest vulgata lectio ita etiam intelligi, ut magistratus ille servos haberet κρηνοφύλακας, qui curam gerebant clepsydra. KÜHN.

Δούλους εἰς] Crassum vitium in δούλους εἰς, ob quod & alterum accumulatum glossamate vocis ἔχουσα. MS. pro illo δηλοῦσης habet, alterum non agnoscit: nec dubito, quin totus locus ita legendus: ἀρχῆ, δηλοῦσης τὸ ἔργον αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως καὶ λ. Et κρηνοφύλακιοι, ait, magistratus quidem, officium ejus adpellatione ipsa indicante. Ego primum κρηνοφύλακων, pro vulgato κρηνοφύλακιοι putavi legendum: & forte me non poenitere debeat, quum video sic legisse & Sigonium lib. IV. de Rep. Athen. cap. 3. scribentem, qui fontium curam habuerunt, quos κρηνοφύλακας appellat Pollux. Aristoteles VI. Polit. 8. κρητῶν ἐπιμελητὰς vocat. Hesychius forte ad eandem ἀρχὴν adpexerit, scribens, κρηνοφύλαξ, ὁ τὴν κρήνη φυλάσσει. sed vulgatum MS. nosser quoque habet. JUNG.

Δούλους εἰς τὸ ἔ. α. τ. ἔ. ἔχουσα.] Ad fidem MSS. locum emendavi: vulgata sunt inepta.

58 Δι' ἧς τὸ ὕδ.] C. V. δι' οὗ, scil. λέοντος, per quem saliebat de fonte illo. Notum enim, quod salientes aquæ habere soleant pro tubulis, Leones, Sylvanos, & id genus alias figuras. Sponius in Itinerario pag. 2. refert, se vidisse Athenis in via ducente Eleusinem pulchre ex marmore factum Leonem, primotibus incumbentem pedibus, cui caput perforatum erat, ut fontis aquas hoc quasi rictu funderet. KÜHN.

Δι' ἧς τὸ ὕδ.] MS. δι' οὗ τὸ ὕδ. nempe τοῦ λέοντος χαλκοῦ, leonis arci. JUNG.

59 Ἐπιμελητῆς δὲ τις] MS. ἐπιμελητῆς τις sine δὲ, & mox est: ὃς καὶ ἐκαλ. alias de horis ad dicendum clepsydra notatis vid. Sigon. lib. III. de Rep. Athen. cap. 4. JUNG.

60 Εφύδωρ] Suid. distinctis vocibus ἐφ' ὕδωρ, & ἐπὶ ἐφ' ὕδωρ κακός, quod proverbialiter dici ait, de iis, quibus fors obrigit infeliciores. nam in judiciis non

aliud vilius erat officium, quam ejus, qui aquam litigantibus æqualiter partiebatur, & fere ἀποκλήροι, id est, omnis hereditatis paterne exsortes erant, qui operam suam hac in parte commodabant. Necesse tamen erat constitui homines, qui inter actoris reique advocatos horas dispensarent, aqua per vasculum inferius pertusum stillatim defluente. de illa Plato in Theaeteto: οἱ δὲ ἐν ἀσχολίᾳ τι αἰεὶ λέγουσι κατισπίγγει γὰρ ὕδωρ ῥέον, καὶ οὐκ ἔγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν ἐπιθυμῶσιν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι. & iterum eos inquit, οὐ δύνασθαι πρὸς ὕδωρ μικρὸν διδάξαι ἰκανῶς τῶν γιγνημένων ἀλλήλων. hoc vocat Demosth. de falsa Legat. accusare πρὸς διαμετρημένην ἡμέραν. Philo de Legat. ad Caium judicem audire causam πρὸς μετρημένον ὕδωρ. Ita limitibus circumscripti Rhetores suæ admodum parcebant aquæ, & cum testes audiendos producerent, aquæ moderatorem aquam inhibere jubebant, ne caderet, dicendo: σὺ δ' ἐπίλαβι τὸ ὕδωρ; quod reddit Apuleius: At tu interea, dum legit, aquam sustine. ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὕδατος, ὅστις βούλεται, τούτων τὰναντία μαρτυρεῖται, inquit Orator, cum multum indulget parti adversæ. Quod si actor vel reus superfluum habebat aquam, loquendi finem faciens, ministro dicebat, ἐξέρα τὸ ὕδωρ, effunde aquam. Nec judiciales tantum, sed & declamatoris erant clepsydra, de quibus Cicero lib. III. de Orat. Periclem non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat &c. erant & militares. Veget. lib. III. c. 8. formam clepsydra dabit Apuleius lib. II. Metamorph. cætera videri poterunt apud Aristoph. in Vespis & Acharnens. Lucian. in Piscat. Helych. in ἀνάγκη. Demosth. de falsa Legat. & contra Midiam. Aeschin. contra Ctesiph. & ex recentioribus apud Pancirollum & ejus commentatorem. Laurent. Polymath. libr. VII. dist. 16. Raderum in XII. epigr. 651. Martial. Petanium in Synes. pag. 20. videtur autem fons ille, e quo petebatur aqua clepsydram, etiam κλεψύδρα dictus Athenis. Appianus de bello Parth. de Antonio: ἐξίνασι δὲ μέλλων ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας στέφανον ἔλαβι, καὶ κατὰ τι λόγιον ἀπὸ τῆς κλεψύδρας ὕδατος ἐμπλήσας ἀγγεῖον ἐκόμισε. e clepsydra resitta aqua implevit vasculum, secumque tulit. poterit tamen locus Appiani de clepsydra judiciali intelligi. C. V. ὃς καὶ ἐκαλεῖτο &c. KÜHN.

61 Θεωρικὰ δὲ χρ.] De his refert nonnihil Liban. argum. in Olymp. I. SEB.

Θεωρικὰ δὲ χρ.] Iterum δὲ deest in MS. de theorica pecunia Rhodizien. VIII. Antiq. lect. 9. sed tu de iis eorumque profecto potius Sigonium adi lib. IV. de Republ. Athen. c. 3. JUNG.

62 Δικαστικόν. ὅπερ καὶ τριῶβ.] Meurs. Lect. Att. lib. V. c. 12. docet τριῶβλον pertinere ad δικαστικόν, δυνάβλον ad θεωρικόν, ὀβολὸν ad ἐκκλησιαστικόν. C. V. δυνάβλον καὶ ὀβολὸς ἢ Ἀττικὸς. KÜHN.

Δικαστικόν, ὅπερ καὶ τριῶβ.] Vid. supra Segm. 20.



τριώβολον, καὶ δύοβολον, καὶ ὀβολός. <sup>63</sup> ὧν ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, αἰρετὸς ἦν ἐπὶ τῶν προσιών-  
<sup>114</sup>των, καὶ ἀναλισκόμενων. \* <sup>64</sup> Καὶ στρατηγοὶ δὲ ἵππαρχοι, Φύλαρχοι, λοχαγοὶ, ταξίαρχοι, καὶ ὅσα στρατιωτικὰ ἀρχῶν ὀνόματα· καὶ <sup>65</sup> ἑλληνοταμίαι, οἱ τοὺς φόρους ἐκλέγοντες, <sup>66</sup> καὶ ἐπὶ νήσων τὰ παρὰ τῶν νησιωτῶν εἰσπράττοντες, καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν ἐφορῶντες· καὶ <sup>67</sup> τευχωποιοὶ τε, καὶ ἱεροποιοί, <sup>68</sup> καὶ βοῶναι ὑπηρεσιῶν ὀνόματα·

Postea ita MS. καὶ δύοβόλῳ καὶ ὀβολὸς ἦν Ἀττικὸς & sic forte Pollux scripsit, nisi quod pro δύοβόλῳ, potius scribendum δύοβόλῳ. alias certe & vulgatum δύοβολον falsum: quum δύοβολον debuisset, ut infra IX, 62. &c. Hæc autem quo hæc referat: an ad δικαστικόν, quod & supra Segm. 20. τριώβολον definit: sed non hoc nummo stetit, sed cum tempore variasse Hefychius ait, qui & in ὀβολοὶ scribit: ἐν ἀσπίδι δικαστικῶν μισθοῖ· τριώβολον quoque ἑκαλησιαστικόν fuisse ex *Aristophane* notum est. Mallem sane potissimum ad θεωρικόν hæc reltingere: sed qui potest, si illud δύοβόλῳ, ut emendandum duxi, non triobolum vel unus? Locus *Aristophanis* est *Σφηξίῳ*.

Ἐγὼ δὲ τετιώρηκα πάποι' οὐδαμοῦ,  
 Πρὶν εἰς Πάρον· καὶ ταῦτα δύοβόλῳ φέρων.

Turbant tamen & hic alii qui drachmam id definiunt, ut *Philochorus* apud *Harrocratorem*, & *Hefychius*: sicut docuit *Sigon.* loco dicto, & *Casaubonus* noster ad *Theophr.* Charact. περὶ βδελυρ. Ego itaque nihil defino: & nihil etiam definiat certi alius, potestque ut hæc saltem de theorico sint intelligenda, quasi id fuerit modo tres, modo duo, modo unicus obolus Atticus. Nam id variasse, ut alia talia, & vero non absurdum est, & clare *Harrocratio* in θεωρικῶν ἀλλοτε, ait, μὲν τοὶ ἄλλοις ἀρίστη τὸ δεδομένον εἰς τὰς θίας, καὶ εἰς τὰς θυσίας καὶ ἑορτάς, ὡς ἔστι δῆλον ἐκ τοῦ ἐν πρώτῳ *Φιλισπιῶν* Δημοσθένους. Et de hoc docebunt nos plura viri docti. JUNG.

<sup>63</sup> ὧν ὁ ἐφορῶν &c. ] *Qui huic administrationi præpositus, suffragis electus erat ad accipienda & exposita reipubl. dispendenda.* *Vales.* in *Notis in Polyb.* Quæstorem dici posse ait τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως. *Cicero* Orat. pro *Rabirio* ἀσπαστον appellatum notat, qui *Alexandriæ* pecuniæ curationem & quasi regiam dispensationem susceperat. C. V. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς διοικήσεως legit, quod non spernendum. KÜHN.

ὧν ὁ ἐφορῶν &c. ] *His ἄν ὁ ἐφορῶν omisit.* MS. noster habet: ὁ δὲ ἐπὶ τῆς διοικήσεως &c. nec necesse est addere ἐφορῶν, sic enim & ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως apud *Latrinum* existat: ut adnotavit *Sigonius* lib. IV. de *Rep. Athen.* cap. 3. ubi plura de hoc ταμίᾳ τῆς διοικήσεως, vel τῶν κοινῶν προσόδων· ubi ex veteribus oratoribus etiam ostendit, huic curasse eam pecuniam quæ concioni & iudiciis etiam debebatur, ut hic *Pollux* scribit JUNG.

ὧν ὁ ἐφορῶν &c. ] *Ἐφορῶν est a mala manu: delevi itaque cum Kühn.*

<sup>64</sup> Καὶ στρατηγοὶ δὲ &c. ] *Plenius C. V. καὶ στρατηγοὶ δὲ ἵππαρχοι, φύλαρχοι, λοχαγοὶ, ταξίαρχοι, καὶ ὅσα στρατιωτικὰ ἀρχῶν ὀνόματα καὶ ἑλληνοταμίαι οἱ &c. qui colligebant tributa.* De illis Græciæ *Quæstoribus* videatur *Thucyd.* lib. VIII. pag. 64. *Plutarch.* &c. KÜHN.

Καὶ στρατηγοὶ δὲ &c. ] *MS. noster longe plura: καὶ στρατηγοὶ δὲ ἵππαρχοι, φύλαρχοι, λοχαγοὶ, ταξίαρχοι, καὶ ὅσα στρατιωτικῶν ἀρχῶν ὀνόματα· καὶ ἑλλ. vulgata itaque mutila. recenset præfectos milites, fere & supra nominatos, de quibus integro capite s.*

triobolus erat, duo oboli, & obolus. Quorum administrationis Præfes, forte electus erat supra illos, qui novi Cives inscribuntur, vel etiam delentur. \* Et Imperatores quidem, Magistrorum Equitum nomina. Et Hellenotamiaz, qui vestigalia colligentes, & in insulis tributa ab insulanis exigunt, eorumque observant respublicas. Ediles quoque & Sacrifici, officiorum nomina.

libr. IV. de *Rep. Athen.* agit *Sigonius*, quamvis, ni fallor, λοχαγούς non nominarit. λοχαγοί, ait *Hefych.* ἡγεμόνες, στρατηγοὶ, ταξίαρχοι ἀρχόντες τῆς ἐπίθρας, οἱ συνάγοντες τοὺς στρατιώτας. *Aristoteles* lib. VI. *Polit.* c. ult. ἀρχαί, αἱ καλοῦνται ταυαρχίαι, καὶ ἵππαρχίαι, καὶ ταξίαρχίαι· καὶ κατὰ μέρος δὲ αἱ ὑπὸ ταύτας τριπαρχίαι, καὶ λοχαγίαι, καὶ φύλαρχίαι, καὶ ὅσα τούτων μορφα· &c. ubi bellicas præfecturas exsequitur. JUNG.

Καὶ στρατηγοὶ δὲ ] *Sequebatur vulgo ἵππαρχων ὀνόματα· nos præeunte Kühnō faventibusque MSS. Pollucis textum locupletavimus.*

<sup>65</sup> ἑλληνοταμίαι ] *Leg. ἑλληνοταμίαι. diphthongus ei in fine inanis iteratio est sequentis articuli. SBB.*

ἑλληνοταμίαι ] *Vitiose, ut bene notavit Seberus noster, & mox aliud tale mendum ejicimus. Notavit hic & H. Stephanus pro illo vulgato, ad oram ἑλληνοταμίαι, ut & MS. noster clare habet. De eo magistratu Sigon. libr. IV. de *Rep. Athen.* c. 3. ex *Harrocratōis* scilicet quem in ἑλληνοταμίαι videre potes. *Hefychius*: ἑλληνοταμίαι, οἱ τοῦ κομισσομένου φόρου παρὰ Ἀθηναίους ταμίαι. JUNG.*

ἑλληνοταμίαι ] *Inepte prorsus: nos cum Kühnō ἑλληνοταμίαι, & vide sis, de hisce Etymologum & Suidam.*

<sup>66</sup> Καὶ ἐπὶ νήσων &c. ] *MS. καὶ ἐπὶ νήσων οἱ τὰ παρὰ &c. Fuit itaque & Magistratus peculiare Ἀθηναίων genus οἱ ἐπὶ νήσων constituti. non enim puto hæc ad ἑλληνοταμίαι pertinere. JUNG.*

Καὶ ἐπὶ νήσων ] *Falckenburgii Codex: οἱ παρὰ τῶν ν. &c.*

<sup>67</sup> Τευχωποιοὶ τε ] *C. V. καὶ τευχωποιοὶ δὲ, καὶ ἱεροποιοὶ &c. ἱεροποιοὶ secundum *Ulpianum* in *Midiam* erat, ὁ ἐπισκοπῶν τὰ θύματα, μὴ ἀδοκιμα καὶ πηρὰ εἶναι, qui videtur inspiciebat, num verroba & mutilla essent. Kühn.*

Τευχωποιοὶ τε ] *MS. καὶ τευχωποιοὶ δὲ, καὶ i. rectius. τευχωποιοὺς enim hos & apud *Aristotelem*, libr. VI. *Polit.* cap. 8. *Aeschin.* in *Ctesiph. Demosth.* pro *Ctesiph.* habemus: deque iis vid. *Sigon.* lib. IV. de *Rep. Ath.* c. 3. JUNG.*

Τευχωποιοὶ τε ] *Nos præeunte Kühnō τευχωποιοὶ textui reddidimus.*

<sup>68</sup> Καὶ βοῶν ] *Alludit ad locum *Demosth.* in *Midiana*: καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν καὶ ἱεροποιοῦ ποτε καὶ βοῶν, ubi ex *Ulpiano* legendum βοῶν, id est, τὸν ἀνομιμον βοῦς εἰς ἑορτάς. ita & C. V. in *Polluce* legit, nec aliter *Hippocr.* & *Vales.* in *Notis.* ita mox σιγῶναι, & ἐλαϊῶναι in *Pandectis Florentinis Pancivollis* lib. I. c. 12. de *Magistr. Municip.* Kühn.*

Καὶ βοῶν ] *MS. βοῶναι ὑπηρεσιῶν egregie. βοῶναι, ut ex nomine tibi patet, erant qui boves ad dies festos cōmērent, sicut recte *Sigonius* lib. IV. de *Rep. Athen.* c. ult. exponit, *Demosthenem* κατὰ *Μιδίου* adducens. Verba Oratoris longius a fine orationis sunt. καὶ μυστηρίων ἐπιμελητὴν, καὶ ἱεροποιοῦν, καὶ βοῶν, *Midiam* creatum ait. ἱεροποιοῦν, ait *Ulpianus* in sua enarratione ibi, τὸν ἐπισκοποῦντα τὰ θύματα, μὴ ἀδοκιμα καὶ πηρὰ εἶναι βοῶν, δὲ, τὸν ἀνομιμον βοῦς εἰς τὰς ἑορτάς. Torus itaque *Pollucis* locus ita restituendus vi-*



Erogatores, qui frumentum emetiuntur. Frumentarii vero, qui coemunt. Insuper & Petitores. officii nomen fuerit: aut Exactores, secundum Demosthenem, Nemo exactoribus nomen dedit. Similiter & Inquisitores aliquis ab illo sumpserit, nomen publicæ cufjdam functionis, qui latentia inquirunt. Ordinum Præfecti, scriptos habentes eos, qui ex Catalogo erant, designabant

καὶ ἀποδέκται, οἱ τὸν σίτον ἀπομετρούμενοι. 70 σιτῶναι δὲ, οἱ 71 συνωνόμενοι. 72 τάχα δὲ καὶ πρακτῆρες εἶν ἄνομα ὑπηρεσίας, ἢ πράκτορες, ὡς Δημοσθένης. 73 οὐδεὶς δὲ παρέδωκε τὸ ἄνομα τοῖς πράκτορσιν. ὁμοίως δὲ καὶ 74 ζητηταὶς ἢ ἂν τις παρ' αὐτοῦ 75 λάβοι, ἄνομα δημοσίας διακονίας, 76 οἱ τὰ λαμβάνοντα ἀνεζήτητον. οἱ μόντοι ταξίαρχοι 77 γεγραμμένους ἔχοντες τοὺς 78 ἐκ τοῦ καταλόγου, 79 παρεσημαίνοντο

detur: καὶ τελοποιοὶ δὲ, καὶ ἱεροποιοὶ, καὶ βοῶνται, ὑπηρεσιῶν ὀνόματα. JUNG.

Βωῶν] Binas literulas, quæ male aberant, cum Κῆν-  
nio adjeci.

69 Ἀποδέκταις] Leg. ἀποδέκται, qui accipiebant κατὰ μέτρον frumentum, acceptumque iterum emettebantur: nisi legendum ἀποδέκται ab ἀποφῶν, ἀβρα-  
δο. ψηκτὸς μόδιος in Gloss. rasus. ἀποψηκτρον Ruylius, alias, κατόπιον. KÜHN.

Ἀποδέκταις] Sat mendorum in hac pagina: nec-  
dum sunt profigara tamen. En enim crasium, καὶ ἀποδέκταις, οἱ ad quod H. Stephanus adposuit crucem. sed est par & geminum mendum cum illo quod supra Severus nolter notaverat. Expresse enim MS. nolter habet καὶ ἀποδέκταις, οἱ τὸν σ. & sic itaque emenda. habuisti de his jam supra Segm. 97. repetit enim quadam hic Nolter, ut ἱεροποιούς modo, de quibus etiam jam supra Segm. 107. nisi tamen οἱ ἱεροποιοὶ, & ἀποδέκταις, a superioribus differebant, & potius δημοσίῳν ὑπηρεσιῶν ὀνόματα sint hoc loco, ut Pollux sane innuere videtur. JUNG.

Ἀποδέκταις] Idem, quod modo erat, vitium; emendatumque est a Kuhnio in textu: pro ἀπομστρ. Falc-  
kenburgis Codex ἐπιμστρ. non minus recte.

70 Σιτῶναι] De his Sigonius lib. IV. de Rep. Ath. cap. 3. συνωνόμενοι & MS. nolter habet, itaque pro vulgato συνον. H. Stephanus in suo Codice reposuerat. JUNG.

71 Συνωνόμενοι.] Herodian. libr. I. fol. 479. (Syn-  
tagm. scil. 3. Histor. Roman. IVechel.) σίτου πλι-  
στον συνωνόμενος καὶ ἀποκλείων. priores edition, συν-  
νούμιοι. SEB.

72 Τάχα δὲ καὶ πρακτῆρες &c.] C. V. εἶν ἄνο-  
μα ἢ πράκτορες ἢ Δ. παρέδωκε τοῖς πράκτορσιν. ἰ. KÜHN.

Τάχα δὲ καὶ πρακτῆρες &c.] MS. τάχα δ' ἂν καὶ πρακτῆρες εἶν ἄνομα ὑπ. Et certe ita longe rectius scri-  
bus: nec olim potui concoquere illud ἢ ante ἄνομα in vulgatis. Fuerit, ait, forte Ὁ πρακτῆρες ministerii nome-  
nen, sive ἰσὶ πράκτορες sint, ut apud Demosthenem. De his practoribus vid. Sigon. lib. IV. de Rep. Ath. c. 3. JUNG.

Τάχα δὲ &c.] Mox vulgo erat ἢ ἄνομα ὑπ. em-  
culavit textum Kuhnio.

73 Οὐδεὶς δὲ παρέδ. &c.] MS. οὐδεὶς παρέδωκεν τοῖς πράκτορσιν τὸ ἄνομα. Egregie nolter MS. quo ordine hæc apud Demosthenem leguntur scilicet, cujus sunt ἐπιδείξει κατὰ Θεοκρίτου οὐδ' ἔστι δίκαιον τοὺς ὑπο-  
λαμβάνειν ὀφίλειν, ἂν οὐδεὶς παρέδωκε τοῖς πράκτορ-  
σι τὰ ὀνόματα. sic itaque apud Pollucem scribe: Δημο-  
σθένης, Οὐδεὶς παρέδωκε (vel παρέδωκε, ut apud Demo-  
sthen. est) τοῖς πράκτορσιν τὰ ὀνόματα. JUNG.

74 Ζητηταὶς] Ex Timocratea, ubi Ulpianus Ζη-  
τηταὶς explicat, τοὺς ἀρχοντας τοὺς ζητούντας καὶ ἀνε-  
υρίσκοντας, τίς ὀφίλει τῇ πόλει χρήματα ἢ τοῖς ἱερείς. KÜHN.

Ζητηταὶς] Et de his vid. Sigonius lib. IV. de Rep. Athen. cap. 3. ubi inquisitores reddit. Locus Demo-  
sthenis, quem Nolter innuit, sine dubio est ille (et-  
iam a Sigonio allatus, quamvis mentionem nostri Pollu-

cis faciat nullam) in ea κατὰ Τιμοκράτους, fere ab initio: ψήφισμα ἔστιν ἐν ἡμῖν Ἀριστοφῶν, ἐλάσθαι Ζη-  
τηταὶς: εἰ δὲ τις οἶδὲ τίνα ἢ τῶν ἱερῶν ἢ τῶν ἰσίων χρημάτων ἔχοντα τι τῆς πόλεως, μπιύειν πρὸς τοὺς. Ubi Ulpianus Scholiastes: Ζητηταὶς δὲ τοὺς ἀρχοντας τοὺς ζητούντας καὶ ἀνευρίσκοντας τίς ὀφίλει τῇ πόλει χρήμα-  
τα ἢ τοῖς ἱερείς. Locum huic innuit & Hæroclitus in Ζητητής, qui exponit ἀρχήν τινα Ἀθήνῃσι κατὰ και-  
ροὺς καθισταμένην, εἰποτι τοὺς ἀδικούντας τι δημοσία δίοι Ζητήν. JUNG.

75 Λάβοι] MS. λάβη. JUNG.  
76 Οἱ] MS. οἱ, recte. emenda itaque & distingue διακονίας, οἱ τὰ &c. De zeteticis hinc & Rhodig. XII. ant. lect. 18. JUNG.

Οἱ τὰ λαμβάνοντα &c.] Jungermannum in concin-  
nando loco sum secutus.

77 Γεγραμμένους] In his quæ restant de hoc capi-  
te profecto adhuc mendorum stragem edemus. Age: hic itaque MS. ἀναγεγραμμένους, rectius quam vul-  
gatum simplex. JUNG.

78 Ἐκ τοῦ καταλόγου] Eos, qui in matricula mi-  
litarii conscripti erant e civibus. C. V. ἀναγεγραμμέ-  
νους. KÜHN.

Ἐκ τοῦ καταλόγου] Supra II, 11. JUNG.  
79 Παρισημαίνοντο] Nota apposita signabant vel pun-  
cto. Schol. Aristoph. in Equit. catalogum dici vult ta-  
bulas, in quibus extabant nomina militantium civium. KÜHN.

Παρισημαίνοντο] Quid vero, quæso, est παραση-  
μαίνειν τὰ τῶν ὑφ' ἑτέρου τῶν ὀνομάτων, meherele quidvis aliud, quam quod Pollux ait παραστήζειν. sic mendis istis deletis, ita scribe ut nolter MS. habet: παρασημαίνοντο τὰ τῶν ἀφυστερούντων ὀνόματα. καὶ τ. π. ἐλέγετο. sensus: eos qui non respondissent dele-  
ctui, vel nomina dare morabantur, horum nomina (ut qui descriptos habebant omnes qui jam militari ini-  
atate) istos ταξίαρχους adnotasse, quod παραστήζειν di-  
ctum fuerit. sic enim bene edidit Severus nolter: quam-  
vis MS. Pal. etiam consentiat cum prioribus editioni-  
bus vulgantibus mendose παραστήζειν. Corruptiss. quo-  
que in eadem re & voce Hesychius, ubi pari felicitate uti emendando non possumus, MS. codice defectis: παραστήζουσα, ait, ἢ παραστήζων, ἢ παραστήζεις ἐπὶ τῶν ἀνακλυστῶν ἀφυστερούντων τὰ ὀνόματα παρίστανται. Σάφην δὲ κεντήματά φησιν ἄλλοι ὡς ἀπάντα τινὰ πα-  
ραστήσουσα σημειοῦσιν. Et ultima sane quoque aster-  
risco videntur notanda, non solum priora; cum τινὰ enim ista definire puto, sed non integra: & hæc aliâ denuo addi: παραστήσουσα, σημειοῦσιν. sed ad prio-  
ra tentemus tamen aliquid. Quid si forte? παραστή-  
θεις: ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν ἀφυστερ. vel: ἐπὶ τῶν ἀνα-  
κλήθων ἀφυστερ. sed alii rectius medebuntur: cer-  
te ἀφυστερούντων scribendum est: & dixerit Hesychius, quum ad defectum convocarentur, & citarentur no-  
minatim, ex catalogo nimirum, a taxiarcho, nec venirent, vel respondere recusarent ad nomen, adque defectum accedere recusarent, tunc notam ipsorum no-  
minibus fuisse adpositam, vel disjuncta. Deisdem ta-  
xiarchis Lyssus κατὰ Ἀλκιβιάδου ἀστρατίας κελύειν δὲ τὸν ταξίαρχον ἐξαλίφην αὐτὸν ἐκ τοῦ ὀπλιτῶν κατα-



τὰ τῶν <sup>80</sup> ἀφυστερούτων ὀνόματα καὶ τοῦτο  
<sup>81</sup> παραστίζειν ἐκαλεῖτο. <sup>82</sup> Πρυτανεία δὲ, ἔστι  
 χρόνος, ἐν ἐκάστη Φυλῇ πρυτανεύει καὶ ὅτε μὲν  
 δέκα ἦσαν, πλείους ἐκάστη Φυλῇ αἱ ἡμέραι ἐ-  
 πεί δὲ δώδεκα ἐγένοντο, ἐκάστη Φυλῇ μῆνός  
 116 πρυτανείαν ἔχει. \* <sup>83</sup> Πυρφόρος παῖς αἰρετός,  
 ἐκ καθαρηνούσης οἰκίας, <sup>84</sup> ὑπὸ χλαμυδίῳ καὶ  
 στροφίῳ περιέρχεται, πῦρ ἐπὶ τοὺς βωμούς ἐπι-  
 τίθει. <sup>85</sup> Σύγκλητος ἐκκλησία, ἣν ἐξαίφνης

utrorumque nomina. & hoc, παραστίζειν; puncto notare vocabatur. Prytanea vero, tempus est, quo unaquaque Tribus praesidet. Et cum decem essent, singulae Tribus pluribus diebus praesidebant. postquam autem duodecim factae sunt, singulis mensibus singulae praesident. \* Ignifer, Puer, per virtutem expriatis vitiis, sub chlamyde & fascia amictus, circumit, ignem aris inferens. Concio convocata, quae repente

λόγου. Delebant itaque illi ira meritos plauze ex catalogo militari. Jung.

Τοῖς Κρατιτοστόλοις] Quæ vero malum! hic apparent Κρατιτοστολοῖ? apage cum isthoc spurio vocabulo ad Cynosarges, atque ocyus ex MSS. restitue, quod & Doctiss. *Kühnius* fecerat, τὰς Κρατίτος Τολμαῖς: & bene habet, quod Cratesis fabulam non ita in vulgo notam restituere liceat: scimus quis sit Crates, meminimusque alicubi harum in Pollucem structurarum de eo dixisse: sed ejus fabula Τολμαί quæ qualisve sit amplius est quaerendum. Quin & Interpreti nostro, a quo satissime boni quid expectes, mendii quid in hoc loco (suboluit: & emendationem quoque ausus est, sed quæ nullo tibi sine nitatur: ubi enim auctorum homini sub oculos venerunt Cratesini *Stola*? Subjicitur cum Cratesis versiculus, quem varie corruptum ad MSS. fidem *Kühnius* in plerisque sequi restituit: ita vulgo ante nos lectum fuit: πρῶτα μὲν ταλαντιαῖος, ὅ: τι ἐστὶν αὐτῶν ἀδελον λέγει: postmodum εἴτε ῥοπὴν vitiose fuit, in cuius locum *Kühnius* dedit ῥοπὴν, quo modo & eruditorum princeps *Joseph. Scaliger* in libello Commentario de Re Nummaria agnoscit: quod ῥοπὴν hic appellat Pollux, alii ὀλῆν dicere solent, intelligendumque de pondere; vult enim Pollux in incerto esse, numne Crates precium intellexerit nummarium, an vero potius pondus, cum usus est voce ταλαντιαῖος: me quod adinet, facile in Cratesis loco ταλαντιαῖον capi posse censam, si quid in his censei ac tuo possit statui, ubi priorum posteriorumque rerum sequelam ignotamus, de bonis divite, ac opulento, adeoque de pretio potius: nec multam diverso sensu est apud *Aristotelem* *Oeconom.* lib. II. cap. 2. ἐγγυῶν κατωστῆσαι ταλαντιαῖους, divites ac opulentes constitutere vades, quorum opes ad minimum aequent talentum; & apud *Demosthenem* I. contra *Αρθοβουμ* οἰκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι: itaque hoc modo Cratesis versiculum interpreter: primum quidem quis illorum talentum aequantes possident pecunias, cetero: alias & ταλαντιαῖος de pondere apud *Hesychium* est; Ταλαντιαῖον, βαρὺ unde & ταλαντιαῖοι λίθοι, λίθιατε ἱερταῖς, & ταλαντιαῖα χαλὰζα, ἱετα-

lis grandio observante *Joseph. Scaliger* de Re Numm. pag. 3. (ubi, quod monere operæ fuerit precium, illa, quæ de talenti notione retulit superius Pollux noster, in Latinum ferme transfudit sermonem, eandemque *Aristophanis*, de qua supra, sed ex ejus *Rapit* emendatam, attulit χρῆσι) eaque ratione *Alcæi* νοσημάτων ταλαντιαῖα fuerint morbi graves Adnotat demum Pollux *Antiphontem* de pondere dixisse ταλάντων, utique a verbo ταλάντων, unde apud *Hesychium* Ταλαντώσει, σταβιῶσει, στίσει: cui simile est ταλαντῶν τὸ ζυγίον, & ὑπερταλαντῶν τὸ ὑπερβαρίον apud *Etymologum* & *Suidam*.

66 Πρῶτα μὲν &c.] Versum ira constituerem ex C. V.

— πρῶτα μὲν  
Ταλαντιαῖος ὅστις ἐστὶν αὐτῶν λέγει.

— Primo quidem  
Quis eorum talentum valeat, dato. KÜHN.

67 Ἀδελον λέγει] In specimen lectum ἀδελον εἴτε τι μὲν εἴτε ῥοπὴν λέγει, quam emendationem probant C. V. & *Salm.* nisi quod pro λέγει habet σημαίνει confer & Segm. 58. ceterum C. A. omittit sequentia usque ad δεκατάλαντος. KÜHN.

68 ὡς περ ὅταν &c.] ὡς περ ὅταν &c. δεκατάλαντος cum mediis, quæ sequuntur in hoc Segm. desunt in nostro MS. De *Alcæi* fabulis *Casaubonus* noster III. *Athen.* 24. ubi & *Endimion* hinc memorat. quem eundem videtis & de *Aristophanis* dramati sive centauro, VII. *Athen.* 14. Jung.

69 Ἡδύατο δὲ τοῦ χρ. &c.] Ἡδύατο δὲ τοῦ χρυσίου τάλαντος τρ. &c. De hoc loco *Hofius* lib. V. rei num. vet. cap. 11. n. 14. Jung.

Ἡδύατο δὲ τοῦ χρ. &c.] Adponam *Alexandri Sardi* locum ex ejus de Nummis libello, qui hæc Pollucis nostri adludit: Talentum olim fuisse minimi pretii indicat *Homerus*, apud quem quarto loco datur primum in equorum certamine: fuit ex tribus chrysis, ut ait Pollux, postea ita auctum, ut a *Fannio* dicatur:

— summum dotis perhibetur pondus Athenis  
Nam nihil his obolove minus, majusve talento.

De talenti autem pretio apud *Homerum* viliori monet quoque mox *Onomasticographus* noster: & valuisse tres chrysol talentum auri ex eleganti *Philemonis* Comici versiculo constat: δύο εἰ λάβοι τάλαντα, χρυσῶς ἔχων ἕξ ἀποισεται: tibi duo talenta sex chrysol censentur: habet & hunc sed paululum mutatum ex *Etymologo* locum, & quem sub manibus habemus, Pollucis nostri *Scalger* de Re Numm. pag. 19. ex quo hæc excerpere lubet: Τάλαντον αὐτεμ νομισματος duplex erat, τάλαντον χρυσίου καὶ τάλαντον ἀργυρίου: alterum quidem τριῶν χρυσῶν, sexaginta drachmarum argenti, alterum sexaginta minarum, sex millium drachmarum argenti. Sed apud *Sardum* paucis interjectis hæc alia sequuntur ex Polluce nostro etiam petita: Ex Talentis Atticum parvum a *Fannio* ἢ a Polluce dicitur ex 6000. drachmis vel ex 60. minis Crates: in quæ eadem cum Polluce nostro consentit *Hero* MS. πᾶν τάλαντον ἰδίως ἔχει μνῆς ζ. & in *Demosthenis* *Philippicam* primam *Scholia*, quæ hic posuisse juverit: σημειῶται ἐν τούτοις ὅτι τὸ μὲν τάλαντον ποιεῖ μνῆς ζ. ἢ μὲν δὲ δραχμῶν: ἢ δὲ δραχμῶν ὀβολοῖς ἕξ: ὡς εἶναι τῶν ταλάντων τὰς ὅλας ἑξακισχιλίους δραχμῶν: τῶν δὲ δραχμῶν ὀβολοῦς τρισμυρίου: recte quidem id ex *Demosthenis* loco patere ad-



νατο δὲ τοῦ χρυσοῦ 70 τὸ τάλαντον 71 τρεῖς χρυσοῦς Ἀττικοῦς 72 τὸ δὲ τοῦ ἀργυρίου, ἐξήκοντα μνάς Ἀττικᾶς. Ἦν δὲ καὶ ἀριθμοῦ τούνομα, ὅπου καὶ 73 πολυτάλαντος ὁ πλούσιος· καὶ πολυτάλαντον πρᾶγμα, τὸ πολλοῦ ὄνιον καὶ 74 τὸ παρ' Ὀμήρω,

· Κεῖτο δ' ἄρ' ἐν 75 μέσσοισι δύο χρυσοῦ τάλαντα.

76 καὶ διτάλαντον δ' ἂν εἴποις, κατὰ Δημοσθένην· καὶ τριτάλαντον, 77 καὶ ἡμιτάλαντον, ὡς Ὀμήρος,

Ἀλλὰ τοι ἡμιτάλαντον ἐγὼ χρυσοῦ ἐπιθήσω.

ἀρχαία δὲ ἡ χρῆσις 78 καὶ ἡ τοῦ, πέμπτον ἡ-

lebat autem auri talentum, tres aureos Atticos: argenti vero, sexaginta Minas Atticas. Fuit & numeri nomen. Unde multa talenta habens, pro divite. Et res multis talentis constans, pro cara. Et illud apud Homerum:

*Faciebant autem in medio duo auri talenta.*

Sed & Talentum duplex dices, secundum Demosthenem, & triplex. Et dimidium talentum, ut Homerus:

*Sed auri dimidium tibi addam talentum.*

Vetus autem mos est dicere, quintum semi-

firmat; nam si calculum posueris ita se rem habere comperies. Meminit porro hujus *Pollucis* loci *Snellius* vir non infelicis plane in re nummaria indaginis; istius, quem hac de re conscripsit, libelli pagina 43. & videlicet quoque potest *Vossius* ὁ πολυμαθὴς in *Etymologico*: Nos autem & hic in sequentibus indicasse ista, ac digito tantum demonstrasse contenti erimus, siquidem totam hanc rem nummariam velle hoc loco diligentius ponderare, ac innumeros ferme eruditissimorum quoque hominum, qui calligandi essent, errores explodere instituti nostri rationem excederet.

70 Τὸ τάλαντον ] Omittit τὸ *Salm.* Kühn.

71 Τρεῖς χρυσοῦς ] *Salm.* legendum τ χρυσοῦς Ἀττικοῦς hoc est. *τριπλοῖους*, ut *alibi* offendemus. forte in *libello de Re nummaria*, quem promissit quidem, sed non dedit, quantum ego quidem scio: talentum auri habuisse trecentos aureos ita quis ostenderet. *Arrianus* lib. IV. ἀναβ. refert *Alexandrum* per *πραξονεμ* indicasse, se daturum 12. (*Curtius* 10.) talenta illi, qui primus in cacumen petrae Sogdianae evasurus esset, secundum uno minus accepturum, ultimum inter decem milites habiturum 300. Daricos, quae summa talentum Atticum facit; Daricus enim tantum valet, quod aureus Atticus. Verum locus ille *Arriani* *Curtique* agit de talento non auri sed argenti, quod erat LX. minarum, mina autem quinque Daticos habet, ergo quinquies multiplicatae 60. minae sunt 300. Darici, uti ostendit *Cronovimus* de *Recup. Vet.* lib. III. cap. 7. ubi etiam docet de auri talento veteres abuisse in tres sententias, *Enstathium* duos aureos, *Heronem* unum, *Pollucem* tres attribuisse talento auri, & ultimae sententiae se accedere. Kühn.

72 Τὸ δὲ τοῦ ἀργ. ] *Hofius* lib. III. rei num. c. 12. de Talento Attico n. 7. JUNG.

73 Πολυτάλαντος ] *Hofius* cod. lib. III. cap. 14. n. 8. JUNG.

Πολυτάλαντος ὁ πλούσιος. ] Et haec indicato superius a nobis *Etymologi* loco habentur. *τίταρον*, inquit, *σημανόμισιο* nempe τοῦ τάλαντου, ἀριθμοῦ τι ὄνομα, ὡς καὶ πολυτάλαντος, ὁ πλούσιος, καὶ τὸ Ὀμήρου, Κεῖτο δ' ἄρ' &c. καὶ διτάλαντον δὲ καὶ ἡμιτάλαντον λίγεται. Ista vero καὶ διτάλαντον δ' ἂν εἴποις &c. ex *Polluce* habet *Sperlingius* de Nummis non cufis p. 10. ubi de talenti notione. In *Atisforbanis* autem *Lysistrata* p. m. 857. est *τριτάλαντον* βᾶρος.

74 Τὸ παρ' Ὀμήρω ] In C. A. non compritet τὸ verbum ipse *Homeri* est ex *Iliaid.* σ. v. 507. alter est *Iliaid.* ψ. v. 751. Kühn.

75 Μέσσοισι &c. ] MS. μέσαισι δύο &c. male ad verbum qui est 507. *Γλιάδης* σ. JUNG.

76 Καὶ διτάλαντον ] C. A. διτάλαντον &c. καὶ τριτάλαντον καὶ δικατάλαντον. ἡ. ὦ. Ο. C. V. δικατάλαντον subjicit τῷ ἡμιτάλαντον, deum ὡς καὶ Ὀ. Kühn.

Καὶ διτάλαντον ] *Ait* & *Hierodotus Clione* c. 50. ἡμπλήνεια, λευκοῦ χρυσοῦ, σιαιμὸν διτάλαντα. *Demosthenis* vero locus est in extrema illa nobili ὑπὲρ Κρισηνίου Oratione: διτάλαντον δ' εἶχε ἔχρον δωρεῶν παρὰ τῶν ἡγμένων τῶν συμμοριῶν· & παραγραφῇ ὑπὲρ Φορμίωνος· τὸ μὲν γὰρ διτάλαντον, ἡ δὲ ἀφορμὴ ἀσπίδοσθῆεν ἑκατὸν μνάς ἕξρον. JUNG.

77 Καὶ ἡμιτάλαντον ] Pro ἡμιτάλαντον, MS. postea δικάλαντον, ὡς καὶ Ὀμ. habet: sed χρῆσις subjecta, quae est ἱλ. ψ. v. 796. ἡμιτάλαντον non in *Homero* esse. Itaque hoc forte modo legendum *auctius*: καὶ τριτάλαντον, καὶ δικατάλαντον, καὶ ἡμιτάλαντον, ὡς καὶ Ὀμήρος &c. Et *Demosthenes* enim ἡμιτάλαντον etiam voce usus, ut in ea ὑπὲρ Φορμίωνος· πῶθ' ἡμιτάλαντον, & alibi. quibus subjicit *Pollux*, ut & *Homerus* &c. δικατάλαντους δικας apud *Aeschinem* in ea *περὶ τῆς παραπρισβ.* habes. *Demosthen.* contra *Aphob.* prima Orat. in fine: οἴκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι· & in altera *πειτικαδικαταλαντιαῖοι* οἴκου. JUNG.

78 Καὶ ἡ τοῦ π. &c. ] C. A. ἀρχαία δὲ ἡ χρῆσις καὶ τοῦ πέμπτου ἡμιτάλαντου &c. *Demosthenes* contra *Androt.* ὁ τῶν τριηροποιῶν ταμίας ἀποδράς ἄρχετο ἔχων κέντε ἡμιτάλαντα, quatuor talenta cum dimidio. Kühn.

Ἡ τοῦ πέμπτου ἡμιτ. &c. ] *Etymologus*: ἀρχαία δὲ χρῆσις καὶ ἡ τοῦ τρίτου ἡμιτάλαντου (ex *Nolito* legendum patet τρίτον ἡμιτάλαντον, idque & *Sylburgius* adverterat: toleres tamen; sed tum & sequentia eodem ponantur casu par est: alias certe C. A. lectio hinc in *Etymologus* convenit) καὶ πέμπτον ἡμιτάλαντον ἰστί δὲ τὸ μὲν τρίτον ἡμιτάλαντον, δύο ἡμισυ τάλαντα· τὸ δὲ πέμπτον ἡμιτάλαντον, τέσσαρα ἡμισυ, καὶ τὸ ἐβδόμων ἡμιτάλαντον, ἕξ ἡμισυ· (hinc superius post καὶ πέμπτον ἡμιτάλαντον inferendum patet καὶ ἐβδόμων ἡμιτάλαντον· nam hic istas voces ut recensitas exponit; patetque hoc magis, quod in nostro *Polluce* ita legatur) καὶ ὅλων, αὐτὸς ἀριθμῷ παρανόμως μέρη ἰσομομάς τις τὸ ἡμιτάλαντον, τούτου ὁ προηγούμενος ἀριθμὸς ἐφαρμόσει τὰ τάλαντα· οἷον, ἂν μὲν η, ἑπτά, ἂν δὲ θ, ὅκτω συν αριθμούμενου δηλοῖσι καὶ τοῦ Σ· sicuti ex *Suida*, apud quem talia similia repertiuntur, recte emendavit *Sylburgius*: haec quidem omnia quin ex *Polluce* sint petita nullus dubitabit, & mox infra alia hujusmodi ex *Etymologo* reddemus. Jam vero quid in his sequentibusque *Pollucis* opis attulerimus, monendum est: καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον & tum τὸ δ' ἢ uncinulis includeret *Seberus*, quos delevi, siquidem istas voces in textum MSS. Codices adferant: pauloque post vulgo fuit male τὸ ἐκτὸν & τὰ δύο, pro quibus reddidimus, τὸ ἕξ & τὸ δύο, quod & ex *Etymologi* verbis relitendum satis patet: praeterea distinctionem confusam antea variavimus diversimode, in pluribus sequenti *Jungermannum*: sed de his minutis opere non habes pretium, si singularim dicam. Hunc autem enumerandi modum tam facilem, ac planissimis expositum verbis mitum quam multi eruditissimi etiam viri, ex quibus *Pollucis* nomine, non ceperint: unde peritro haec talia recte in Latinum sermonem translata deprehendes



talentum, & septimum semitalentum. aut Quatuor semitalenta, aut duo dimidia, aut sex semitalenta. Et in summa, quotcunq; quis semitalenta enunciet, \* præcedentem hæc numerum, perfectum esse oportet: præter septimum, sextum: si vero tertium, duo: cum hoc autem dimidium ubique adnumerandum. Veteribus quoque usitatum est, unum semitalentum dicere,

μιτάλαντον, <sup>79</sup> καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον, καὶ ἑβδομον ἡμιτάλαντον. <sup>80</sup> τὸ δ' ἦν τέσσαρα ἡμισυτάλαντα, ἢ δύο ἡμισυ, ἢ ἕξ ἡμισυ καὶ ὅλως ὁπόσον <sup>81</sup> Φῆσει τις τὸ ἡμιτάλαντον, \* τὸν πρὸ <sup>82</sup> αὐτοῦ ἀριθμὸν ὀλοκλήρον <sup>83</sup> εἶναι δεῦ. <sup>84</sup> εἰ μὲν ἑβδομον, <sup>85</sup> τὸ ἕξ. ἀν δὲ τρίτον, τὸ δύο. σὺν δὲ <sup>86</sup> τούτῳ τὸ ἡμισυ πάντως <sup>87</sup> ἐπαριθμεῖν. Φίλον δὲ τοῖς ἀρχαίοις καὶ τὸ <sup>88</sup> ἐν ἡμισυ τάλαντον.

qui vero hæc Pollucis nostri attente legit, rem totam facillime percipiet. Hefychii autem locus, quem adfert Jungermannius nolter, incedula indiget; quid enim fuerit ἡμισυα, aut quo referetur? siue forsitan ἡμισυα, quo vitii genere & inferius apud Pollucem αἰ δύο ἡμισυαὶ δραχμαὶ, ubi, applaudente etiam Jungermanno, emendavimus αἰ δύο ἡμισυα, aut καὶ ἡμισυ, vel καὶ ἡμισυα δ. in Hefychio itaque, si sapias, leges: τὰ ἕξ ἡμισυ vel ἕξ καὶ ἡμισυ τάλαντα: quæ demum vera lectio est: respexit autem in istis Hefychius ad Herodotum Clione, ubi, indicante etiam Jungermanno noltero, ἑβδομον ἡμιτάλαντον & τέταρτον ἡμιτάλαντον pro sex talentis & sesqui, ac tribus cum sesqui occurrit: eundemque, puto Herodoti locum præ oculis habuit Volusius Macianus in hisce: *Sestertius duos asses est semissem, quasi semis tertius: Græca signata: ἑβδομον ἡμιτάλαντον nam sex talenta est semitalentum eo nomine significatur.* Et plura, quæ huc facerent, adferre liceret nisi & brevitas habenda esset ratio.

79 Καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον ] Sunt verba hæc e MS. interposita. Desiderari autem viderat & Christophorus Rufus, cujus vide Antexegem. tomo secundo Thef. Critici pag. 578. SEB.

Καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον ] C. A. in textu habet ita: καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον, id est, τρίτον ἡμιτάλαντον scil. χρῆσις: in margine est τρίτον ἡμιτάλαντον. KÜHN.

Καὶ τρίτον ἡμιτάλαντον ] Etiam nolter MS. hic habet, ut sagaciter Christoph. Rufus in suis Antexegemasin, cap. 11. restituendum vidit, & bene Seberus nolter ex MS. suo restituit. Non se ita extricavit Hofstius lib. III. rei numm. vet. c. 14. quamvis ait, verba hæc valde esse depravata, quæ ibidem interpretatur; nam Gualthers oscitantia soleus etiam a Ruso exagitata est. JUNG.

80 Τὸ δ' ἦν τέσσαρα &c. ] Etiam e MS. priores editiones tantum ἦ. SEB.

Τὸ δ' ἦν τέσσαρα &c. ] MSSi habent ista, nec opus est uncinulis, ut includantur. KÜHN.

Τὸ δ' ἦν τέσσαρα &c. ] In MS. desiderantur hæc, τὸ δ' ἦν τέσσαρα ἡμισυ τάλαντα, tota nempe linea: respondent autem τίμπτω ἡμιτάλαντον: quare post ἡμιτάλαντον ut omnia sint planiora, punctum ponendum: quæ enim sequuntur τὸ δ' &c. explicant priores χρῆσις. JUNG.

81 Φῆσει τις ] MS. φ. τις οὖν τό. SEB.

Φῆσει τις ] C. A. φῆσει τις εἶναι τ. ἢ. tollitque distinctionem τελεῖαν post ἡμιτάλαντον: commatica saltem adesse poterat. Salm. ὁπόσον φῆσει τις οὖν τὸ ἡμιτάλ. sed non opus est mutatione ulla. KÜHN.

Φῆσει τις ] MS. φ. τις εἶναι τὸ ἡμ. vocula plenius. JUNG.

82 Εἶναι δεῦ ] Salm. οὖν δεῦ. KÜHN.

83 Εἰ μὲν ] Priores editiones & MS. εἰ μὲν sed μὲν reponunt idem Christophorus Rufus, Mattheus Hofstius pag. 553. & Sylburg. ad oram libri sui. SEB.

Εἰ μὲν ] MS. εἰ μὲν ἑβδ. Et bene etiam illud μὲν, pro vulgato μὲν reposuerat ad oram Codicis sui H. Seberianus. JUNG.

Εἰ μὲν ] Ita & Canterus pro μὲν antiq. edit.

84 ἑβδομον ] Hefych. ἑβδομον ἡμιτάλαντον esse dicit τὰ ἕξ ἡμισυα τάλαντα, sibiende halbe talent. Sylburg. SEB.

85 Τὸ ἕκτον ] MSSi τὸ ἕξ. siquidem septimum præberit, tum sex erunt talenta, si vero tertium, tum binarius erit perfectus, adeoque ἑβδομον ἡμιτάλαντον sunt sex talenta cum dimidio, τρίτον ἡμιτάλαντον erunt duo talenta cum dimidio. Interpres hic se non extricet, quia legit εἰ μὲν, quod reddit, ne vel præter. KÜHN.

Τὸ ἕκτον. ] MS. nolter: τὸ ἕξ. α. δ. τρ. τὸ δύο Ionæge rectius. Scioli hæc nempe suo modo sibi finxerunt, quum saltem græcas notas numerorum in suis Codicibus invenirent. sic itaque cum MS. locum totum a Segm. præc. rescribere & distinguere: ἡμισυ καὶ ὅλως ὁπόσον φῆσει τις εἶναι τὸ ἡμιτάλαντον, τὸν πρὸ αὐτοῦ ἀριθμὸν, ὀλοκλήρον εἶναι δεῦ. ἀν μὲν ἑβδομον, τὸ ἕξ. ἀν δὲ τρίτον, τὸ δύο. σὺν δὲ τούτῳ &c. cum hoc ait dein, nempe ὀλοκλήρον, ut ἕξ, ut δύο, dinumerandum semper τὸ ἡμισυ ut antea Segm. præc. habuisti, δύο ἡμισυ. ἕξ ἡμισυ non ἕκτον ἡμισυ ut vulgo est. alias & δεύτερον ἡμισυ, credo dixisset. Et sic ego hæc ita capio: si quis melius sententiam proferat, ego non obloquar tum. Alias H. Stephanus & hoc adscripsit hic: Hefych. ἑβδομον ἡμιτάλαντον esse dicit τὰ ἕξ ἡμισυα τάλαντα: quæ Noster credo nihil repugnant: idem enim quod ipse Noster dixit Segm. præced. ἕξ ἡμισυ, scilicet τάλαντον, quod responderet antecedenti ἑβδόμῳ ἡμιτάλαντῳ meminit ejus locutionis & supra IV, 175. JUNG.

86 Τούτῳ τὸ ἡμισυ ] C. A. & Salm. καὶ τὸ ἡμισυ (superferipto καὶ) πάντος ἀριθμεῖν. C. V. ἀπαριθμεῖν etiam dimidium, numero præcedenti integro: omnino subjiendum est exemplum, quo hic numerandi modus illustrari poterit egregie: suppeditat Herodotus libr. I. ubi inter alia commemorat Cræsum sacrasse Delphis leonem ex purissimo auro factum, cuiusque pondus fuisse decem talentorum, cum autem templum Delphicum incendio haultum esset, τέταρτον ἡμιτάλαντον colliquefactum decessisse ponderi, conficitur inde quod leo ille aureus in pondere reliquum haberit ἑβδομον ἡμιτάλαντον, id est, deductis tribus talentis cum dimidio, e decem talentis superfuit pondus sex talentorum cum dimidio. eodem in loco τρία ἡμισυτάλαντα vocat, unum talentum cum dimidio: confert Festum in tricenies tertium. KÜHN.

87 Ἐπαριθμεῖν. ] MS. ἀριθμεῖν. SEB.

Ἐπαριθμεῖν. ] MS. nolter ἀπαριθμεῖν quod non minus rectum arbitror. JUNG.

88 Ἐν ἡμισυ ] Pro ἐν ἡμισυ legit Salm. τὸ ἕξ ἡμισυ, quod non capio. KÜHN.

Ἐν ἡμισυ τάλαντον, &c. ] Etymologus hæc iterum habet verbo tenus, nisi quod τὴν μίαν ἡμισυ μὲν pro ἡμισυα, quæ eadem sunt. Τρία ἡμιμναῖα de sesquimina observo & apud Platonem lib. VI. de Legib. elegans est locus & poni dignus: ὁ δὲ μὲν πτωχόμενος, ἀλλ' ἢ διδοῦς ἢ λαμβανὼν πλεον ἢ πτωχόμενος ἀξίω δραχμῶν εὐθὺς χάριν, ὁ μὲν μὲν, ὁ δὲ τριῶν ἡμιμναίων, ὁ δὲ δυοῖν μναίων ubi τρία ἡμιμναῖα intercedunt minam & binas minas: & audi Budaum: Græci, inquit, sesqui non habent quomodo uno vocabulo significant: ideoque τρία ἡμιμναῖα, id est, tres semiminas, Demosthenes pro sesquimina dixit: ἔξ Xenophon τρία ἡμιμναίων καὶ pro sesquimino; pendebatur enim militibus Darius, qui erat novemdecim testradrachmalis, id est, qua-



<sup>89</sup> τρία ἡμιτάλαντα λέγειν, ὡς καὶ τρία ἡμίμναια, τὴν μίαν ἡμίσειαν μνᾶν <sup>90</sup> ὅτι δὲ παρὰ τοῖς ἑφ' Ὀμήρου τὸ τάλαντον ὀλίγον ἠδύνατο, μάθοις ἀν ἐκ τῆς ἱπποδρομίας, <sup>91</sup> ἐν ἧ τῶ τρίτῳ μὲν ἄθλον ἔστι λέβης· τῶ δὲ τετάρτῳ δύο <sup>92</sup> χρυσοῦ τάλαντα. <sup>93</sup> ἡ μνᾶ δὲ ἐστὶ τὸ μέγιστον <sup>94</sup> τῶν τοῦ τάλαντου μερῶν, ὡς <sup>95</sup> εἰς ὄνομα κατακερματῖσαι λύσαντα τὸ τάλαντον <sup>96</sup> ἐπεὶ καὶ τρίτον ἀν

pro tribus semitalentis. quemadmodum & Tres semiminæ, pro una dimidia mina. Quod autem apud eos, qui Homeri tempore vixerunt, Talentum quam minimum valuerit, ex equorum cursu conjicies, in quo tertium bravium est lebes: quarto vero, auri duo talenta. \* Mina vero est maxima talenti partium, cum in nomina minima talentum redigitur. Insuper & trientem

tuor drachmas pendens, sive semunciam: hæc eademque ex *Βηδοῦ* habet *Clarean.* de *Asse* cap. 2. Errorem vero interpretis antiqui in *Demosthenem* τρία ἡμίμναια de mina ac selquimina capientis facile detegere licet: nimirum confundit τρία ἡμίμναια & τρίτον ἡμίμναιον, de quo mox *Noster*: & miramur vero *Wölffium* hæc talia probantem & in versione exprimentem quoque, multo tamen magis *Kühnium* nostrum, qui in eodem erroris luto ad *Segm.* hujus libri 54. hæret, ubi πέντε ἡμιτάλαντα ex *Demosthenis* *Androtiana* *Wölffium* secure nimis sequitur interpretatur, quatuor talenta cum dimidio, cum debuisset, bina talenta cum dimidia: sed quid in re notissima jam verba profundimus? *Prisciani* porro locum, quem habet *Jungermannus*, tractat atque feliciter emendat vir perspicacissimi iudicii *J. Frider. Gronovius* libr. I. c. 3. de *Pecun. Vet.* ibidemque & hunc ferme totum *Pollucis* nostri reperies. Sed ut aliquid de ἡμίμναιοις loco non incommo- do adjiciam, *Attici* raro solent ἑκατὸν καὶ πενήκοντα μνᾶς dicere, sed illius loco scriptissime τριακῶσι ἡμίμναια, quod est in *Xenophonis* *Péris* & ad hæc rationem alia similia sunt redigenda.

89 Τρία ἡμιτάλαντα ] Ita τρία ἡμιβόλια, pro obolus semis, vel selquiobolus, *Theophr.* in *Charact.* περὶ ἀπορίας ubi consule *Comm. Casaubon.* pag. 187. & invenies plura exempla. SEB.

Τρία ἡμιτάλαντα ] Hæc nemo tibi illustrabit eruditius quam magnus *Casaubonus*, ut etiam indicavit *Sebeus* noster in *Comm.* ad *Theophrast.* *Charact.* περὶ ἀπορίας, ad verba tria ἡμιβόλια: extant enim illa a *Polluce* hoc loco prolata dicendi genera apud *Demosthenem*, ut hoc ipsum τρία ἡμιμναῖα (quamvis & noster MS. hic proparoxytone ἡμίμναια) in ea contra *Theocritum* extat: ubi tamen semper lapsus didyml. interpres, *Græculo Scholiaste* male etiam explicante. Sed adi ipse illum omnijugæ eruditionis fontem *Casaubonum*, & vide etiam Avum nostrum in lib. de *Numism.* ubi de utroque locutionis genere τρίτον ἡμιτάλαντον, & τρία ἡμιτάλαντων quoque agit, illustratque ex *Herodoti* loco in *Clione*, ubi quoque ἑβδομοῦ ἡμιτάλαντον habes, & notat quoque lapsum interpretum *Demosthenis* in *Androtiana*. *Priscianus* lib. de *Figuris* numerorum &c. *Seslerius*, olim *dypondius* & *semis*, quasi *semisestius*, quo tempore *denarius* decussis valebat. hoc est, post duo, sequens tertio loco est *semis*. Hoc quoque secundum *Atticos* & *Iones*, qui ἡμισυ τρίτον dicebant, pro δύο ἡμισυ, posse etiam *Didymo*, qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis & constructionis analogiam *Græcorum* secutos esse *Romanos*. Unde & *Herodotus* in primo *Historiarum*, ἐποιετο δὲ καὶ λιόντες εἰκόνα χρυσοῦ ἀπίφθου, ἔκλουσαν σταθμὸν τάλαντα δίκαι· οὗτος ὁ λίαν, ἐκιδὴ κατεκαίτο ὁ ἐν *Δελφοῖσι* νῆος, κατέπισεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλιθίων ἐπὶ γὰρ τούτοιον ἰδρυτο· καὶ νῦν κείται ἐν τῷ *Κορινθίῳ* θησαυρῷ ἔκλουσαν σταθμὸν ἑβδομοῦ ἡμιτάλαντον \* εἰδούλων τῶν δίκαι τάλαντων γεγενῆσθαι τὸν λίοντα· κατελέγει, ἔχειν ἑβδομοῦ ἡμιτάλαντον· τουτέστιν, ἕξ ἡμισυ τάλαντα. *Septimum semitalentum dixit pro sex semis talenta*. Hæc ille, & mutilus & mendosus: defectum ex *Herodoti* *Clione* cap. 50. ita supple: ἡμιτάλαντον· ἀπὸ τῆς γὰρ αὐτοῦ, τέταρτον ἡμιτάλαντον· quæ sequuntur esse credo *Didymi* ἐκ τῶν περὶ τῆς *Ῥωμαίων*

ἀναλογίας· quæ restituere alii conentur. certe εἰδούλων legendum, pro εἰδούλων, patet; respicit enim ad istud *Herodoti*, εἰκόνα· an in καταλίγει, forte κατακαυθίντα λίγει, vel aliud corruptum sit, non certo dico. vide eundem *Priscianum* c *Didymo* pluribus eodem libello. JUNG.

90 Ὅτι δὲ παρὰ τ. &c. ] Hunc locum de talento, id non tanti fuisse temporibus *Homeri*, quanti fortasse aliquis suspicaretur, adfert *Muretus* *Notis* in *Xenophonem* ad locum VI. Κύρου παιδίας istum: πολλὰ τάλαντα ἀργυρίων καὶ χρυσοῦν· JUNG.

91 Ἐν ἧ τὸ τρίτον &c. ] C. V. τὸ τρίτον μὲν ἄθλον &c. C. A. τῶ τρίτῳ &c. uti mox τῶ τετάρτῳ. *Kühn.* Ἐν ἧ τὸ τρίτον &c. ] MS. ἐν ἧ τὸ τρίτον μὲν τὸ ἄθλον &c. Scribendum itaque τῶ τρίτῳ μὲν τὸ ἄθλον. Sic mox τῶ τετάρτῳ habes. patebit tibi ita & apud *Homericum* esse, cujus versum mox referam. JUNG.

Τὸ τρίτον ] *Toleremus* τὸ τρίτον, ἄθλον scilicet: sed utique mox tamen, τῶ δὲ τετάρτῳ, quibus hæc concinant oportet: itaque cum MSS. τῶ τρίτῳ. *Elysiologus*: ἢ γὰρ καὶ βραχὺ τι (τάλαντον) παρὰ τοῖς ἀρχαίοις· καὶ ὁ ποιητὴς δὲ θῆλον ἡμῖν ταῦτα παῖσι, ἐν τῷ ἱπταφίῳ τοῦ *Πατρόκλου* λίγων· sequitur *Homericus* versus, & tum, εἰ γὰρ περὶ τοῦ τάλαντου τῶν Ἑλλήνων ἴσσι βραχὺ τι τὸ τάλαντον τοῦ χρυσοῦ· supra quoque ex *Didymo* quæ huc facerent attulisse memini.

92 Χρυσίου ] *Χρυσού* τ. uterque *Codex*. *Kühn.* *Χρυσίου* ] MS. χρυσοῦ, non χρυσοῖου. Et MS. lectio hic verior mihi videtur. Versus *Homericus* sunt Ἰλ. ψ. ubi *Achilles* funebres ludos celebrat *Patroclo* suo, & præmia ponens:

Ἰππιῶσιν μὲν πρῶτα ποδῶκεσσι ἀγλά' ἄθλα  
Θῆκε, γυναῖκα ἀγίσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν,  
καὶ τρίποδ' ὠτώεστα δύο καὶ εἰκοσιμῆτρον  
τῶ πρῶτῳ· ἀτὰρ αὖ τῶ δευτέρῳ ἱππον ἴθικεν  
Ἐξέτε', ἀδμήτην, βρίφος ἡμίονο κούουσαν·  
ἀντάρ τῶ τρίτῳ ἀκρυοῦ κατέθηκε λέβητα,  
καλὸν, τέσσαρα μέτρα κικχαρότα, λευκὸν ἴτ' αὐτῶς·  
τῶ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα·  
πέμπτῳ δ' ἀμφίβητο φιάλη ἀπόρωτο ἴθικε.

Hanc autem particulam *Homericorum* carminum fortasse ἱπποδρομίας vocabant, ut noster *Pollux*, a primo nempe & potissimo certamine: quamvis hanc partem a rhapsodis τὰ ἐπὶ *Πατρόκλου* ἄθλα veteres dixisse ex *Elmano* XIII. Var. Hist. 11. discam. JUNG.

93 Ἡ μνᾶ ] Sic et apud *Suidam* esse notat *Hofius* lib. III. *Rei Numm.* c. 9. n. 2. JUNG.

Ἡ μνᾶ δὲ &c. ] Vide *Snellium* de *Re Nummar.* pag. 47.

94 Τῶν τοῦ τάλ. μερῶν ] C. A. τὸ μέγιστον τοῦ τάλαντου μέρος. *Kühn.*

95 Εἰς ὄνομα κατακ. ] C. V. omittit εἰς· malim retinere, ut in *nomen* (minæ) solvi, & quasi in minutias artis redigi possit talentum: resolvitur alias etiam talentum per numeros ex gr. τρίται τάλαντου &c. *Kühn.*

96 Ἐπί καὶ τρίτ. ἀν εἶπ. ] De his ita Avus noster in lib. de *Numism.* Græc. ac Latin. *Talentis* partes numeris potestunt distingui, ut τρίτον μέρος seu trientem· τῆς τέταρτον μέρος, sive τεταρτημέριον. *Quotum* illud



talenti dices & quadrantem, & tertiam talenti partem, & quartam partem. & hujusmodi partes ex numero manifestæ sunt, sed non ex nomine. Erat vero mina ponderis, & numismatis nomen: cujus dimidium dixeris semiminam. & tertiam semiminam, duas & semiminam dices. Minam quoque cum reliquis vocabulis componentes, ut Herodotus in quinto libro dixit πεντάδιμον, id est, quin-

57 que minis constans. \* Lysias vero contra Autocratem, obvenit mihi viginti minis constans convivium. Cæterum

εἴποις τάλαντου, καὶ <sup>97</sup> τέταρτον, καὶ τριτημόριον τάλαντου, καὶ τεταρτημόριον· τὰ δὲ τοιαῦτα μέρη, <sup>98</sup> ἔστιν ἐξ ἀριθμοῦ δηλούμενα, ἀλλ' οὐκ ἐξ ὀνόματος· ἦν δὲ <sup>99</sup> καὶ μινᾶ σταθμοῦ τε καὶ νομισματος ὄνομα· οὗ τὸ ἥμισυ ἡμίμναιον· <sup>100</sup> καὶ τρίτον ἡμίμναιον εἴποις, δύο <sup>1</sup> καὶ ἡμίσειαν μινᾶν ἔρεις· <sup>2</sup> καὶ συνθέντες δὲ τὴν μινᾶν ἔλεγον, ὡς περ <sup>3</sup> Ἡρόδοτος ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ· <sup>4</sup> δῖμνως εἴρηκεν· <sup>5</sup> ὁ δὲ Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Αὐτοκράτους, <sup>6</sup> τετύχη- 57  
κε δὲ μοι καὶ <sup>6</sup> εἰκοσίμνως ἔρανος· ὁ δὲ <sup>7</sup> χρυσοῦς

posito quod talentum compleatur minis LX, viginti habebit minas, hoc quindecim. Simili ratione dimiorum talenti erit minarum quadraginta, id est, tres. Sed hæc numerorum non appellationum discrimina sunt. JUNG.

97 Τέταρτον] C. A. τέταρτον καὶ τριτημόριον καὶ τεταρτημόριον. KÜHN.

98 Ἔστιν] MS. ἔστιν. JUNG.

99 Καὶ μινᾶ] MS. καὶ ἡ μινᾶ· & mox νομ. τὸ ὄν. SEB.

Καὶ μινᾶ] C. A. ἦν δὲ ἡ μινᾶ σταθμοῦ τε &c. KÜHN.

Καὶ μινᾶ] MS. noster adhuc plenius quam Seberi nostri: καὶ ἡ μινᾶ σταθμοῦ τε ὅμου καὶ νομισματος τὸ ὄνομα &c. Adfert alias hæc Holsius lib. III. Rei Numm. cap. 9. num. 1. JUNG.

100 Καὶ τρίτον ἡμίμναιον] C. A. hæc habet in margine tantum usque ad ἔρεις. KÜHN.

Καὶ τρίτον ἡμίμναιον] MS. ἡμίμναιον, καὶ τρ. ἡμ. εἴπη εἰς δύο &c. & non inepte legamus credo: ἡμίμναιον· καὶ τρ. ἡμ. εἴπη (sive εἴποις) δύο καὶ ἡμ. μινᾶν ἔρεις· si nempe dixeris τρίτον ἡμίμναιον, id periude est ac si δύο καὶ ἡμίσειαν μινᾶν dicas: sicut si τρίτον ἡμιτάλαντον, idem quod δύο ἡμισυ τάλαντον. JUNG.

1 Καὶ ἡμίσειαν] C. A. pro καὶ legit καὶ· in textu vero est καὶ τ. ἡ. εἴπη εἰς δύο καὶ ἡμίσειαν μινᾶν· ita & vctus liber Salm. legit: Idem & pro εἰς, εἰ legi potest ait. C. V. καὶ τριτημναιον εἴποις εἰς δύο &c. KÜHN.

2 Καὶ συνθέντες] C. A. συντίθεντες &c. KÜHN.

Καὶ συνθέντες] MS. καὶ συντίθεντες δὲ &c. JUNG.

3 Ἡρόδοτος ἐν τῷ &c.] MS. Ἡρόδ. μὲν ἐν &c. JUNG.

4 Πεντάδιμον] MS. διμνῶς εἴρ. Herodot. libro quinto, fol. 349. χρόνῳ δὲ ὑστερον ἔλυσαν σφίρας διμνῶς ἀποτιμησάμενοι· βίσις πολλὰτος μινίς ὀλνερυντ. SEB.

Πεντάδιμον] MSS. διμνῶς. C. V. dein εἴπη. C. A. retinet vulgatum εἴρηκε. Herod. ut nunc est in mundo, habet διμνῶς ἀποτιμησάμενοι, singulis captivis duabus minis impositis, ut jam notatum Sebero. Lib. VI. vero ait Idem: ἀποινα δὲ ἐστὶ Πιλοποννησίοις δύο μινᾶι τεταγμέναι κατ' ἄνδρα αἰχμαλώτων ἐπιτίθει. Salm. quoque διμνῶς. KÜHN.

Πεντάδιμον] MS. διμνῶς εἴπη· non πεντάδιμον· quod unde irreperit, nisi a mala manu nescio. Saue suspicari licet illum numerum libri πέμπτου male & ad voculam διμνῶς repetitum. Scribamus itaque διμνῶς, ita enim noster solet communiter & contracte eloqui, quæ Ionice apud Herodotum legit, apud quem hic διμνῶς est in ea Terpsichore cap. 77. locumque attulit jam Seberus noster. Sic saue & τριων habes in Suida. Lubet & nostri Avi verba adseribere ex libel. de Numism. Ἐ διμνῶς ἀποτιμησάμενοι, Herodotus Τερψιχόρῃ de Βωτίης Ἐ Χαλκιδεσibus, quos διμνῶς in vinculis habitos, tandem amississe dicit Athenienses, pretio in singulos statuto minarum duarum. Et quod de Lysia adducit Pollux εἰκοσίμνως ἔρανος, de collatione viginti minarum. Suida τριων τὸ τριῶν μινῶν ἀξίον ἀποσάθει, Ἐ αὐτῷ δὲκαμινῶν, ut in his usus varius appareret. Valcat itaque vulgatum πεντάδιμον, quod visis

doctis sapius imposuit, id suis Lexicis inferentibus, ut & Rhodigino, lib. XI. Antiq. lect. c. 2. ubi etiam multa in hoc capite persequitur. JUNG.

Πεντάδιμον] Ex MSS. & Herodoti loco διμνῶς in textum reculit Kühnius noster, & recte: ita τριων eodem modo est apud Etymologum τριῶν μινῶν ἀξίον. & sic mox in Lysia verbis restituiimus εἰκοσίμνως ἔρανος, eodem Kühnio præeunte. Τετύχηται ibidem vulgo erat, sed præstantius est MSS. τετύχηκε, quod itaque in textum recepi.

5 Τετύχηται] MS. τετύχηκε. SEB.

Τετύχηται] MSSti, τετύχηκε δὲ μοι· Salm. ἐτετύχη. & tum εἰκοσίμνως in C. A. Salmas. quoque εἰκοσίμνως ἔ. erat vero mihi etiam pecuniæ collationis ab amicis viginti minarum. KÜHN.

Τετύχηται] MS. τετύχηκε, non τετύχηται, in verbis Lysia, ita & Seberi MS. & quid ni recte magis. JUNG.

6 Εἰκοσίμνως] MS. noster paroxytone, εἰκοσίμνως· ut Avus meus adgnoscit. JUNG.

7 Χρυσοῦς] C. A. χρυσοῦ, quod cum vulgata facit patia: καὶ γὰρ ἐν τοῖς i. &c. nam & inter ea, qua ponderantur, ponderis minimum statorem vocant. Scaliger in libro de Re Nummaria χρυσοῦς plane delet, quia existimat hic agi non de mina auri, sed statica & ponderali. Rectius Gronov. de Vet. Pecun. cap. 7. libr. III. verba priora ὁ δὲ χρυσοῦς στ. &c. de anti mina accipit, quæ aureum statorem conficiebat. id quod amplius eo firmatur, quod etiam in ponderibus mina pondus dicatur stater. Salmas. hunc locum in notis ita exhibet, πίντε χρυσοὶ στατήρες μινᾶν ἠδύνατο καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἰτακίμοις τῆς μινᾶς τὸ πέμπτον στάτηρα δομάζουσι· μινᾶν· quæ lectio, quid sibi velit doctiores viderint, priora verba sine dubio respiciunt Hefych. vel Polemarchum potius apud Hefychium, qui dicit μινᾶν δὲ λέγεσθαι τοὺς πίντε χρυσοῦς· posteriora videntur velle quintiam partem mina statorem a ponderantibus dici minam, quod quidem a lectionis vulgare vestigiis longius recedit: vide eundem de Modo Usur. pag. 71. ubi servat locum Pollucis inemendatum, & iterum pag. 234. τὴν μινᾶν τῆς ῥοπῆς docet Pollux Στατῆς στατήρα appellari. KÜHN.

Ὁ δὲ χρυσοῦς στατήρ, &c.] Duri quid ac difficilis habet hic locus, quod animadvertas licet ex diversissimis super eo doctissimorum hominum sententiis, quæ mirum quantis divortis a se invicem in remotissima discedant: & plerosque tamen, si non omnes, qualemcunque tandem ad eum aut illustrandum aut emendandum attulerint diligentiam, vero aberrasse existimo, ac sese frustratos fuisse, dum graviter in hisce cæspitantem Onomasticographum nostrum non vident. Cum itaque res sit alicujus momenti, immoremur paulisper, videamusque primo, quæ cuique eruditorum hominum sedeat sententia. Literatæ cohortis primipilus Joseph. Scaliger eliminandam censet voculam χρυσοῦς, eaque demum ejecta planissimum relinqui sensum putat: referam hæc illius verba: Et quemadmodum Hebræis siculus pondus momentanea lan-



στατήρ, μνᾶν ἢ ἰδύνατο· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἰστα-  
μένοις τὴν μνᾶν τῆς ῥοπῆς, ὁ στατήρα ὀνομάζου-

stater aureus minam faciebat. In ponderi-  
bus enim minam momenti staterem vocave-

cis; ita etiam στατήρ Atticis, qui aliter μνᾶ· ponit  
tum ac emendat Pollucis nostri verba; iterumque hæc  
subjicit: *Designat enim (Pollux) μνᾶν duplicem esse:  
alias enim ῥοπᾶν sive lancis momentanea pondus: alias  
νόμισμα significari.* Et hæc quidem est maximi illius  
viri opinio, a qua in alia omnia Snellius abit, qui  
nescio quibus fiduculis, quæve machinarum vi ex hîc  
Pollucis nostri verbis procludere nititur inauditum an-  
tiquis staterem viginti ac quinque drachmarum, & hau-  
serat quiddam hujus sux explanationis, credo, ex  
Hofso, cujus verba delecta in suum Commentarium  
retulit *Jungermannus*: ac hercle non exputo quibus  
levissimis ac ineptis rationibus adacti in hæc se devia-  
rare poterint eruditi viri, *Snellius* præcipue, qui si-  
bi heic in plurima parte parum constat, illiusque hanc  
opinionem doctæ revicivit vir eruditionis subactæ *Frider.  
Gronovius* de Pecun. Vet. lib. III. c. 7. cujus dem-  
um longe præstantissimi viri sententiam postremo lo-  
co propriis ipsius expressam verbis non invidendo tibi,  
benivole Lector: *Quorum*, inquit, (eorum nimirum  
quæ ex Pollucis hoc loco retulerat & *Josepho*, qui,  
cum ei LXX. vendidissent *Josephum* εἰκοσι χρυ-  
σοῦν, scripserat εἰκοσι μνᾶν) ego hanc sententiam esse  
censeo; staterem aureum pendere ac dici etiam auri mi-  
nam: nam ut talentum auri, tres stateres, drachma  
argenti LX, quum argenti talentum sit LX. mina-  
rum, MDC. drachmarum: ita ἢ mina alia auri,  
nempe viginti drachmæ sive stater, alia argenti qua C.  
drachmarum: quæ sane expositio præ cæteris miro blan-  
ditur lenocinio: sed tamen paulisper animumque lo-  
co attendamus, auctorisque nostri errantis quamvis  
mentem aperiamus, quantum fieri potest. Statuam itaque  
primo loco in hîc Pollucis nostri verbis de pon-  
dere stateris non de pretio agi, quod & rectissime viderat  
*Scaliger*: & enim a nostris partibus ipse *Pollux*  
aperte itat, siquidem *Segm. 58.* dicat demum ἐστὶ δὲ  
καὶ νόμισμα στατήρ, quæ persuadent. credo, in prio-  
ribus de pondere stateris loquutum fuisse. Tum vero  
intractam *Pollucis* nostri manere potius velim voculam  
χρυσούς, quam si extermines, violatam dederis anti-  
quorum Codicum fidem, qui genuinam eam habent  
ac probant: his si ipsa *Pollucis* nostri accedat aucto-  
ritas, res erit indubia: is itaque IV, 75, inquit: ὁ δὲ  
χρυσός στατήρ δύο εἶχε δραχμῶν Ἀττικῶν: quo loco  
de pondere agi *Segmenti* docet inscriptio: & per duas  
drachmas intelligi aureas; alias enim viginti habet ar-  
genti drachmas stater, quibus auri binæ sunt æquales,  
siquidem decupla pretii parte argentum auri valor ex-  
cedat. Forsitan tamen cum *Salmasio* non male pro  
χρυσούς levicula mutatione scripseris χρυσοῦ· melius  
enim, cum de pondere sermo est, στατήρα χρυσοῦ  
dici puto, quam στατήρα χρυσοῦν, sicuti δραχμῆ χρυ-  
σοῦ & χρυσῆ, illa de pondere, hæc de nummo dicitur:  
utrumque tamen obtinuerit credo: sicuti *Segm.*  
seq. στατήρες χρυσοῦ de nummis in *Eupolidis Demis.*  
Hæc vero si de numismate volueris intelligere, verte  
te in quæcumque libuerit partem, nec sic tamen re-  
peries quicquam, quo stateri minam te conciliaturum  
promittere audeas: certe quæ vir eruditionis exquisitæ  
*Gronovius* in medium protulit, si ad amissum exami-  
nentur haudquaquam congruunt: quid enim? ad hanc  
itaque fictitiam XX. drachmarum minam stabilendam  
momenti quid conferet duplicis talenti comparatio?  
minime profecto: felicius id succederet, si eam ra-  
tionem ad auri talentum haberet mina auri, quam  
ad argenti talentum argenti haberet mina, qua debita  
proportione hic plane destituimur: porro cum mina  
argenti contineat C. drachmas, auri minam continere  
oportebat X. drachmas, cum aurum τοῦ ἀργυρίου sit  
δικαπλάσιον, monente inferius *Polluce* nostro: & unde  
tandem, quæve auctoritate stabilias illam auri minam

XX. drachmarum? non certe, quod *Josephus* μνᾶς di-  
xerit, quas ei ὁ χρυσοῦς illa enim diversitas a vatio  
Hebrææ vocis ἡρα intellectu pender, quam hi χρυσοῦν,  
ille vero μνᾶν putavit: nec quoque ex *Plauti Philippis*  
vel *Philippicis* minis, quæ immane quantum a state-  
re aureo discrepant, prout enim *Philippicum* fuit ta-  
lentum, cujus & ipse *Plautus* in *Truculento* meminit,  
ita & *Philippica* fuisse mina, quæ eam habere ad At-  
ticas minas rationem, quam talentum *Philippicum* ad  
Atticum, quod posterius prioris fuit triplum, ut ob-  
servat recte *Illustriss. Scaliger*. Amplectamini igitur  
sensum verbis *Pollucis* nostri convenientissimum: nimirum  
ab sese illa nobis suppeditant staterem auri, &  
auri minam ponderis æquati; aureum, inquit, stater  
minam valebat, etenim in rebus momentaneis minam  
ponderariam, staterem nominans; Ἔ quando ponunt  
πενταστάτηρον, πεντάμινον videntur velle. Sed tamen  
ista *Pollucis* nostri si ad veri trutinam examines, non  
intercedo quin pro falsis habeas: id indicavi jam superius,  
& certe in hac re non mediocri errore est hallucina-  
tus: quis enim seu pretium nummatium sive ponderis  
examen intelligas, minam & staterem idem valere di-  
xit? antiquorum certe nemo: neque *Seslerati* πεντα-  
στάτηρον fuerit πεντάμινον λέγειν, λέγειν. Sed, quod quin-  
que staterum pondus habet, quinquelibre, ut πεντάμινον,  
quod quinque pendebat minas. Et probemus quoque  
paucis: *Darius* idem qui stater pondere ac valore;  
at is viginti censetur drachmis argenteis ab *Hierocratione*,  
*Aristophanis Scholiaste*, aliisque: mina vero cen-  
tum: ut quinque demum stateres minam efficiant,  
adeoque stater quinta sit minæ pars: hæc in nomis-  
mate, de quo & supra terigimus: de pondere vero en-  
tibi *Heronis* MS. verba: ἡ δὲ μνᾶ στατήρας εἰκοσι καὶ  
πίπτει (ἔχει) ὁ δὲ στατήρ δραχμῶν, αὶ εἰς ἑλκῆαι, ἢ  
similique modo *Cleopatris* quatuor drachmas, argen-  
teas intellige, stateri adtribuit, vocarique monet τε-  
τραδραχμων & patet ex *Herone* porro minam, & cum  
pondus est, & cum nummus, utroque modo drachmis  
censeri C: aliud itaque *Pollucem* nostrum egisse, cum  
hæc traderet, perspicuum est: nec quivquam, puto,  
seu de pondere velit seu de nummo intelligi, expedi-  
et locum. *Sperlingius* certe secum ipse non consentit,  
ubi hæc examinat. vide illum p. 132 & 154.

8 ἰδύνατο. ] MS. ἰδύνατο. SEB.

ἰδύνατο. ] MS. nolter, sicut *Seberi*, ἰδύνατο. Hunc  
vero locum non nisi de aureo stateri unciali octo  
drachmarum, proportione duodecupla cum semisse in-  
telligi posse ait *Hofsus* libr. V. Rei Numm. vet. cap. 4. in quarta Proportione. n. 12. quem vid. &  
codem libro cap. 2. n. 7. & cap. 8. in *Darico* n. 9. *Mariana*  
de Ponderibus c. 7. ex eo quod *Suidas* scri-  
bat, quinque *Daricos* minam argenti valere, hunc lo-  
cum in eo quod aureum staterem minam valere habet,  
caltigandum esse suspicatur. Locus *Suide* est in *Δαρτι-  
κούς*. Sed *Pollucis* nostri lectio clara est, & veterum  
Codicum consensu confirmatur, & iis quæ *Pollux* sub-  
jicit, μνᾶν τῆς ῥοπῆς, staterem dictum, & pentamnum  
videri dicere, qui dicant pentastaterum. Nec si quid  
non capias, statim emendandum fuerit itaque, aucto-  
re adeo reclamante. JUNG.

9 Στατήρα ] *Hofsus* libr. III. Rei Numm. vet. cap. 7. n. 1. ubi tamen hæc non explicat, & lu-  
bens fatetur Avus meus se nondum satis posse intel-  
ligere, quomodo hoc pretium ad pondus referat *Pol-  
lux*. Videtur tamen, si lubet quid mihi opinionis  
proferte, dicere nolter idem quod de Talento, & de  
mina dixerat, nempe talentum quoque σταθμῶν ὀνομά-  
esse, & itaque in *ταλαντιαῖος* dubitabat supra *Segm.*  
53. diceret ne *Crates* τμήν, ἢ ῥοπῆν. Sic de mina *Segm.*  
56. σταθμῶν quoque nomen esse. Idem, ni fallor,  
ait περὶ στατήρος, & hunc non tantum pretii nomine





runt. Et cum quinque stateras continens dicunt, quinque minas intelligere videntur: ut in Hippocratis deposito, quoniam enim videor albus homo, pinguis, ociosus, capiat lignonem affuetus infumescere *πενταστάτηρον*, spiritus confurget. \* Est & stater numisma: ut cum Aristophanes dicit,

*Stateris vtro servi iudebamur.*

venisse, sed & ponderis. hinc staterem pendere, ἐν τοῖς ἰσταμένοις nimirum dictum τὴν μὲν τῆς ῥοπῆς. Sic mox *Segm.* seq. 58. εἴτε ῥοπὴν, εἴτε ἀριθμὸν, de τετραστάτηροις, perinde ac supra *Segm.* 53. locutum ex MS. indicavimus. JUNG.

10 Ὅταν εἴπωσι πεντάστατον. ] MS. ὅτ' ἂν εἴπ. πεντάστατον. *Hofhus* hujus loci meminit *lib.* III. *Rei Numm.* vet. c. 7. n. 21. & *lib.* V. c. 8. in *Darico* n. 11. JUNG.

11 Πεντάμιον. ] C. A. ex correctione πεντέμιον δ. λ. cetera abstinere usque ad πνεῦμα ἄνω. KÜHN.

12 Ὡς ἐν τῇ Ἰπποκρ. &c. ] Ὡς ἐν τῇ &c. defunt in MS. usque ad ἔστι δὲ καὶ νόμισμα &c. JUNG.

13 Ἰπποκράτους παρακαταθήκη. ] C. V. ascriptum quod sit legendum *Σωσιπράτους* uti supra ex MSSis repositum IV, 173. versus *Sofocratis* ira constituerem:

Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχύς, ἄργός, τὸ τρυφᾶν εἰδῶς, λάβῃ δίκελλαν Πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμα ἄνω. Quando enim, puto, aliquis albens homo, Piger, delicatus ceperit lignonem

Quinque stateratum, anhelitus est supra.

Innuat Poëta hominem otio delitiosum innurritum non esse ferendis magnis laboribus. Nam si opus aliquando facere voluerit ligone quinquelibri, statim ducit ilia, & spiritum crebro anhelitu in summo pectore reciprocatur. *Plato* *lib.* VIII. *Polit.* divitem, inquit, in umbra educatur multumque alienæ carnis gerentem in periculis ἀσθενῶς τε καὶ ἀπορίας μεστὸν, anhelitu plenum consiliique incertum videri. Illustriss. *Dn. Ulricus Obrechtius, Patronus Literarum Magnificus*, versus secundo legit εἰδῶς τρυφᾶν ut *Interpres*: & ad explicandum τὸ λευκὸς ἄ. advocat ex *Damascei excerptis Peirescian.* exemplum *Parsonda* qui ex strenuo milite factus est γυναῖκῶν ἀπαλάττερος καὶ λευκότερος τὴν χροιάν, cum ab hoste captus quotidie lavaretur adhibito flegmate ex ovi vitello confecto; quod cum fieret brevi tempore horridus ille & decolor miles evasit ἀνθρώπος τε λευκὸς καὶ ἀπαλὸς καὶ γυναῖκῶδης. huc pertinet, quod eadem *Excerpta* ex *Diodoro* habent, nempe quod filia *Salmonei*, *Τυρῶ* nomen hoc indepta sit διὰ τὴν λευκότητα καὶ τὴν τοῦ σώματος μαλακότητα. conf. notata ad V. H. *Alian.* *lib.* XIV. c. 7. adjiciam & locum *Ctesia* apud *Athenaum* *lib.* XII. c. 7. ἢ δὲ καὶ γάλακτος λευκότερος. de *Sardanapalo* loquitur. *Salmas.* de *Modo Usur.* *Cratetis* nomen hic reponendum censet. in notis locum *Comici* ira habet. Ὅταν γὰρ οἶμαι λευκὸς ἄνθρωπος παχύς ἄργός λάβῃ δίκελλαν, εἰδῶς ἐν τρυφᾶν Πενταστάτηρον. me nondum pœnitet lectionis quam proposui in notis. KÜHN.

Ἰπποκράτους παρακαταθήκη. ] Sed quid malum Ἰπποκράτους παρακαταθήκη, vulgo? Vix dubito, quin referendum sit *Σωσιπράτους παρακ.* ut supra IV, 173. in MS. nostro erat, ubi quoque ejus *Comici* nomen *Crates* injuria occupaverat. Versus *Comici*, tres senarii a *Polluce* adferuntur, sed a viris doctis emendandi & restituendi. alicubi enim non sat integros puto. supra *Noster* hanc πενταστάτηρον δίκελλαν exponebat πεντάστατον IV, 173. JUNG.

Ἰπποκράτους παρακαταθήκη. ] Retinet *Hippocratem* Illustriss. *Scaliger* de *Re Numm.* p. 18. *Comicum* quoque eum appellat; quod quo fiat indicio, ignarus sum:

σι. καὶ <sup>10</sup> ὅταν εἴπωσι πενταστάτηρον, <sup>11</sup> πεντάμιον δοκοῦσι λέγειν, <sup>12</sup> ὡς ἐν τῇ <sup>13</sup> Σωσιπράτους παρακαταθήκη. ἔταν γὰρ οἶμαι λευκὸς ἄνθρωπος, παχύς, ἄργός, λάβῃ δίκελλαν εἰδῶς τρυφᾶν πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμα ἄνω. <sup>14</sup> ἔστι δὲ καὶ νόμισμα <sup>15</sup> στατήρ. ὡς ὅταν εἴποι <sup>16</sup> Ἀριστοφάνης.

<sup>17</sup> Στατήρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν.

neque aliter *Menysius* ad *Chalcidii Timæum*, qui tamen incertum fuerit, cui adscribere debeamus τὴν Παρακαταθήκη, cujus meminit *Pollux lib.* IX. c. 6. illam autem ipsam δίκελλαν πενταστάτηρον supra IV, 173. ex *Cratetis παρακαταθήκη* adtulit *Pollux*, cujus loci vitiosa lectio impulit *Salmasium*, ut & hic *Cratetem* restituendum putaret, notiosem utique *Comicum* quam *Hippocratem*, quali nomine forsitan nullus unquam extiterit: & animadvertas licet ex hoc loco, quid distent æra lupinis, quid dubiæ eruditissimorum viro- rum conjecturæ certissimis MSS. Codicum lectionibus: repositi itaque præeunte *Kühnio Σωσιπράτους* & male habet, quod non & eadem lectio in textum sit relata superius IV, 173. ubi remanet hæcenus *Κρήτης*. Hunc autem *Sofocratem Comicum* opinantur Commentatores nostri, ideoque redigendis in versuum ordinem atque legem ejus verbis operam dat *Kühnius*: diverso paululum modo *Jos. Scaliger*; & quia se de hisce versiculis bene meritum existimat, illa ponam, ut a summo vito sunt emendata:

Ὅταν γὰρ οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος, παχύς, ἄργός, λάβῃ δίκελλαν, εἰδῶς τρυφᾶν, Πενταστάτηρον, πύζεται τὸ πνεῦμα ἄνω.

Viden' hic πύζεται positum pro γίγνεται sed haud profecto vulgatam voculam cum *Scaligeri* emendata commutavero; recte enim πνεῦμα dixeris ἄνω γίγνεσθαι, cum reciprocat anhelitu spiritum ducimus. Et vero nescio quid *Comici* saporis in hocce *Sofocratis* loco degulsem: sed tamen re accuratius ad calculos posita, profam potius hujus *Παρακαταθήκη* orationem fuisse censeo, neque *Comici* argumenti, sed philosophici potius seu ethici: *Sofocratem Rhodium*, qui *Diogenes* scripserit, citat pluries *Diogenes*, apud quem ejus nomen ter fuit mala manu in *Σωκράτης* mutatum, observante *Cassiano*: ejusdem fuere *Κριτικῆ* ab *Athenao* adducta; sed ista quidem vitio sunt posita pro *Κρητικῆ*, quorum primum in testimonium advocat *Suidas* in *Δούλων πόλις*, atque ex eo *Michael Apostolius*: & quoque *Φιλαδέλφους* ejus ex *Athenao* ostendit *Kühnius* ad IV, 173. quibus, puto, *Philadelphorum* historiam atque res gettas memoria tradidit: hunc eundem & παρακαταθήκης esse auctorem tenebo, donec certius quid alius attulerit. In ipsis autem *Sofocratis* verbis λευκὸς ἄνθρωπος est homo nitidus, quæque delicate cuticulam curat: tum vero εἰδῶς τρυφᾶν omnino subilicendum est post ἄργός & eleganter dictum, *deliciari solitus, deliciis affuetus*: neque eum, qui *Græcorum* capitur elegantis, fugerit ille verbi εἰδέναι usus.

14 ἔστι δὲ καὶ νόμισμα &c. ] MS. ἔστι μίντοι καὶ νόμ. στ. ὡς ὅτ' ἂν εἴπωσι Ἀριστοφάνης. JUNG.

15 Στατήρ ] Sequitur omisiss interjectis in C. A. & V. C. *Salm.* Εὐπολις δὲ ἐν *Δημοῖς* *Salm.* alias hæc priora legit: ἔστι μίντοι καὶ νόμισμα στατήρ. KÜHN.

16 Ἀριστοφάνης ] *Pluto* v. 817. SEB.

17 Στατήρσι δ' οἱ θερ. ἀρτιάζ. ] C. V. ἀρτιάζομεν sed in *Aristoph.* *Pluto* hic versus ita habet:

Στατήρσι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν  
Χρυσῶς &c.

Stateribus ministris par impar ludimus  
Aureis &c. KÜHN.

Στατήρσι δ' οἱ θερ. ἀρτιάζ. &c. ] MS. στατ. δὲ οἱ θ. ἀρτιάζομεν & ἀρτιάζομεν etiam antea editi, ut & MS.



<sup>18</sup> τὸ γὰρ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις ἀμφίβολον, σωτηρίας τετραστατήρου, εἴ τε ῥοπήν, εἴ τε ἀριθμὸν λέγει. Εὐπολις δὲ ἐν μὲν Δήμοις, τὸ νόμισμα δηλοῖ λέγων,

Ἐχὼν στατήρας χρυσοῦ τρισχιλίου.  
ἐν δὲ Ταξιάρχαις τὴν ῥοπήν λέγει,

<sup>19</sup> — ὅτ' ἦν μῆντοι νεώτερος, κρόκης

Πέντε στατήρας εἶχε· ναὶ μὰ τὸν Δία.

Νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥαδίως.

<sup>59</sup> \* Καὶ οἱ μὲν Δαρεϊκοὶ ἐκαλοῦντο στατήρες, οἱ δὲ <sup>20</sup> Φιλίππειοι, οἱ δὲ Ἀλεξάνδρειοι, <sup>21</sup> χρυσοὶ πάντες ὄντες. καὶ εἰ μὲν χρυσοῦς εἶποις, <sup>22</sup> προσπακούεται ὁ στατήρ· εἰ δὲ στατήρ <sup>23</sup> εἶποις, <sup>24</sup> οὐ πάντως ὁ χρυσοῦς· <sup>25</sup> Ἀναξανδρίδης δὲ ἐν Ἀγχίσῃ,

infra Segm. 100. Apud *Aristophanem* tamen in *Pluto*, ut edidit hic rectius *Seberus*, & *Suidas* habet in στατήρ

Στατήροι δ' οἱ θεράποντες ἀρτιαζομεν  
Χρυσοῖς. — JUNG.

<sup>18</sup> Τὸ γὰρ ἐν τοῖς Βατράχοις, &c. ] Τὸ γὰρ &c. usque ad Εὐπολις, hæc inquam periodus deest in MS. Ceterum in vulgatis titulus ἐν Βατράχοις falsus est: nec enim extat in illo dramate, quod *Pollux* adfert; tu emenda, τὸ γὰρ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις· quod quæ mala manus tam monstrosè corrupit? extant enim ista in *Comici Ecclesiasticis*. Emenda dein σωτηρίας τετραστατήρου. Versus *Aristophanis* sunt & apud *Suidam* in τετραστατήρου,

Ὁρᾷτε μὲν μὲν δέομενοι σωτηρίας  
Τετραστατήρου —

Ita reponere & apud *Suidam*, cui deest vox κἀντόν· quamvis & reliqua, complures enim versus adfert, ad *Aristophanis* locum ipsum comparanda & restituenda sunt. Hæc jam clara esse puto, nec nimis miranda illa libratorum flagitia. Sic supra VII, 39. pro *Λυσιστράτη* vulgata, Βατράχοις legendum ostendi. Et tamen hic *Hofius* libr. III. Rei Num. cap. 7. quo de Statera agit, n. 20. quamvis illa *Aristophanis* in promptu haberet, putavit *Pollucem* ex *Ranis* adferre σωτηρίας τετραστατήρους· sed hoc putare putidum est. JUNG.

Τὸ γὰρ ἐν τοῖς Βατράχοις ] *Jungermannum* sequi, qui adducta ex *Comici Ecclesiasticis* τετραστατήρου σωτηρία vulgatum *Ranarum* titulum falsi convicit, in textu reposuimus ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις. Paulo post in *Eupolidis* versiculis distinctionis rationem mutavimus ad *Kühnis* nostri mentem: erat vulgo νεώτερος κρόκης.

<sup>19</sup> Ὅτ' ἦν μῆντοι νεώτερος κρόκης, ] Distinguendum post νεώτερος· cohærent enim, κρόκης πέντε στατήρας εἶχε, quinque stateres subteminis habuit, nunc vero obsoleta & detrita sordium facile duo talenta habes. ita & *Salmastius*. KÜHN.

Ὅτ' ἦν νεώτερος κρόκης ] Distingue, νεώτερος, κρόκης πέντε στ. &c. ait enim στατήρας κρόκης πέντε juniorem habuisse: nunc ῥύπου δύο τάλαντα. JUNG.

<sup>20</sup> Φιλίππειοι ] MS. Φιλίππειοι. Citant alias hunc locum *Bayf.* de Valculis & *Hofius* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 50. JUNG.

Φιλίππειοι &c. ] *Philippicorum* staterum mentionem quoque fecit *Noster* inferius Segm. 84. ibique de his plura: hunc autem *Pollucis* nostri locum præ oculis sibi habuit *Alexander Sardus* de Nummis pag. 12. *Et alios stateras refert* (*Pollux*) *Dareicos*, *Philippicos*, *Alexandreios*, *Corinthiacos*. etiam ex decem obolis: semistaterem quoque & terrastaterem *Cyrena*: ipsaque adduxit verba vir Eruditissimus *Ostho Sperlingius* in *Dissertat. de Nummis non cufis*: eoque loco reperies,

Illud enim in *Ranis*, *Salutis* quinque stateris constantis: ambiguum est, num pondus significet, aut numerum. Sed *Eupolis* in *Populis* nunifma intelligit dicendo:

*Habens aureos stateres ter mille.*

Sed in *Imperatoribus* pondus intelligit:

*Et cum esset junior Croca,*

*Quinque stateres habebat, ne per Jovem.*

*Nunc vero sordium facile habet talenta duo.*

\* Atque hi quidem stateres vocabantur *Darici*: illi *Philippici*: alii *Alexandrimi*, omnes aurei existentes. Et si aureus dicas, stater subintelligitur: sed si stater solum, non plane intelligitur aureus. Sed in *Anchise Alexandrides*,

quæ lucem hæc *Pollucis* adfundunt.

<sup>21</sup> Χρυσοὶ ] Superfcriptum hoc est in C. A. KÜHN.

<sup>22</sup> Προσπακούεται ] MS. προσπακούεται· aptius quam vulgatum προσκκ. Hæc alias interpretatur & *Hofius* lib. III. Rei Numm. cap. 7. n. 6. & lib. V. c. 2. n. 2. JUNG.

Προσπακούεται ] Ad fidem MSS. in textum retulimus scripturam elegantioreν προσπακούεται, adplaudenre etiam *Jungermanno*: nihil certe isthoc verbo in bujusmodi rebus *Grammaticis* est familiarius: alterum vero nunquam invenies: *Schol. Euripid. ad Alcest.* προσπακουστίον τὸ λάτρις ἢ τὸ θῆς· & infinitis alibi.

<sup>23</sup> Εἶποις ] C. A. omittit εἶποις. KÜHN.

<sup>24</sup> Οὐ πάντως ] *Salm.* ex MS. delet οὐ, quod tamen videtur requiti ad loci sensum bonum. Nam dicit *Pollux*, quod sub voce χρυσοῦς subintelligitur stater, sed si dixeris stater, non omnino necesse esse, ut aureus subjiciatur; fuit enim & stater *argentens.* ἡμίχρυσον Græcorum vertunt aureum denarium latinis idem & ἡμιστάτηρος dicitur. vid. *Gronov.* de P. V. lib. III. pag. 363. KÜHN.

<sup>25</sup> Ἀλεξανδρίδης ] Melius MSSti Ἀναξανδρίδης· de *Anaxandride Casaub.* in *Athen.* lib. VI. c. 18. & supra VI, 161. post a C. A. abest in Ἀγχίσῃ· margo tamen habet καὶ. KÜHN

Ἀλεξανδρίδης ] MS. clare Ἀναξανδρίδης, quo pacto quum habeat & *Athenaus*, emendandum hic videtur: imo & ipse *Pollux* vulgatus ita supra VI, 161. Sæpius mutatum hoc nomen docet *Casaubonus* noster VI. *Athen.* 18. JUNG.

Ἀλεξανδρίδης ] Emendatum est a nobis in textu Ἀναξανδρίδης, cui lectioni viam præeunt MSS. Codices: & ita *Kühnius* in sui libri margine: viderat hoc quoque vitii *Scaliger*, credo, dum ita pag. 13. de R. N. scribit: *Hanc drachmam Anaxandrides Comicus ἡμίχρυσον vocat*: viden *Anaxandrides*; nisi petierit ista forsitan ex VI, 161. ubi & in vulgatis ita legitur. *Anaxandrides* autem fuit non infimi nominis nec de plebe *Comicus*: *Theseum* ejus laudat *Diogen.* III, 26. *Αναξανδρίδης ἐν Θεσίῃ* & *Φαρμακοματῆτι Etymologus* in *ἄριγανός*: neque alium intelligebat *Hesychius*, cum scribit: *Ἀμφίδουσις, ἐπιθετον Φιάλης παρὰ Ἀναξανδρίδην*· videndus & *Suidas* in *Αναξανδρίδης*, ubi quo vixerit tempore, quidve novi in *Comædiis* intulerit, indicat: sed quid spicas legimus post locupletissimam *Is. Casauboni* messem ad *Athenæum*, qui decem atque novem hujus *Anaxandrida* nominat fabulas, observante ad *Luertium Aldobrandino*: habeo tamen, quæ noville, e te tua fuerit, benivole lector. Scias itaque *Alexandridem* & *Anaxandridem* utrosque quidem in lucem edidisse plura, sed diversissimum scribendi institutum sequos fuisse: hic quidem, ut ex dictis patere poruit, *Comicus* fabulis notissimus fuit ac clarus: ille vero *Delphis* o-



etiam Semiaureus dixit. Sed quæ stateris precio constant, στατηριάς vocabis: ut Theopompus in Callæschro,

καὶ ἡμιχρύσεος λέγει. Τὰ δὲ στατήρος ἄξια, στατηριάς Φαίης ἀν, ὡς Θεόπομπος ἐν Καλλαιόσχρῳ,

Non ait aliorum esse medius Stateres.

Ὁὐ φησιν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας Στατηριάς.

Attica mina, drachmas centum continet: si-

Ἡ Ἀττικὴ μινᾶ ἔχει δραχμᾶς ἑκατὸν, ὡς

riundas patriæ suæ historia, qua non tantum res pace belloque a Delphis gestas, sed ipsam eorum originem a primis initiis ne præterita quidem historia fabulari, complexus fuerat, perquam nobilis: attamen utriusque nomina confusa sunt haud raro, alterque alterius occupavit sæpissime locum: ita apud Scholiastem Euripidis ad initium *Alcestidis* reperio: Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς φησὶ θεπεύσαι αὐτὸν (Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πρωτὸν δράκοντα ἀνείλεν hic, inquam, emendandum est Ἀλεξανδρίδης, quomodo & Aristophanis Scholiasta ad *Plutonem*. v. 926. adducitur: καὶ οἱ Ἀρπυγιάται δὲ ἔθνος Λιβυῆς εἰς Δελφούς ἀνέθεσαν κωνὸν σιδήριον, ὡς φησὶ Ἀλεξανδρίδης: & clarius longe atque liquidius in *Plutarchi Lysandro*, cujus locus ad probandam in *Euripidis Scholiaste* emendationem nostram perquam est aptus: Ἀλεξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κείσθαι: & vero alibi in eodem hoc nomine *Plutarcho* inleudit menda, quam, dum hæc agimus, sustulisse fas fuerit: scilicet non procul initio *Quæstionum Græcarum*; πρότερον δὲ ἀπαξ ἐβελίστευσεν ἢ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν: ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀλεξανδρίδης ἱστορῆκασιν: imo vero Ἀλεξανδρίδης, quod tuto, me sponso, reponas. Sed ad *Pollucem* repetamus.

26 Ἡμιχρύσεος] Ita & MS. & supra VI. 161. non tamen χρυσοῦς ἡμιχρυσος dixit *Pollux*, ut hinc adnotat *Hofius* lib. I. c. 7. n. 70. ut & lib. V. c. 2. n. 15. ubi ait ἡμιχρυσος, seu ut alii malunt ἡμιχρύσεος: scilicet esse hoc ambiguum, quod ad rectum attinet. JUNG.

27 Στατηριάς] C. A. legit pro στατηριάς, στατηριάς ex correctione in margine, ubi etiam extat, τὸ φαίης, ἢ στατηριάς legit & *Salm.* post Θεόπομπος est, ἢ Ἀττικὴ μινᾶ. KÜHN.

Στατηριάς] *Kühnius* ad Codicis sui oram στατηριάς, & in ipsis *Theopompi* verbis στατηριάς reposuit, quem in re clara, MSS. etiam reclamantibus sequimur omnino. emendabimus ita mox MSS. ope simillimum vitium in δραχμίδιον: sed in ipso *Theopompi* loco diversa sentiunt eruditi viri: arguta est perspicacissimi *Jungermanni* nostri conjectura: sed aliter *Salmasius* de *Modo Usur.* pag. 259. hoc adducit modo: Ὁὐ φαίνεται εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας Στατηριάς: quod certe si præferri non possit, saltem ut cedat opus non est emendationi *Jungermanni*: & novis oportet eo loco etiam *Salmasium* emaculasse hoc in στατηριάς vitium, eodemque modo, quo nos in textu, restituisse: collabitur itaque *Illustri*. *Scaligeri* sententia στατηριάς putantis esse αστατηρίς, ea forma, qua triantis, quod apud *Hesychium* restituit. Monendum est quoque ἑταρῶν fuisse ante nos in textu; sed ex *Kühni* mente ἑταιρῶν emendatum; & ita habent quicumque eruditissimi viri hoc loco sunt usi. Apud *Hesychium* est Στατιδίων, πεντάμονον & c. quod in στατηρίδιον mutat *Salmasius* & *Junius*; sed malo cum *Scaligero* στατιδίων retinere a στατός.

28 Ἐν Καλλαιόσχρῳ] Defunt in MS. ἐν Καλλ. cum versibus duobus, qui e *Comico* sequuntur, in quorum priore non dubito quin ἑταιρῶν legendum, sicut mihi ad meum Codicem adnotaveram. & rectissime. Sic enim & magno *Casaubono* visum VII. *Athen.* 34. ubi & στατηριάς (quod idem significat ac στατηριάς) emendat; quod vel præcedens στατηριάς jubet, ut & conjectatus est *amicus*. *Sebeium*. *Callæschrum* &

*Athenam* citat, ut ibi notavit idem *Eximius* ejus Commentator. Ceterum cum venia dicam, quicquid adblandiatur illud οὐ φησιν & c. quæ aptum senarium efficiunt, mihi tamen suspicio non ita protulisse *Pollucem*, nec ista duo vocabula esse de *Comici* verbis, sed *Pollucis*, qui ita scripserit: ὡς Θεόπ. ἐν Καλλαιόσχρῳ οὐ φησιν, εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας στατηριάς: ut *Polluci* non propositum fuerit hic integrum versum adferre, quamvis & ejus pars se prodatur, sed dicere, in illa fabula ita *Theopompi* nominasse & c. sic suspicor. JUNG.

29 T. ἑ. τ. μ. στατηριάς] F. στατηριάς, cum prius, στατηριάς.

τῶν ἑταρῶν] Leg. τῶν ἑταιρῶν pro οὐ leg. οὐ: ubi ait *meretrices mediis subfellii latere venales esse*: pro στατηριάς etiam hic cum *Salm.* legendum esset στατηριάς si sequamur illam correctricem manum *Casaub.* in *Athen.* lib. VII. c. 14. qui ex hoc loco observat typum nominum in ἰδίος pro αἴος. KÜHN.

30 Ἡ Ἀττικὴ μινᾶ & c.] MS. ἡ μινᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δρ. SEB.

Ἡ Ἀττικὴ μινᾶ & c.] MS. ἡ μινᾶ δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δραχμᾶς ῥ' & c. ἢ μέντοι δραχμῆ: omnibus in medio omisis. emenda vero vulgo illud mendosum δραχμᾶς, quod nescio quomodo hic irrepserit, ut in prioribus editionibus etiam, & scribe δραχμᾶς; mox quoque utrisque, qui sequuntur, locis. Videtur ibidem & ita distinguendum, ἐπιφέρει κόλαξιν εἶον & c. Nescio tamen annon aliter debeat, & alterum hoc κόλαξιν supersuatur. Sed ubi MS. deficit, libenter fere meam imperitiam & illud hebes ingenium fateor. Alias de hac mina hinc & ex aliis *Hofius* lib. III. *Rei Numm.* cap. 9. n. 6. JUNG.

Ἡ Ἀττικὴ μινᾶ] Ita & *Plinius* H. N. lib. XXI. c. 34. Μινᾶ, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum: neque aliter *Cleopatra* MS. ἡ Ἀττικὴ μινᾶς ἔχει δραχμᾶς ῥ' & c. & *Hero*, cujus supra posui verba, minam viginti & quinque continere tradit stateres, statetem vero quatuor drachmas seu ὀκτώ: itaque si colligas quater viginti quinque drachmas, numerus exurgeret centenarius: minam autem Atticam cum Italica parum statuerit *Hero*, quid est rationis cur Italicam τεσσαράκοντα στατήρων dixerit *Epirhanus*? sed est ille locus corruptus, & restitues facile, si *Scaliger* de R. N. p. 35. inspexeris. Ex recentioribus videri potest *Schottus Tab. Numm.* cap. 5. & *Sardus* initio libelli de Nummis, qui cum *Fannio* minam adpellat *libram Græcam*, recte quidem si Græcam addideris; alias certe differunt libra & mina. *Clarean.* de *Assè* cap. 3. Porro esset Græca mina centenum drachmarum, cui Romani in ratione nummaria suam aquarunt libram, addita semuncia quaternum drachmarum, propterea quod denarius Romanus 5 drachma Græca idem habent pondus. Et hæc quidem minæ fuit valor post *Solonem*, qui pristinam illam viginti & septem drachmis auxit, adeo ut habuerit tantum drachmas 73. ante tempora *Solonis* mina: tradit hanc rem scripto *Plutarchus* in summi illius legislatoris vita: attamen *Scaliger* pro πεντήκοντα τριῶν malebat in *Plutarcho* πεντήκοντα πέντε facili lapsu OE in OF: sed illius necdum constare nobis ratio potuit: & vulgaram quoque lectionem amplectitur *Doctissimus Sperlingius*.

31 Δραχμᾶς] C. V. δραχμῆς: Scholiastes *Græcus* in *Tomum II. Luciani*, ubi hunc locum laudat, legit



ἀκριβέστατά ἐστιν ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Κόλαξι,  
 32 Δεῖπνον θες, ἑκατὸν δραχμὰς ἰδοῦ· εἴτα ἐπιφέ-  
 ρει, οἶνον θες ἑτέραν μνᾶν· δῆλον ὅτι 33 καὶ τὰς  
 60 ἑτέρας ἑκατὸν δραχμὰς μνᾶν εἴρηκε. \* 34 Ἡ μὲν-  
 ται δραχμῆ, εἶχεν ὀβολοὺς ἕξ· ὅθεν καὶ 35 ἐπωβε-  
 λία, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος· καὶ τὸ δραχμῆς ἄξιον,  
 36 δραχμιαῖον, ὡς ἐν Ἀριστοφάνους ὀλκάσιν. 37 ἦν  
 δὲ ἡ δραχμῆ οὐ νόμισμα, μόνον, ἀλλὰ καὶ 38 πεν-

cut certissimum est, ex Eupolis adu-  
 latoribus cenam appone, centum drachmas  
 ecce. Deinde infert adulatoribus, vinum  
 appone minam alteram. Unde patet,  
 quod priores centum drachmas pro mi-  
 na dixit. \* Drachma vero obolos conti-  
 60 net sex. Unde & epobolia dicitur, sex-  
 ta multæ pars. Et quod drachmæ præ-  
 cium valet, δραχμίδιον, ut in holicadi-  
 bus Aristophanis. Non autem drachma mo-  
 do, numismatis nomen erat: sed & pen-

δραχμὰς & ita legendum mox quoque. Salm. ἡ μνᾶ  
 δὲ εἶχεν ἡ Ἀττικὴ δραχμὰς ἑκατὸν. KÜHN.

32 Δεῖπνον θες, &c.] *Interpres, cenam appone, quod non quadrat hic loci, ubi ratio putatur expensarum cum caupone:*

Δεῖπνον θες, inquit, ἑκατὸν δραχμὰς ἰδοῦ;

*In cenam computa centum drachmas, ecce!*

Quod respondit alter, qui rationem inquit & per ἰδοῦ significat, jam factum esse quod voluit: εἴτα ἐπιφέρι, (Scholiastes Luciani ἐπιφέρει videtur legisse) desnde infert:

Κόλαξιν οἶνον θες ἑτέραν μνᾶν.

Ita enim laudatus Scholiastes recte legit hoc sensu, adulatoribus pro vino computa alteram minam, unde apparet, quod ἑ alteram centum drachmas minam vocavit. KÜHN.

Δεῖπνον θες, &c.] Mala distinctione hic locus laborat, quam dum Commentatores nostri tollere atque emendare non potuerunt, tenebras ipsis offusas, non est quod adeo mireris: distinguenda vero Eupolisidæ verba hoc modo.

Δεῖπνον; θες ἑκατὸν δραχμὰς ἰδοῦ  
 Οἶνον; θες ἑτέραν μνᾶν.

*Vinne cenam? pone centum drachmas: sunt, ecce. Numne ἑ vinum? da alteram minam.*

Planus est ac facilis sensus hic: rogat quis, an alter ille, cum quo ipsi est sermo, cenam velit? ponendas tum illi esse centum drachmas, quas alter exhibet, ad quem itaque pertinet vocula ἰδοῦ: si vero & vinum cupiat, alteram quoque ponendam esse minam: τίθεται ἑκατὸν δραχμὰς, τίθεται μνᾶν, dictum eleganter: usque eo modo Aristophanes, Lucianus, Xenophon, alique spectati Atticæ elegantix auctores. Mox autem post ἐπιφέρει haud opportuno loco exitit ante nos κόλαξιν: delevimusque cum Kühnio.

33 Καὶ τὰς ἑτέρας] Scholia Luciani καὶ προτίρας ἢ δραχμὰς. KÜHN.

34 Ἡ μὲνται δραχμῆ] Hostus lib. III. c. 4. n. 14. de Drachmis & peculiaris epistola ad Pinellum extat in Aldi Manutii lib. II. de qua sit. per epist. ep. 7. Jung.

Ἡ μὲνται δραχμῆ &c.] Plinius H. N. libr. XXI. cap. 34. Drachma Attica (sere enim Attica observatione Medici utuntur) denarii argentei habet pondus: eadem sex obolos pondere efficit: cui consentiunt Scholiastes Aristophanis ad Ranas, Orisbasius Sard. de Virt. Simpl. & Suidas in τάλαντον. Ex Polluce nostro Sardus de Nummis pag. 11. Drachmam Fannius fecit ex 3. scripulis; Pollux ex 6. obolis: scripseratque paulo superius: Pollux autem consuevens drachmam ex sex obolis, ostendit obolum fuisse semiscripulum, nominatque semibolum ex 4. chalcis. Consulat quoque Scholium Tabula Nummaria cap. 5. & Snellium pag. 52. ubi & de origine vocis tangit ex Plutarcho Lysandro, ἀπὸ τοῦ δράττειναι nimirum: & lubet Plutarcho quoque verba huc adferre: δραχμῆν δὲ τοὺς ἕξ ὀβολοὺς καλεῖσθαι, τοσοῦτον γὰρ ἡ χεῖρ περιδράττειτο, quibus similia sunt Etymologi in Ὀβελίσκος & hæc Scholiasta

Theocriti ad Eid. X. v. 44. ubi, quid sint in re rustica δράγματα, exponit: δράγματα, τὰ πληροῦτα τῶν σταχίων τὴν ἀριστεράν, παρα τὸ δράττειν· ὅθεν καὶ δραχμῆ ἡ πληροῦσα τὴν χεῖρα τὰ κέρματα: & δραχμῆ quidem, atque δράγμα mansivisse est in Glossis. Hoc autem, drachmæ verberbum defendere nititur ac adferere Sperlingius contra Salmasium, qui ex Oriente petenda vocis incunabula statuebat, nec inepte forsitan: sed alibi, spero super istis. De ἐπωβελία vero superiori libro Noster affatim, ibique notasse memini: hæc tamen Pollucis nostri illustrant quæ habet Etymol. in illa voce.

35 Ἐπωβελία] Vide supra VIII, 39. & 48. SEB.

36 Δραχμίδιον] MS. δραχμιαῖον, ὡς. SEB.

Δραχμίδιον] C. A. & Salm. δραχμιαῖον ὡς Ἀριστοφάνης: lectio altera in margine est. KÜHN.

Δραχμίδιον] MS. δραχμιαῖον, quomodo & Seberii Augustanum credo habuisse, non δραχμίδιον, ut vulgo. & illud cum MS. forte reponas rectius. quamvis nec alterum queam rejicere. eodem enim typo percussum ut στατηρίδιον, τὸ στατήρας ἄξιον, supra Segm. præc. Jung.





Δραχμίδιον] In textu emendavimus δραχμιαῖον, quam lectionem MSS. suadent, præeunte Doctiss. Kühnio: atque ita legendum monuit & Salmasius de Mod. Usur. p. 259.

37 Ἡ δὲ ἡ δραχμῆ] MS. ἦν δὲ οὐ δραχμῆν νόμισμα μόνον &c. vitiose, in δραχμῆν a sequenti vocula repetito. Jung.

38 Πεντηκοντάδραχμον] Apud Platonem in Cratylō nempe habes τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ut annotavit Hostus lib. III. Rei Numm. c. 1. n. 71. & antea Avus meus de Nummis. Scholiastes Aristoph. in Νεφέλας, de Prodicō Chio ita scribit, πρῶτος δὲ οὗτος πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν ἐποίησατο. Sequitur καὶ πεντάδραχμον quæ desunt in MS. qui habet: ἀλλὰ καὶ πεντηκοντάδραχμον παρὰ Κυρηναίοις καὶ τετραδραχμον &c. emenda vero Κυρηναίοις, quod vulgo vitiose Κυρηνάιοι legitur. De Pentadrachmo Hostus libr. III. cap. 1. n. 68. quo capite & de aliis hic & nominatim n. 49. Jung.

Πεντηκοντάδραχμον &c.] Præterea (Pollux) ipse nominat, Sardis verba hæc refero pag. 11. libelli de Nummis, tridrachmam, tetradrachmam, & Cyrenensium pentadrachmam, & pentacontadrachmam: ostenditque Pollucis nostri hoc eodem loco egregie abusum fuisse Snellium, cum hic se putaret invenisse, quæ statuari suo viginti quinque drachmarum undecunqve invitis munimina conquirebat Musis, perspicacissimi vir ingenii atque politicissimi ꝑ. Frid. Gronovius de Seltertiis pag. 167. alias idem Snellius hæc pleraque habet & exponit pag. 54. & seq. Mox autem ante nos κυρηνάιοις fuit quod vitii emendavimus facile cum Kühnio nostro, restitimusque Κυρηνάιοις: Cyrenenses autem insigni suæ republicæ filphio seu laferpitio usi sunt, quod apud eos præstantissimum fuit, magneque habitum: mentionem itaque factam videas in Medicorum scriptis laferis Cyrenæici, uti apud Marcellum Empiricum cap. 15. & haberi potuisse rarissime colligas ex hisce Scribonii Compos. Medic. cap. 16. lafer Cyre-





tecontadrachma, & Pentadrachma, apud *τηκοντάδραχμον, και πεντάδραχμον, παρά*

*ναϊσμον, si poterit inveniri, seu minus, Syriacum aqua delinum.* Ὅσον Κυρηναϊκόν, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὅσιθεν adpellat *Strabo* lib. XVII. ibidemque Cyrenaicam regionem in tres divisa partes tradit, mediamque la-  
serpitium tulisse, de qua, ut & de tota Cyrenaica prima natura atque ingenio elegantissima pono *Arriani* verba, quibus Indicae historiae libro imponit finem: Ἀλλ' ἢ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημιωτέροις πεπο-  
λισμένη, ποιωδὴς τε ἐστὶ καὶ μελθακὴ καὶ εὐνδρος καὶ ἄλσεια καὶ λιμῶνες, καὶ κερπῶν πικροτάτων καὶ κτήρεων πᾶμφορος, ἔστι ἐπὶ τοῦ σίλφιου τὰς ἐκφύσεις ἔπιρ δὲ τὸ σίλφιον τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμωδία· quae ti-  
bi quam emendatissima, benivole lector, ex postrema caque pura summi literarum Graecarum antistitis *Jac. Gronovii* editione apposui: & illa quidem unice illustrant *Silium* cum lib. VII. canit:

*Battus Cyrenem molli sum forte fovebat:*

viden' igitur *Kυρήνη ποιωδή* atque *μελθακὴν* ab *Arriano*, mollem vero *Cyrenes fortem a Silio* dictam. Desideratissimum vero laesperitium hoc Cyrenense, vel inde pateat, quod Carthaginienfes, si libdole quid fultulisse poterant, e vestigio mercibus aliis cum lucro permutabant, teste *Strabone*: Soliti itaque erant Cyrenaei ut ab injuria pecudum hominumque furacium laesperitium defenderent, locum sepe munit, ut docet *Arrian.* de Exped. *Alex.* lib. III. & monendum quoque duco silphii mercaturam non videri pertinuisse ad hunc illumve privatae fortunae hominem, sed ad ipsam Cyrenarum rempublicam. Silphii autem frugifer ille locus ipsius fruticis nomine fuit dictus: sic in *Arriano* ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον, & *Herodotus* *Musa* quarta bis: καὶ ἐν τῇ ἡπείρῳ Μυσιᾶς λιμὴν ἔστι, καὶ Ἄζιρος, τῆς οἱ Κυρηναῖοι οἰκον καὶ τὸ σίλφιον ἀρχεται ἀπὸ τούτου. Et iterum: σισὶ δὲ καὶ γαλαί ἐν τῷ σίλφῳ γινομένη, τῆσι Ταρτισοῖσι ἡμοιόταται emendandus est itaque *Hesychius* in *Σιλφίου λιμῶν*, apud quem videtur *Libyus* τὸ σίλφιον male est pro *τόπος τις Λιβύης* &c. sed de ipso laesperitii frutice plura reperies apud *Thyonem Villiomarum*, in *Conton.* *Titis* locos lib. VIII. c. 12. & qui ex hoc collegit pluscula, τὸν πᾶν *Salmastium* in *Solinum*. Hujus autem silphii, quod summo apud eos fuit in pretio, annulis suis insculptam habuere figuram *Cyrenenses*, referente *Aristophanis Enarratore* antiquo ad *Plut.* v. 926. ubi *Comici* notissima patet *Bάττου σίλφιου* utitur: memoriae potero prodiderat *Alexandrides* gentem *Libyx Ampeiois*, ut honorem *Apollini Delphico* haberent, silphii sacrum misisse caulem: huc spectat lepida de *Dioscuris* historiola quam *Pausanias* habet *Lacon.* cap. 16. quam, nisi, dum haec ago, inseruisse thesauro suo *Begerum* animadvertissem, in medium hic dedissem animum fuerat. In nummis demum Cyrenensibus, silphii apparet frutex, de quo & antiqui tellantur, sed vario atque intricato paululum modo: repetamus, licet, etiam si ab aliis dicta, si forsitan majori luce donari a nobis possint: ad dictum *Comici* locum bini Commentatores uterque *Aristotelis* eadem auctoritate ex Cyrenensium republica nitentes, a se invicem dissentiunt tamen, adeo ut alter falsi sit condemnandus: prior quidem condita Cyrene Battu silphium donasse *Libyes* tradit, & nummum signasse, in quo sculptus fuerit Battus, qui hac regnum, altera silphium a civitate acciperet: posterior autem, ut Cyrenaei regi suo reddissent quoddam virtutis impensivae, deductis in *Libyam* civibus, laboris exhiberent, imaginem illi suspenfam fuisse narrat, in qua duci blaseo laesperitium offerre grati conspiciebantur cives: unum *Aristotelis* locum diverfae hujus utriusque relationis esse fontem, equidem non dubito: sed altera utra tandem apud nos fidem mereri majorem oportet? posterior certe pra prima: nam, ut dicam, quod meae est in hac re sententiae, cufos esse a Cyrenensibus Battu imagine num-

mos insignes haud sanequam credo: qui ante *Ptolemaos* fuerit percussi, *Ammonis* habuere ab hac, ab altera vero parte silphii figuram: neque decuit aliter, siquidem *Ammon* tutelaris fuit totius *Libyx* Deus, & tutelates praecipue regionis Deos in libera tyrannici jugo republica nummis imprimi solitos constat: sic Athenienses *Minervam* huic, alteri vero hummorum parti noctuum habebant insculptam: recte itaque *Suidas* & *Hesychius* in *Bάττου σίλφιου*, ἔστι καὶ ἐν τῷ νόμισματι ὅπου μὲν Ἀμμωνία, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγκραχθαι & quae praecedant *Hesychii* verba non integra quidem ac recta, multis tamen modis eruditi homines corruerunt: ut tute videas ponam: *Bάττου σίλφιου*, παρομοία ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς εὐρισκομένων μετανήκται δὲ ἀπὸ τοῦ Κυρηναίου ἐν τῶν *Βαττιάδων* μεταδοῦναι ἔξαιρτον τὸ σίλφιον ὃ ἐκτίμηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομ. &c. quae ita le in Latinum sermonem transfusa habent: *Battu* laesperitium: proverbium de iis dictum, qui insignes inveniant honores: translatum vero ex eo est, quod *Cyrenenses* cuidam *Battiadarum* obtulerint (honoris nimium causa) eximium laesperitium, quod fuerat apud eos excisum, adeo ut in nummis ab hac quidem *Ammon*, ab illa vero parte laesperitium sit signatum: hic emendant: μ. δ. ἀπὸ τοῦ Κυρηναίου ἐπὶ τῶν *Βαττιάδων* μεταδοῦναι ἔξαιρτον τὸ σίλφιον, ὃ ἐκτίμηται παρ' αὐτοῖς: quae absone sunt proflus, atque *Hesychii* scopo inepra: & meliorem me operam ipsi daturum spero: scribe itaque ἔξαιρτον τι &c. tum post, ἐκτίμηται παρ' αὐτοῖς, supplenda, quae simili praecedentium & sono & scriptura deceptus librarius omiserat, sunt haec: καὶ γὰρ ἐκτίμηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε &c. quae omnia confirmat *Suidas*, emendandusque est hinc *Paranmiographus Vaticanus*, in quo duplicis proverbii expositio pessime coaluit: expedit facile, si cum his conferre volueris, & adnota mihi, quae fo, dissimilem ab ea, quam *Aristophanis* protulit *Scholias*, proverbii originem, quam *Hesychius* non a *Battu* Cyrenarum conditore, sed alio quodam ex ipsius posteris accersit, cui etiam *Battu* nomen fuit, quales fuisse ex *Herodoto* constat. Postquam vero *Ptolomaei* Cyrenis imperitaverunt, eorum nummos horum regum imaginibus insigniri oportuit, talesque esse omnes existimo, qui hodie variis in cimeliarchis asserantur: & tui quoque gratia, erudite lector, apponi in tabella proxima curavi Cyrenensium nummum argenteum didrachmi ferme pondere, quem mihi depromptum ex locupletissimo suo nummorum thesauro, qua est humanitate summa, liberalissime concessit vir praestantissimus ac nobilissimus *J. de WILDE*, cujus infinitam promovendi & adjuvandi rem nummariam elegantioresque literas lubidinem atque indefessum studium haec saecula noscunt, sequentia mirabuntur: illius etiam ejusdem humanissimae liberalitati reliquos omnes, quos illustrando *Pollucis* inseruimus, nummos debes, de quorum accuratiori pictura securus sis licet, siquidem eos delineare non dedignata sit spectatissima dudum hac arte orbietiam erudito virgo lectissima *MARIA de WILDE*, in qua tanquam in virtutum metropoli non astimanda corporis animique dotes infinitis intermitit *Gratias*, plaudentibus etiam *Pallade* patrum atque *Musis*, se dignissimam occupare sedem: sed quid ego homuncio detraho laudibus meis atque detero utriusque meritis & virtuti? sileam igitur, atque haec animi grati qualiacunque reliquisse signa sufficiat. In hujus itaque nummi altera arca laesperitium habes additis literis *Κυρα*, *Κυράνα* nempe, uti *Dores* ac *Lacones* efferebant, altera vero *Ptolemai*, ut quidem sentio, seu *Lagus* sit ille seu *Philadelphus*, caput cornutum: cornu quidem arcticum duplicem ob causam ipsis addi potuit, tum quod inter *Alexandri* essent successores, cujus caput non aliter nisi cornutum visitur in *statuis* & nummis, cum ut non mediocrem ipsi honorem ha-



<sup>39</sup> Κυρηναίους καὶ τετράδραχμον ἐκαλεῖτο, καὶ Cyrenenses. Tum & quadridrachma dicebatur, tridrachma, & didrachma. Vetus autem

berent, qui jungerent capiti ejus arietis cornu *Ammoni* proprie debitum. Cyrenaica autem regio sub imperium delapsa est *Ptolomaeorum* vi atque armis *Ptolomaei Lagi*, ut liquet ex *Justino* lib. 13. c. 6. eaque propter *Strabo* lib. XVII. *Κυρηναίαν* memorat τὴν ὑπὸ Πτολεμαίων, *Ptolomaeis* subiectam *Cyrenaeam*: unde colligas simul, non omnem Cyrenaicam regionem sub ditione fuisse *Ptolomaeorum*, sed binæ, puto, tantum partes: tertiam Libya tenuere gentes. *Callimachus* portio H. in *Apoll.* v. 68.

Καὶ Λιβυὴν εἰσιόντι κόραξ ἠγάσαστο λαῶν  
Δίξιός οἰκιστὴρ, καὶ ἄμοσε τείχεα δόσει  
Ἡμετέροις βασιλεῦσιν.

τῶ Πτολεμαίῳ, inquit *Scholias*: forsitan τοῖς Πτολεμαίοις, siquidem intellexerit Cyrenæus vates *Philadelphum* & *Euergetem* fratres: & vide ad hæc notantem *Illustriss. Spanhemium*. Sed & statua Cyrenis honori *Ptolomaeorum* positæ fuerunt, ad quas si quis confugisset, abripi nefas erat: elegans est ea de re locus in libro XXIII. *Hist. Livii* cap. 10. ubi *Magius Decimus Campanus*, qui a patribus Romanorum steterat semper, *Annibali* vero obstitit, injectis catenis a Pœno rari jubetur extra portam, impositumque in navem Carthaginem mitti: *navem Cyrenas detulit*, verba sunt hæc *Livii*, *tempestas*, *qua tum in ditione regum erant: ibi cum Magius ad statuam Ptolomæi regis confugisset, deportatus a custodibus Alexandriam ad Ptolomæum: dum eum docuisset*, contra jus fœderis vincitum se ab *Annibale* esse, *vinculis liberatur*: qui locus percommode, quæ dixi probat. Similem autem Cyrenensium nummum egregium exhibet *Rhodius Emend.* ad *Scribon. Larg.* pag. 127. ubi silphio adjectam vides stellulam, *Cassiores*, ut existimo, indicem: & *Cassorem* quidem præ *Polluce* potius in nummis suis expressum habuere, quod equis equitandique peritia clarus ille fuisse perhibeatur, sicuti *Pollux* castibus atque lucta: Cyrenenses autem, cum planam incolerent aptamque equis regionem, præstantissimos aluisse atque edomasse equos antiqui memoria tradunt: ea de causa *Pindaro* in *Pythioniciis* *eid. d. εὐπικος Κυρένα* dicitur, & vide ad eum locum *Scholia: Pindarum* vero sequitur est *Dionysius Periegetes* hoc versiculo: *Κυρήνη τ' εὐπικος, Ἀμυκλαίων γένος ἄδραν* quem non inconcinne binis aliis Latinis ita *Præsesanus* reddidit:

Nec non Cyrene clarorum mater equorum  
Urbis Amyclæa populus quam condidit olim.

& hinc *Pausanias Eliac.* Θεόχρηστον nominat *Κυρηναίων ἵπποτροφίσταντα κατὰ τὸ ἐπιχώριον Λίβουσι* & vide *Cassianorum* ad *Athen.* III, 22. hac porro nixur ratione, & illum equitem, qui in altera nummorum quorundam Cyrenæorum area apud *Goltzium* & *Begerum* conspicitur, *Cassorem* esse statuo. Sed satis est temporis, quod huic rei dedimus.

39 Κυρηναίους. ] C. V. Κυρηναίους. KÜHN.

40 Τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ] MS. τὸ παλαιὸν δὲ τοῦτ' ἦν &c. De nummo hoc, qui βούς, ut didrachmum suum vocabant Athenienses, vid. *Hofium* lib. III. *Rei Numm.* cap. 3. JUNO.

Τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθ. &c. ] De bove hoc celeberrimo antiquorum Atheniensium nomismate qui scriptis aliquid ex recentioribus tradidere, sunt autem ii bene multi, plerique omnes insignem hunc *Pollucis* nostri locum non prætereunt: ex iis *Sardus* est, cujus hæc sunt de *Nummiis* p. 11. verba: *Et apud eundem Pollucem bove insculpto Atheniensis vel Deliacus nummus: & Lipsius* de R. N. pag. 3. *Sed & quod Theus apud Athenienses nummum bovis nota signavit, uti Pollux & veteres literatores testantur: de Theo* tamen quæ adfert non *Pollucem* sed *Plutar-*

*chum* habent auctorem: *Agricolam* aliosque mitto. Constat itaque & ex hoc *Pollucis* nostri loco, & ex *Plutarchi Theseo*, ubi hunc primum Atheniensibus nummos signalle impressa bovis figura memorie mandavit, aliisque pluribus hunc bovem nummum fuisse signatum, qui id nominis sit sortitus ab imposita imagine bovis, atque valuisse, si ad speciem nummariam, quæ postmodum fuit in usu, redigas, binis drachmis: & hoc tam clare tamque perspicue a veteribus literis est traditum, ut si quis contra sentiat, nihil sentire videri possit: hac tamen gravissima antiquæ eruditionis auctoritate nihil quicquam motus vir profecto *Eruditissimus Orho Sperlingius* in sua de Nummis non cufis dissertatione docta hercle, ac concinna illum antiquorum Atheniensium βούν inter nummos non cufos omni nisu reponere allaborat: totum probanda huic rei caput secundum & vigesimum habet destinatum: sed vereor, ut hac quidem in parte & se vir doctissimus & lectorem egregie fallat: videamus utique, dum ita se dat occasio, paucula. Βούς igitur *Sperlingio* est *numisma illud argenteum, quod tantum argenti continebat, quo bos emi posset, δικάβοιον, in quo tantum argenti, quo decem boves comparari posset, & εκατόμβοιον, quo centum: sed injucunde rogitem, quo id auctore, quo teste constat? certe non temere repletum iri quenquam statuo, qui eo modo βούν, δεκάβοιον & εκατόμβοιον exponat, nisi forsitan in hanc rem converti posse quis putet *Etymologi* verba, quæ βούιον aliquando σταθμίον τι dici adfirmant: sed nihil hinc quidem est præsidii: potro si inter nummos non cufos βούς extiterit, tantum pendens argenti, quantum emendo bovi erat, annon & οἷς, & μέσχος, & ὄς similiae fuisse oportet? quid enim? numme solis βούι, δικάβοιον, aut εκατόμβοιον exerceri poterant emendi vendendique vices? non sane; etenim quo pretio ovem, vitulum, suem aliaque minoris pretii animalia emissent? & tamen horum talium nomismatum profundum est in antiquis scriptoribus silentium. *Pollux* autem noster bovem valuisse refert binas Atticas drachmas, quæ dum argute nimis captat vir præstantissimus, splendide, uti cenfeo, semetipsum est frustra: *Sed quod Pollux, ipsius ponam verba, in bovem duas drachmas Atticas computet argenti, moneta nostra 12. assēs Lubecenses, facile videt quilibet, hoc pretium minime convenire bovi, nullo tempore tam vile pretium tam proficuo & desideratissimo animali statuerent: quid audio? amne vero, pretium binarum drachmarum, quo bovem nummum Pollux æstimat, minime convenire animali proficuo & desideratissimo? recte hoc quidem, non conveniunt binæ drachmæ vile nimis pretium bovi: sed ubi tandem locorum adfirmavit *Pollux*, bove nummo animal illud cognomen comparari posse? neque vero comparari poterat puto tam parvo pretio: & ostendam quid causæ in hac devia rapuerit præstantissimum senem: nimirum omnino statuebat bovem dictum illud nomisma, quod emendi bovis efficeret pretium: sed non ea *Pollucis* stetit sententia, qui dictum ita bovem docet, ὅτι βούν εἶχεν ἐντετυπαμένον, non quod bovi comparando sufficeret. Ex his pateat argutula tantum, ac si dicere licet, παρακοιχαργυμένα esse, quæ hæc alia habet isto capite: *Theus enim Atheniensis docuit aurum, argentum & as eo pondere κόπτειν, quo bovem emere posset, talemque nummum βούς διέτυπεν, licet bovem signatum minime habuerit; ita quoque δικάβοιον laminam auti, argenti, aris quo decem boves emere valerent, & εκατόμβοιον qua centum: aut βούν fuisse nummum areum non cufum, δικάβοιον, argenteum, εκατόμβοιον, aureum: videmus, quam suaviter sibi vir doctus fingat, quæ extitere nusquam forte, quæ certe nullo idonei scriptoris testimonio probari poterunt: &***

erat





erat Atheniensium moneta, Bos appellata, eo quod bovem insculptum haberet. & hanc Homerum putant intelligere dicentem: centum bouum precio digna dignis precio novem bouum: (scilicet arma permutat.)

\* Sed & in Draconis Legibus est, Solvere decabœum. Et in Deli profectioe præconem proclamare tradunt, si alicui munus designat, quod tot illi tradentur

το ἦν <sup>41</sup> Ἀθηναίους νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπωμένον. <sup>42</sup> εἰδέναι δὲ αὐτὸ καὶ Ὅμηρον νομίζουσιν εἰπόντες,

--- <sup>43</sup> ἑκατόμβοι ἔνεαβοίων.

\* καὶ μὴν καὶ τοῖς Δράκοντος Νόμοις ἔστιν, <sup>44</sup> ἀποτείνειν δεκάβοιον καὶ ἐν τῇ <sup>45</sup> παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ τὸν κήρυκα κηρύττειν Φασίν, <sup>46</sup> ὅποτε δωρεὰ τινι ἐδίδοτο, ἔτι δοθήσονται αὐτῷ τσσαῦται

quoque notemus errorem viri magni, dum Græcam phralin κάπτεν νόμισμα alio defecit, ac par est: certe vel sexcentis adferri posset locis κάπτεν νόμισμα non aliter quam de signatura nummorum intelligi posse: hic tamen de argenti sectione sumit, & quod pejus est, etiam Herodotum ista hujus phrafcos notione usum fuisse statuit istius Dissert. pag. 7. certe si quicquam alienum est a linguæ Græcæ genio, hoc inter prima reputo: & alii quoque Herodotum de Lydis referunt, eos non xs, argentum aut aurum constituto pondere dissecasse, sed percussisse, sed signasse nummos. Animadvertendum porro δεκάβοια, ἑκατόμβοια dici proprie, quæcunque res decem aut centum bobus nummis æstimantur: unde tum δεκάβοιοι & ἑκατόμβοιοι νόμισμα, nummus, qui decem aut qui centum nummos boves continet. Et hæc quidem in medium adferre placuit, quibus defenderemus Pollucis nostri aliorumque sententiam, qui bovem nummum esse dixerit signatum; superest quiddam operæ, quæ Polluci impendenda venit. Samuel Petrus Observ. ad L. L. A. p. 369. ubi ex hocce Pollucis nostri loco fragmen illud e Draconis legibus, ἀποτείνειν δεκάβοιον, adfert, existimat, neque injuria hæc Pollucis, quæ sub manibus habemus, verba ad τὸ διδραχμῶν referenda, quod præcesserat: & hercle ni feceris ita, jejune omnino hæc posuisse Pollucem judicandum esset: & valorem quoque didrachmi habuisse antiquum βοῦν Scholiastes Aristophanis ad Aves testatur: ἦν γὰρ γλαυξ ἐπίσημον (τῶν τετραδράχμων nimitum) καὶ πρόσωποι Ἀθηναίος, τῶν προτέρων διδραχμῶν ὄντων, ἐπίσημόν τε βοῦν ἔχοντων: unde & colligas licet nocturnæ signaturam in bovis successisse locum: huic adde Etymologum in voce ἑκατόμβη, ubi & adducit atque exponit patremiam Βοῦς ἐπὶ γλαύσεως, de qua locupletus Proverbiorum Collectores ab Andr. Schotto luci donatos videre potes: Suidam quæ de hisce habet, fideliter ista omnia alius, quos citavi, subripuit. Cur autem signatos voluerit bovis figura nummos Thefens, ternam relinquit in medio rationem Plutarchum, seu fecerit id bovis Marathonii causa, seu Minotauri, seu tandem potius isthoc symbolo admonitos voluerit Atticæ regionis incolæ exercendæ agriculturæ: quicquid sit, id omnino constat, bovem fuisse colendorum agrorum symbolum: & præterea quoque vetustiores etiam Romanos boum pecuniam quoque effigie signasse nummos constat ex Plinio & Pomponio Sabino ad Eclog. Virg. I. aliisque, in memoriam, putes forsitan, illius avi, quo divitiæ atque opes non auro, argento, aut ære, rudi, signatove, sed pecorum copia constabat; οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐν ταῖς τετραπόσι τὴν κτῆσιν εἶχον ἀμίλιαι καὶ οἱ βασιλεῖαι παιδὲς ἐποικίοντο πρὸ τοῦ γάμου καὶ ταῖς νύμφαις πρόβατα καὶ βοῦς ἐχαρίζοντο, ὅθεν καὶ ἀλφειοβίαι, inquit Proclus ad Hesiodum. sed in ista non hoc loco inquiremus. Vide porro Hefychium in Βοῦς ἐπὶ γλαύτης & ἑκατόμβοιον: eidemque ἑκατομβοίειον, ἑκατόν βοῶν τιμή. Sed ad alia pedem promoveamus.

<sup>41</sup> Ἀθηναίους νόμισμα] C. A. Ἀθηναίων νόμισμα &c. KÜHN.

<sup>42</sup> Εἰδέναι δὲ αὐτὸ] Αὐτὸν Salmaf. referatur ad διδραχμῶν. KÜHN.

Εἰδέναι δὲ αὐτὸ] MS. εἰδέναι δ' αὐτό. JUNG.

JULII POLLUCIS.

<sup>43</sup> ἑκατόμβοι &c.] Iliad. ζ, 236. prior. edit. ἑκατόμβη. SEB.

ἑκατόμβοι &c.] MS. ἑκατόμβοι ἐνία βοίων quo pacto & infra noster MS. Segm. 73. ubi Pollux noster hanc sententiam improbat eorum, qui nummum per βοῦν apud Homerum intelligunt. De hoc Homericæ versu plura apud Hostum dicto loco n. 7. &c. JUNG.

<sup>44</sup> Ἀποτείνειν δεκάβοιον.] MS. εικοσάβοιον. Odyss. α, 431.

— εικοσάβοια δ' ἔδωκαν. hoc est, εἴκοσι βοῶν ἄξια. Schol. vid. & Od. χ, 57. SEB.

Ἀποτείνειν δεκάβοιον.] MSSSti & Salm. (cujus in V. C. erat εικονάβοιον) εικοσάβοιον ἀποτείνει, solveat viginti boves. KÜHN.

Ἀποτείνειν δεκάβοιον.] MS. ἀποτείνειν εικοσάβοιον non δεκάβοιον & vide an verius noster MS. quemadmodum & Seberus in suo testatur. Hefychius: εικοσάβοιον, εἴκοσι βοῶν ἄξια, εικοσαπλοῦν. De δεκάβοιῳ hinc & ex Hefychio Hemsius noster Notis ad libr. XV. Silis. Et lubet Hefychii locum adscribere, ut illud miraculum hominis testitur, quoniam eam emendationem ex Polluce hinc infra de Delis firmat: δεκάβοιον ἀριθμὸς πόσος καὶ σταθμὸς, ἐφ' ᾧ τετύπωτο βοῦς: ἔναι δὲ Δηλίων τὸν βοῦν νόμισμα εἶναι φασίν: vulgo mendosissime legitur in Hefychio: δεκάβοιον & ἔναι δὲ διελιόντων βοῦν &c. quæ ita tamen & bonus Favorinus transcripsit, ut noster Hemsius notat. JUNG.

<sup>45</sup> Παρὰ Δηλίας] MSSSti & Salm. παρὰ Δηλίοις, in sacris ludis apud Delios. KÜHN.

Παρὰ Δηλίας] MS. παρὰ Δηλίοις: & quis non videt ita reponendum? vulgatum Δηλίας falsum vidisse credo & Hostum: quum lib. III. c. 3. n. 4. hæc citans habeat, παρὰ Δηλίου: ubi cum alias videre potes. JUNG.

Τῇ παρὰ Δηλίας θεωρίᾳ] Nullo sensu certe: sed cum MSS. & Kühnio nostro restitutum παρὰ Δηλίοις: atque ita habet & vir Eruditus Sperlingius cap. 22. de Numm. non Cuf. ubi hunc totum adfert locum: eandem quoque scripturam Falcenbergius ex suo Codice adnotavit. Intelligenda vero hic apud Pollucem est sacra legatio, quam singulis annis soliti fuere ad Apollinem Delium mittere Athenienses: & ex hoc Onomasticographi nostri loco constare etiam arbitror dona fuisse distributa ab Architheoro, haud dubie in populum, ut puto, Delium, aut quosdam saltem de Atheniensium republica, seu rebus gestis, seu etiam insigni favore bene meritos: hujus autem sacre Atheniensium legationis meminit Callimachus H. in Delum, ad quem videandus est Illustis Spanhemius. Mox in Polluce male fuit lectum vulgo, δωρεάν, & ad ζηρηγερταππὶ mentem in textum retulimus δωρεά.

<sup>46</sup> Ὅποτε δωρεάν τινι ἐδίδο.] C. A. & Salmaf. δωρεά τινι ἐδίδοτο, (Salm. δίδοτο, qui & mox hoc ordine, ἴδιον εἶναι νόμισμα &c.) ὅτι βοῦς τσσαῦτοι δοθήσονται αὐτῷ, quando donum alicui ex publico dabitur. Solebant enim Græci præmia de Republica bene meritis decreta in solennibus ludis pleno theatro per præconem promulgare, ut honor alicui habitus eo testatus esset, & alii exemplo invitarentur ad bene merendum de Republica. KÜHN.

Ὅποτε δωρεάν τινι ἐδίδο.] MS. ὅποτε τινι δωρεά δίδο 6 P



βοές· καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βούν δύο <sup>47</sup> δρα-  
χμάς Ἀττικὰς· ἔθεν ἔνιοι Δηλίων, ἀλλ' οὐκ <sup>48</sup> Ἀ-  
θηναίων, ἴδιον εἶναι νόμισμα τὸν βούν νομίζουσιν·  
ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν παροιμίαν <sup>49</sup> εἰρῆσθαι τὴν,  
<sup>50</sup> βούς ἐπὶ γλώσση βέβηκεν, εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ  
<sup>62</sup> <sup>51</sup> σιωπήσειεν. <sup>52</sup> ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης  
Φησὶν, ἐν Κυρήνῃ <sup>53</sup> καὶ τετραστάτηρον, καὶ  
στατήρ, καὶ ἡμιστάτηρον, χρυσᾶ νομίσματα·

boves. & dari pro singulis bobus bi-  
nas drachmas Atticas. Unde nonnulli  
Deliorum, non Atheniensium proprium  
quoddam numisma esse, Bovem intelli-  
gunt. Hinc quoque dictum esse Proverbium,  
Bos linguam conscendit: cum quis argenti  
caussa tacuit. • Erat etiam, ut Aristote- <sup>62</sup>  
les in Cyrene tradit, Quadrifater, & Te-  
trafater, semistaterum aurea numismata.

το, ὅτι &c. Et quid est *δωρεάν* vulgatum, nisi ad-  
das τι vel tale quid: omnino itaque *δωρεάν* scribendum  
est; ut etiam Avus meus interpretatus est, ubi & alia  
hinc explicat, libell. de Numism. cum *præco datum iri*  
*alicui præmium pronuncietur*: & *Erasmus* Adagio: *Bos*  
*in lingua, si cui munus dandum erat.* JUNG.

<sup>47</sup> Δραχμάς ] Emenda δραχμάς. JUNG.

<sup>48</sup> Ἀθηναίων, &c. ] MS. hoc ordine: Ἀθην. εἶναι νό-  
μισ. ἴδιον τὸν β. &c. JUNG.

<sup>49</sup> Εἰρῆσθαι. ] Abest a C. A. KÜHN.

<sup>50</sup> Βούς ἐπὶ γλώσση βέβ. ] Proverb. *Bos in lingua.*  
SER.

Βούς ἐπὶ γλώσση βέβ. ] Proverbium hoc quod atti-  
net βούς ἐπὶ γλώσση βέβηκε, utitur eo *Aeschylus* in  
*Agamemnone*:

Τὰ δ' ἄλλα, inquit, σιγῶ· βούς ἐπὶ γλώσση μέγας  
βέβηκεν &c.

*Eustath.* in *Iliad.* p. 962. ita effert, βούν ἐπὶ γλώσσης  
φέριμ· vide & *Suidam* in βούν ἐπὶ γλώττης, & brevia  
*Scholia Homeri* pag. 347. *Thomas* in *Eclogis æroicis*  
δι' ἑμῶν τὸν τῆς παροιμίας ἐκφέρομιν βούν, οἷον τὸ, βούν  
ἐπὶ γλώττης φέριμ· eodem modo C. V. hic habet βούς  
ἐπὶ γλώσσης β. Q. *Septimius Florens* in *Aristoph.* *Ve-*  
*spas* proverbium de tarda & impedita lingua accipit:  
rectius *Noller*, εἴ τις ἐπ' ἀργυρίῳ σιωπήσειεν, vel, ut  
*MSSti* & *Salm.* σιωπῶν, si quis pecunia contentus ob-  
tulerit, proverbium usurpari docet. KÜHN.

Βούς ἐπὶ γλώσση βέβ. ] MS. βούς ἐπὶ γλώσσης βέβ.  
pariter recte; nam proverbium ita quoque effertur  
βούς ἐπὶ γλώττης, puto, ut apud *Suidam*, & *Eustathium*,  
ni fallor, quoque. Tamen vulgata placet, quod  
*χρῆσις Aeschylus* illa profus est, apud quem in *Ag-*  
*amemnone* legis ipso fere initio:

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βούς ἐπὶ γλώσσης μέγας  
βέβηκεν —

Quamvis tamen *Erasmus* Adagio *Bos in lingua* ex *A-*  
*eschylo* citet ἐπὶ γλώττης: de eo Adagio alias & *Hofius*  
lib. III. *Rei Numm.* c. 3. n. 13. JUNG.

Βούς ἐπὶ γλώσση βέβηκεν ] Meminit & ipsius nummi  
bovis, & hujus paræmix *Snellius* de R. N. p. 34.  
*Idem* hoc numisma, de didrachmo ipsi sermo est, in-  
de antiquitus a *Draconis* aetate usitatum, *Bos* vocaba-  
tur, ὅτι βούν εἶχε ἐπιτετυπωμένον, quia bovem haberet  
infulptum, inquit *Pollux*. Unde *Ἔ* proverbio locus a-  
pud *Theognidem* *Gnomis*, βούς μοι ἐπὶ γλώσσης,  
*Bos in lingua, quo significatur argento taciturnitatem*  
*redemptam*. Sed supra jam ad paræmiographos lecto-  
rem remisimus.

<sup>51</sup> Σιωπήσειεν. ] MS. σιωπῶν, pro σιωπήσειεν. JUNG.

<sup>52</sup> ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστ. Φ. ἐν Κυρ. ] Ita distingue:  
ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἐν Κυρήνῃ καὶ &c.  
Sic enim res planius intelligitur. Hæc nempe *Aristo-*  
*teles* in suis *Rebuspublicis* scripserat, ubi inter alias  
ultra centenas & de Cyrenensium tractavit, ex quo  
opere & quæ mox *Segm.* præced. de pentadrachmo  
habuisti excerpta puto; πολιτείας πόλεων δύο διούσαν  
ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν, αὐτὸν *Λαίρτιον* in illius philoso-  
phi vita, opera ejus recensens. *Liber vere aureus*,  
ut *noller Casaubonus* ibi exclamat, qui & huic capiti  
*Polluci* magnam lucem inferret, aliquam inde forte

reciperet quoque, si extaret. Ejus fragmenta ab illo  
magno *Casaubono* ex promisso nobis diu est quod de-  
beatur. JUNG.

<sup>53</sup> Καὶ τετραστάτηρ, &c. ] MS. τετραστάτηρ, καὶ  
στατήρ, καὶ ἡμιστάτηρ χρ. SER.

Καὶ τετραστάτηρ, &c. ] MSS. τετραστάτηρον καὶ  
στατήρ καὶ ἡμιστάτηρον χρυσᾶ v. *Salm.* V. C. τετρά-  
στηρον, unde legit τετραστάτηρον. consentit etiam in se-  
quentibus. KÜHN.

Καὶ τετραστάτηρ, &c. ] MS. post Κυρήνῃ καὶ τετρα-  
στάτηρον καὶ στατήρ, καὶ ἡμιστάτηρον χρυσᾶ v. Et  
non possum hanc lectionem vulgatæ postponere, mo-  
do pro στατήρ, τετραστάτηρ scribas. nam vulgatum  
ἡμιστάτηρον fallum putem esse, nec enim τετραστάτηρ  
esse νόμισμα ἡμιστάτηρον potest. sed adhuc plusquam  
στατήρ ipse: nec id tamen consideravit *Hofius* lib. III.  
*Rei Numm.* n. 22. & lib. V. c. 2. n. 23. ubi vul-  
gatam sequitur. *ἡμιστάτηρον*, ut mox *ἡμιδραχμῶν* ita  
enim mox MS. habet, non *ἡμιδραχμῶν*. JUNG.

Καὶ τετραστάτηρ, &c. ] *Cl. Salmasius* de *Modo Usur.*  
pag. 70. adducit atque emendat hunc *Pollucis* nostri lo-  
cum: isto videlicet modo: ἦν μέντοι, ὡς Ἀριστοτέλης  
φησὶν, (ubi advertet mihi rectam loci distinctionem,  
quam & textus, probante *Jungermanno* nostro, habet)  
ἐν Κυρήνῃ καὶ τετραστάτηρον, καὶ στατήρ καὶ ἡμιστά-  
τηρον, χρυσᾶ νομίσματα. Additque: *Ita ibi scriben-*  
*dum ex optimo, quod consulimus, exemplari*: eademque  
omnia ex illo veteri Codice habet in *Excerptis*  
MSS. ad oram libri sui: καὶ τετράστηρον V. C. lege  
καὶ τετραστάτηρον· sequitur in eodem, καὶ ἡμιστάτη-  
ρον Ἔ ita omnino scribendum. Restituimus itaque tex-  
tum, quam MSS. habent, lectionem: erat vulgo: καὶ  
τετραστάτηρ, καὶ τετραστάτηρα, ἡμιστάτηρον χρυσᾶ  
νομίσματα· quæ lectio corrupta, dum a viris eruditiss  
retinetur, eos in errores haud leves præcipites dedit:  
de *Snellio* monuit recte *Gronovius* loco superius cita-  
to, qui tamen nec ipse se satis ex vitis hilce extricavit:  
uritur & hoc loco *Sperlingius* de N. non C. p. 132. at-  
que hæc ἡμιστάτηρα eadem cum ἡμιχρυσῶσι fuisse adfir-  
mat; recte, nisi forsitan pretio diverti fuerint stateres  
Cyrenenses ab aliis aureis. Et occurramus quoque *Jung-*  
*ermanno* opus est, qui pro στατήρ recta, ut puto,  
MSS. lectione, τετραστάτηρ scribendum inquit: sed  
profecto animum vir acutissimus heic non attendit:  
quid enim? an non inanis & inepta ejusdem rei fue-  
rit repetitio, si scribas καὶ τετραστάτηρον καὶ τετρα-  
στάτηρ? & qua tandem in re τετραστάτηρ differet a  
τετραστάτηρ? & vero Cyrenenses puto non dicturos  
fuisse τετραστάτηρ· nam prout a στατήρ est ἡμιστάτη-  
ρον, ita quoque τετραστάτηρον eadem analogia. *Hesychius*:  
Τετράστηρον, τετράμουν· legunt τετραστάτηρον  
& recte: sed quid est, quod τετράμουν exponat? statu-  
atne igitur staterem & minam æquales seu pretio seu  
pondere? sed supra minam & staterem nullo modo  
ad idem sive pretium sive pondus redigi posse proba-  
vimus: sine igitur *Hesychius*, ceterorumque, ex qui-  
bus id hausit, Grammaticorum παρόρμημα; ita qui-  
dem exiitmo, nec minam & staterem eisdem fuisse  
aliquando credam, nisi clarissima adfint documenta.  
Apud eundem & ἡμιστάτηρον est in Τέταρτον ἡμισυ,  
quod exponit, τὸ τέταρτον ἡμιστάτηρον· apud auctorem  
quendam, qui de stateribus fuerat locutus, repererat.



Media autem drachmæ pars, semidrachma vocatur. Et tertia semidrachma, duæ drachmæ dimidiatæ. Semidrachmam vero etiam triobolum vocabis. Oboli enim octo Semifextarius appellan-

τῆς δὲ δραχμῆς τὸ ἥμισυ, ἡμιδραχμὸν καλεῖται· καὶ τρίτον ἡμιδραχμὸν, αἱ δύο καὶ ἥμισυ δραχμαί· τὸ δὲ ἡμιδραχμὸν, καὶ τριώβολον ἀνκαλοῖς· οἱ μὲντοι ὀκτῶ ὀβολοὶ ἡμίεκτον ὠνομά-

τὸ τρίτον ἥμισυ, de quarto stateris dimidio; alias certe ἥμισυ nunquam fuerit ἡμισιάτηρον.

54 Ἡμιδραχμὸν ] C. V. & Salm. ἡμιδραχμὸν. C. A. ἡμιδραχμὸν καὶ τρίτον ἡμιδραχμὸν αἱ δύο καὶ ἥμισυ· super scriptum est hic quidem καὶ ἥμισυ, sed C. V. id ipsum in textu habet, id est, *duæ drachmæ cum dimidia*. Kühn.

Ἡμιδραχμὸν ] MS. ἡμιδραχμὸν· restitue itaque illud ἡμιδραχμὸν, quod & Pollux ipse firmat, subjiciens nimirum, τρίτον ἡμιδραχμὸν, profus eo modo quo supra Segm. 55. τρίτον ἡμισιάτηρον· quod, τρίτον ἡμιδραχμὸν inquam. & apud *Dionysium* observat *Casaubonus* noster dicto Comm. ad *Theophr.* Charact. *περι ἀπονοίας*, & interpretatur pro *duabus drachmis septem*. quin & supra VI, 160. *Noster* diserte ἡμιδραχμὸν. Hoc vocabulo *Vilfortianum Junius* in suo Nomenclatore. ἀπερισκέπτως itaque vulgatum quoque rectam putavit *Hofius* libr. III. *Rei Numm.* vet. cap. 1. n. 43. quæ non nisi ὑποκοριστικῶς & suo loco vera est. JUNG.

Ἡμιδραχμὸν ] Bene est, quod cum MSS. restituere liceat ἡμιδραχμὸν, sine quibus etiam fuisset, facile id ipsum quoque patere potuisset ex sequentibus *Pollucis*.

55 Αἱ δύο ἥμισυαι δρ. ] MS. αἱ δύο καὶ ἥμισυ δρ. SEB.

*Dua drachma dimidiata.* ] *Dux* drachmæ semis, vid. *Casaubon.* in *Theophrast.* Character. pag. 188. SEB. 2.

Αἱ δύο ἥμισυαι δρ. ] MS. αἱ δύο καὶ ἥμισυ δραχμαί· ut *Severi* nostri *Augustanus*. quam lectionem restituamus potius. *Hofius* putavit legendum αἱ δύο ἥμισυαι &c. lib. III. *Rei Numm.* & cap. 1. n. 46. Sed MS. lectio jam sequenda erit: nec scio an ita loqui possemus. potius ἢ *deutera ἥμισυαι δραχμῆ* dicere, ut supra Segm. 56. τὴν μίαν ἥμισυαι μὲν. Sed quid verbigerari opus, scriptura MS. quæ extet. JUNG.

Αἱ δύο ἥμισυαι δραχμαί. ] Illæ sint, *duæ dimidia drachmæ, binæ semidrachmæ*, quæ integram efficiunt: quæ a *Polluce* nostri mente absona sunt: itaque ex MSS. opem petimus: in illis αἱ δύο καὶ ἥμισυ est: & recte: reposui itaque in textum. Superius Segm. 55. alia loquendi forma legebamus: τρία ἡμίονα, τὴν μίαν ἥμισυαι μὲν, ibique pro his *Etymologum* posuisse observabamus τὴν μίαν ἥμισυ μὲν non diverso sensu: in præcis porro *Prisciani* de *Figuris numerorum* editionibus τὴν μίαν καὶ ἥμισυαι μὲν legete licet, quibus vocibus exponitur τρίτον ἡμίονον· sed quo dixeris modo, ἢ μία ἥμισυαι μὲν seu ἢ μία καὶ ἥμισυ μὲν, rem esse eandem sentio: nam si τὴν μίαν ἥμισυαι dixeris, ἥμισυαι subintelliges μὲν, si vero τὴν μίαν καὶ ἥμισυ μὲν, μέρος lateat, *dimidia tertia pars*. Et lapsus est hic *Jungermannus* noster, cujus te admoneri oportet, dum αἱ δύο ἥμισυαι δρ. vel αἱ δύο καὶ ἥμ. recte dici posse dubitat: quin vero rectissime dicitur, neque loqui aliter possis: nam quod ille adfert ἢ *deutera ἥμισυαι δραχμῆ* Græcissimum non sapit profecto: nec meliori successu componit loquendi formulam quam superius Segm. 55. habuit *Pollux*; si enim bene dicatur ἢ *deutera ἥμισυαι δραχμῆ*, tum utique apud *Pollucem* dicto loco extate oporteret τὴν πρώτην ἥμισυαι μὲν; quod alienum; viden itaque quam in minutulis eruditissimi etiam viri caspitare possint. Sed τρίτον ἡμιδραχμὸν *Romane sefertiana drachmam* reddi posse docet *Illustris Scaliger* de R. N. pag. 70. ubi non dissimilem a Græcis loquendi consuetudinem observat ex legibus *Riparianorum*, in quibus tertio dimidio solido tantundem fit, ac τρίτον ἡμιχρυσίνον, Latine sefertio solido: & sic ὀκτῶ solido, ὀγδοῦ ἡμιχρυσίνου.

Sed ad ipsum illum remotissimæ eruditionis fontem. Ego vero hæc tibi de τρίτῳ ἡμιδραχμῷ ulterius illustrabo positus *Hesychii* verbis: Τρίτον ἡμιδραχμὸν, αἱ δύο δραχμαί καὶ τριώβολον· distinctione vulgo laborat iste locus: sed opportune omnino *Harrocratio*, qui ex *Dionysio* id phrasecos adfert: Τρίτον ἡμιδραχμὸν, inquit, Δείναρχος κατὰ Λυκούργου· τὰς δύο ἥμισυ δραχμῆς οὕτως ὀνομάζειν εὐώπαιον εἰ παλαιῖ· quæ sanequam MSS. lectionem egregie stabiliunt.

56 Τριώβολον ] C. V. τριώβολον male. Kühn.

gne refert: quin vero, quod magis est, *Minervam Byzantiis πολιοῦχον* fuisse Deam testis est *Marinius* in vita *Procli*: nummis autem tutelares urbium Deos Deaeve praeter ceteris quibuscunque rebus imprimi solitos res est longe notissima: porro Deorum Dearumve formam Byzantium in nummis olim fuisse signatam patere arbitror, quod *Comici* illos adpellent *σιδηροῦς θεοῦς*, qua utique alia de ratione, quam quod Deos sibi praeter se ferrent insculptos: nec moretur te, *Palladii* caput nulla, quod solitum vulgo, insignis galea, siquidem ex variis *Pausanias* locis constat, quam diverso picta fuerit sculptraque *Minerva* modo, ut scirpum in nodo quaerere haud opus sit: forsitan tamen quis putet non nulla de ratione *Dianam* esse, quam dixi *Minervam*: certe & hanc venatricem Deam in honore fuisse a Byzantiis habitam ex *Codino* novimus: & faciat huc forsitan, quod in quibusdam eorum nummis luna falcata, uti vocat *Illustriss. Spanhemius* de Praest. & Usu Numism. conspiciatur: sed quod prius proposui mihi probatur magis: lectori liberum esto arbitrium. Percussum vero hunc nummum, adhuc dum vigente libera Byzantium republica ex partis adversae *ἐπιγραφῆ* patet, quod forsitan hoc aut simili modo supplere liceat, ΕΠΙ ΦΟΚΙΟΝΟΣ, *ἱερομνάμονος* scilicet; nam per *ἱερομνάμονας* suos publici temporis rationes distribuisset atque digessisset Byzantinos ex illorum *πλεψισinare* liquet apud *Demosthenem* de Corona, quippe quod sic iussit: Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχῳ, Δαμαγῆτος ἐν Τεαλίᾳ ἔλεξεν ἐν τῆς Βαλλῆς λαβῶν ῥήτρων sed haec aliaque talia commodiori forsitan loco alibi. Illud autem in hoc nummo, quod sollicitum me atque implicitum habuit habetque totum, est huic insculpta parti figura, quae seu struchionem, seu ciconiam, quod putem potius, qui de ciconiis bene de Byzantiis meritis legisse quid in eorum historia meminerim, cum caucula, uti videtur, cuius forsitan sit mentio in isto, quod Byzanti datum perhibent, oraculo: Ἐῖθα δύο σκύλακες διςρὴν μάρτυροι θάλασσαν, habet impressam: pervolutis, quaecunque noveram, Byzantium monumentis, nihil quicquam me reperisse profiteor, quod aut mihi aut ipsi rei integre satis faciat: frigidulis quibusdam conjecturis, quaeque rationum non nitantur ribicine, lectorem lactare absit ut velim: rogatos itaque quam postum enixe viros eruditissimos volo, quorum in hoc studiorum genere florent & sempiternum florebunt labores, ut huic nummo elegantia lucem publice accendant: te praecipue, *Illustrissime Spanhemi*, qui eruditioni nummatiae penitissimam possides conjunctam antiquitatis recondita ac remota notitiam, te, inquam, vir Eruditissime, efflagitat hic labor, qui nullo nobis negotio, quid enim tuae diffidamus profundissimae doctrinae? hujus numismatis operata recludes atque paucos. Alias & Byzantium diversos ab his pelamidibus insignes videbis nummos apud *Eruditiss. Lambecium* ad *Codini Originis Constantinopolitanae*, quibus & urbis fortuna censetur incusa.

21 Σιδηροῦν νομισματος ] C. V. σιδήρῳ νομιζόντων, uti mox *Segm.* seq. κασιτέρω ποτὲ &c. νομισαί est autem σιδήρῳ νομιζέειν, ferreo uti numismate. *Suid.* Νομιζουσι, αὐτὶ τοῦ νομισματι χρώνται. Deinde: ἦν οὕτω καλούμενον σιδηροῦν τι νόμισμα λεπτόν. *Byzantium*, qui numismate utebantur ferreo, erat ita dictum σιδηροῦν quoddam tenue numisma. C. V. σιδηροῦν (quod & *Salm.* habet, videndosque monet *Hesych.* & *Aristoph. Interpretem*) νόμισμά τι. Kühn.

Σιδηροῦν νομισματος ] MS. pro σιδηροῦν νομισμα. habet σιδήρῳ νομιζόντων, ἦν οὕτω καλούμενον σιδηροῦν νομισματι λεπτόν: & nescio annon recte, certe melius quam



θήρεον, νόμισμά τι λεπτόν· ὡς τε ἀντὶ τοῦ<sup>22</sup> πριῶ  
μοι τριῶν χαλκῶν λέγειν, πριῶ μοι τριῶν<sup>23</sup> σιδη-  
ρῶν· ὅθεν καὶ ἐν τοῖς<sup>24</sup> Στραττιδος<sup>25</sup> Μυρμιδόνων  
εἴρηται, Ἐν τοῖς<sup>26</sup> βαλανείοις, προκέλευθος<sup>27</sup> ἡ-  
μέρα, ἀπασα ἀπαξ γῆ, στρατιαί, σιδάρων

rea moneta parva. Adeo ut pro eme mihi  
duobus æreis dicamus, eme mihi duobus  
ferreis. Unde & in Strattidis Myrmidoni-  
bus dictum est: In balaniis, præfinitus  
dies, tota tellus, ô Milites, ferreorum.

vulgo, ita scribas; modo σιδήρεον, νόμισμά τι λ. scri-  
bas: ait, Byzantiorum, quibus ferrum in usu commu-  
ni, fuisse sic vocatum σιδῆρεον, numi minuti genus.  
*Hesychius*: Σιδῆροι, παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις, σι-  
δάρεοι θεοί, ὡς ἐν Βυζαντίῳ εἶσι ἐν τῷ λεπτῷ νόμισμα-  
τι, ὃ σιδῆρῶ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο Βυζαντίοι; verba *Co-  
mici* sunt:

Ποῖους θεοὺς ἔμετ' σὺ, πρῶτον γὰρ θεοί  
Ἡμῖν νόμισμα οὐκ ἔστι. Στρ. τῷ γὰρ ὄμνυτ' ἢ  
Σιδῆροισιν, ὡσπερ ἐν Βυζαντίῳ;

Ubi apud *Scholium Aristophanem* habes e *Platonis  
Comici* Πισανδρῶν versiculos de iisdem, quos ita recon-  
cinno:

Χαλιπῶς ἀν οἰκῆταιμεν ἐν Βυζαντίοις,  
Ὅπου σιδῆροισι χρῶνται νόμισμοι.

Vulgati enim nuperrime etiam habent, νόμισμασι χρῶ-  
νται voculis, credo, transpositis. Certe in vulgatis σιδη-  
ρῶν νόμισματος non multum sani est; ut & mox in  
σιδηρῶν, ut ex sequentibus etiam patet. Illud σιδῆρῳ  
νόμισματι vero ita in suo MS. γράφεται & *Scho-  
lius* noster hic adnotavit: & sine dubio ita *Aristote-  
les* dixerat: eadem phrasi & vulgo non omnino cor-  
rupta mox *Segm.* 79. habes καττιτῆρῳ (ita enim MS.)  
ποτὶ ἀντ' ἀργυρίου νόμισματι Syracusanos. Nummulum  
hunc Byzantinum, quem σιδῆρῶν vocitabant, ejusdem  
valoris fuisse cum χαλκῷ vult *H. Junius* Nomenclato-  
re in *Chalcis*. JUNG.

22 Πριῶμοι] Scribe πριῶ μοι binis vocibus, ut &  
statim πριῶ μοι τριῶν σιδηρῶν, ut MS. habet: id est  
ἀγόρασιν· quamvis hoc potius paroxytonos πριῶ μοι di-  
cant. Sane duabus vocibus legendum, sive sit istud  
πριῶ, ex πριῶν, sive πριῶν· sic apud Doricum *Epi-  
charmum* *Segm.* 80. πριῶ μοι &c. μόσχον. *Etymolo-  
gus* in ἀπριχτῆν πριῶ οὖν, πριῆμν ἐξ οὗ καὶ, πριῶ μοι,  
Φσὶν ὁ Καμῶδες, σιλάχιον· ubi in indice *Sylburgius*  
eme interpretatur imperative. JUNG.

Πριῶμοι] Cum *Jungermanno* nostro separavi utraq-  
ue voces, quæ vitio coaluerant. In quam syllabam  
accentum referas tanti non esse puto: *Etymologus* mon-  
strante *Jungermanno*, vulgatæ accentus positioni facit  
patrocinium: apud *Hesychium* tamen & *Suidam*: Πριῶ  
ἀγόρασιν. Et disjunctis vocibus scripsisse πριῶ μοι *Sper-  
lingium* animadverto p. 184. dictæ sæpius disertationis,  
ubi totius loci sensum voculæ γένος supplemento  
fulcire tentat: nos meliora MSS. docent.

23 Σιδηρῶν.] C. V. σιδηρῶν. KÜHN.

24 Στραττιδος] MS. Στραττιδος. Sed scribe Στρατ-  
τιδος· quamvis noster *Casaubonus* se tam *Strattim* quam  
*Strattim* invenire ait VII. *Athen.* 23. ubi de omnibus  
hujus *Comici* fabulis plura habes. Illi Catalogo forte  
& ποταμούς, *Fluvios* possumus addere: certe si recte  
capio quæ *Scholias* *Aristophani* ad extremum *Plu-  
tum* adnotat: ἀλλὰ γὰρ Στραττις (scribe Στραττις) πρὸ  
ἀμφοτέρων τούτων (*Lycophronis* & *Aristophani*) τοὺς πο-  
ταμούς διδάσκων, εἰς Φύλλιον ἀναφέρει τὸ πρῶγμα· sub-  
jicitque ipsos versiculos *Strattidis* inde:

Ἰμῆς τε πάντες ἔστι' ἐπὶ τὸ Πύθιον  
Ὅσασπερ ἔστι μὴ λαβόντες λαμπαδάδας,  
Μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον Φύλλιον.

Qui ultimus versiculus tamen claudicat: nec nuperi  
editores *Aristophani* sanarunt, quod videtur tamen vi-  
ris doctis facile fuisse: nos imperitiores potius expe-  
ctabimus alios. JUNG.

Στραττιδος] Στραττιδος littera τ geminata cum *Kühnius*

textus habet; idemque superius alicubi factum memi-  
ni: alias & apud *Michaelem Apostolum* Στραττις scri-  
ptum reperio. De *Μυρμιδόνων* confirmant MSS. nisi quod,  
puto, in istis integrius extet *Μυρμιδόνων* titulo *Dotico*:  
*Hesychius*: *Μυρμιδόνων*, οἱ μύρμηκες ὑπὸ Δωριῶν· nam,  
aut fallor, aut fallatur si quis nominatam a *Μυρμι-  
δόνων* populo censet fabulam: fuit alias, quum con-  
jectarem *Μακεδόνων*, siquidem *Μυρμιδόνων* nec in *Athe-  
nais*, nec *Suida*, aliove quopiam reperiri sciam: neque  
alium hoc *Pollucis* nostri locum *Casaubonus* adtulit:  
*Μακεδόνων* vero fabula *Strattidis* notissima: sed ne quid  
nimis temerarium a nobis dictum fiet, caveamus. Ip-  
sum *Comici* locum infelicitus tentasse *Kühnius* *Eru-  
ditissimum*, atque exposuisse existimo: est & in MSS.  
πᾶσι quiddam: ita constituo totum: Ἐν τοῖς βαλα-  
νείοις προκέλευθος ἡμέρα, ἀπασα ἀπαξ γῆ, στρατιαί, σιδῆ-  
ρῶν· τοῦμοι· puta, quæ vox & a Byzantinis, credo, siquid-  
em loquendi modo uterentur Dorico, fuit usurpata.  
*Προκέλευθος* autem ἡμέραν voce Byzantina τῇ προκηρυ-  
τομένην εἰς τὸ ἐκκλησιαστικῶν appellatam existimo: ne-  
que alio sensu *Kühnius* cepisse videtur: tum quoque Ita-  
tuamus necesse est traduci in his atque fugillari a *Strat-  
tide* Byzantinorum *βαλανειομανίαν*, qua mihi voce uti  
liceat: istis ad calculum positis hic mihi sensus ab  
sefe fluere sponte videtur: ita deditos fuisse balneis *By-  
zantinos*, ut in istis populi celebrarentur comitia, in  
istis totus simul esset terra *Byzantina* populus, in istis  
de expeditionibus consulere. Et in istis denique ipsa  
mercatura exercebatur; quæ omnia alias in foro peragi  
mos erat: & hæc quidem cum ipsis *Strattidis* verbis com-  
modoque sensu egregie, nisi me decipiam, concinnat:  
non itaque in hanc rem plura prodigam verba. *Βαλανείοις*  
habes ex emendatione *Kühni* pro *βαλανείοις* tum ἀ-  
πασα ἀπαξ, quod erat in MSS. præferendum videba-  
tur editæ lectioni ἀπαξ ἀπασα· & σιδηρῶν quoque vi-  
tiosum erat, itaque σιδῆρῶν in textu: quid nostræ sit  
sententiæ, exposui.

25 *Μυρμιδόνων*] C. V. *Μυρμιδόνων* *Strattidis* ἔστιν  
ita collocarem:

Ἐν τοῖς βαλανείοις προκέλευθος ἡμέρα  
ἀπαξ ἀπασα, ἢ στρατιαί, σιδῆρῶν.

In ipsis balneis dies indicitur  
Quæcumque, expeditio, σιδῆρῶν.

Indicant versus, Byzantios ita voluptatibus deditos esse,  
ut quæ alias in foro aliisque locis publicis per præconem  
solent indici, apud eos in balneis, ubi vinum  
immodice haustum excoquebant per sudorem, sunt  
intimanda: eo namque frequentes confluebant Byzantii,  
sive igitur dies Itatura quævis, sive expeditio, vel  
quædam ad rem nummariam pertinentia publice pro-  
mulganda venerint, in balneis ea indicta sunt, vel  
indici potuerunt commodius quam in alio loco pu-  
blico. C. V. in priori versu legit: ἡμέρα ἀπασα ἀπαξ  
γῆ, ex quo legi posset ἀρπαγῆ, γαρῖμα in hostico sci-  
licet, vel res raptas, quæ etiam solent indicari per  
præconem; in posteriori σιδῆρῶν vid. & *Hesych.* in σι-  
δάρεοι θεοί ex *Aristoph.* *Nubibus*: unde patet ferreum  
illud numisma Dei alicujus signatum fuisse imagine.  
KÜHN.

*Μυρμιδόνων*] MS. mendose *μυρμιδόνων*. JUNG.

26 *Βαλανείοις*] MS. *βαλανείοις*. JUNG.

27 ἡμέρα ἀπαξ ἀπασα γῆ] MS. ἡμέρα ἀπασα ἀ-  
παξ γῆ στρατιαί σιδῆρῶν· ego adhuc parum in illis  
*Strattidis* video, quæ nobis elucidabunt viri docti.  
JUNG.



79 \* Ferrea quoque moneta Lacedaemonii utuntur, ingenti magnitudine parum valente: aceto vero ejus vigorem, propter scindendi difficultatem, extinguunt. Syraculis vero stannum argenti loco haberi, Dionysius author est. & numisma illorum quatuor faciebat drachmas Atticas, pro una. Numus vero, <sup>28</sup> σιδηρῶ δὲ νομισματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρῶν- <sup>29</sup>ται ἐκ πολλοῦ ὄγκου ὀλίγον δυναμένω· ὄξει δὲ αὐτοῦ τὴν ἀκμὴν <sup>30</sup> εἰς τὸ ἄτομον κατασβεν- <sup>31</sup>νύουσι· <sup>32</sup> τοὺς μὲντοι Συρακούσιους <sup>33</sup> κασσιτήρων ποτε ἀντ' ἀργυρίου νομίσαι Διονύσιος κατηγάγκα- <sup>34</sup>σε· <sup>35</sup> καὶ τὸ νομισμάτιον τέσσαρας δραχμὰς Ἀτ- <sup>36</sup>τικὰς ἴσχυεν, ἀντὶ μιᾶς· <sup>37</sup> ὁ δὲ νοῦμμος δοκεῖ

28 Σιδηρῶ δὲ νομ. &c.] MS. σιδαρίω δὲ νομισμ. κ. λ. χρ. i. π. δ. ὄ. δ. ὄξει. Eadem *Plutarchus* in *Lycurgo* & *Lysandro*, ut adnotavit *Hofsius* libr. I. Rei Numm. c. 7. n. 4. JUNG.

Σιδηρῶ δὲ νομ. &c.] De ferreo Laconum nomismate meminere plures: sunt tamen qui coriaceum fuisse perhibent; in iis *Nicolaus* apud *Stobensem*: de utraque veterum opinione *Lipissus* de R. N. pag. 7 & 8. ubi *Pollucis* nostro succenturiantes nominat *Plutarchum* in *Lycurgo* & *Lysandro*, *Polybium* & *Xenophonem*: plura reperies apud eruditissimum *Sperlingium* de N. non C. cap. 29. ubi de *Lacedaemoniorum* nummis tractat effulc: *Pollucis* loci mentionem quoque fecisse *Cragium* in *Commentario de Rep. Laced.* reminiscor.

29 Δὲ αὐτοῦ τὴν ἀκμὴν] Quam multa adhuc vitiosa atque mutila sint in hoc capite vix credas: ut credas, in sequentibus abunde dabimus, quæ fidem perhibent. Nec enim commodius nobis potuit accidere, quam quod MS. nos ter ita in hoc capite nos non prodatur, ut omnia ista fidelius & plenius, exceptis paucis aliquot *χρήσειν*, exhibeat, quam vulgati: optimus *Nosser* amicus a suo delictus fuit nec in tempore nec loco opportuno. Nos e nostro fideliter exhibebimus, quæ invenimus: viri docti porro a se operam dabunt: nam nobis ad hanc rem nec vires nec ingenium superpetit: hic itaque pro δὲ αὐτοῦ τὴν ἀ. MS. habet: δ' αὐτὴν ἀκμὴν &c. JUNG.

30 Εἰς τὸ ἄτομον.] Ut vim secundæ perdat ferrum, aciem ejus candefactam aceto suffuso extinguerunt, ut nec exportari potuerint nummi ferrei in alias regiones. *Plutarch.* in vita *Lycurgi*: ὄξει γὰρ, ὡς λέγεται, διαπύρου σιδήρου τὸ στόμωμα κατασβέτας, ἀφείλετο τὴν εἰς τ' ἄλλα χρεῖαν καὶ δύναμιν ἀδρανοῦς καὶ δυσίργου γενομένου &c. Quæ *Porphyrus* de *abstinentia* habet, de ferreo nummo Laconum, omnia ad verbum descripta sunt ex *Plutarcho*. Cæterum C. V. pro δὲ αὐτοῦ leg. δ' αὐτὴν ἀκμὴν &c. *Salm.* pro ἄτομον leg. ἄστομον vel ἄτονον, quæ eodem recidunt. KÜHN.

31 Τοὺς μὲντοι Συρακούσιους &c.] Egregie MS. τοὺς μὲντοι Συρακούσιους καττιτῆρα ποτε ἀντ' ἀργυρίου νομίσαι δ. κ. Jam vulgata vel casta nuce non emam: restitue istam lectionem optimam & verissimam, si ne dubio *Nosstro* ex *Aristotelis* Syracusanorum πολιτεία acceptam: καττιτῆρα νομίσαι, ut modo ex ejusdem philosophi, credo, Byzantinorum republica dixerat, σιδηρῶ νομισμάτων, quemadmodum ex MS. ibi legitur: extat vero hæc eadem historia & in II. *Oeconomorum Aristotelis*, ut bene observavit *Hofsius* lib. I. Rei Numm. c. 7. n. 8. Locus est *Oeconom.* II. cap. 2. Διονύσιος Συρακούσιος &c. οὐκ εὐπορῶν δὲ ἀργυρίου, νομισματικῶν καττιτῆρων καὶ συναγαγῶν ἐκκλησίαν, πολλὰ τοῦ κεκομμένου νομισματος ὑπερέπαι· οἱ δὲ ἐψηφίσαντο καὶ μὴ βουλόμενοι ἕκαστος αὐτὸν εἶλετο ἔχειν ὡς ἀργυρῶν, ἀλλὰ μὴ καττιτῆρων. JUNG.

Τοὺς μὲντοι Συρακ. κασσιτήρων &c.] Præstantissimam atque *Ἑλληνικατάτην* MSS. lectionem textui non restituisse ineptum foret: dudum est, quod mendii quid in hoc loco viris eruditis suboluit; *Salm.* de M. Usur. pag. 247. pro τοῖς Συρακούσιους vere habet τοὺς Συρακούσιους, quam emendationem sequitur est *Sperlingius* de *Nummis non Cusis*, p. 17. cui tamen ceteram eluere maculam ex aliis similibus, quæ adducit, locis in promptu fuerat ac facili: sed neque *Salm.* id præstitit, cui eadem erant ad manum de *Usur.* p. 436.

Mox pro νομισμα αὐτῶν melius in MSS. & ex iis in textu νομισμάτων. Ἀττικὰς autem cur dicto loco *Salm.* post δραχμὰς abolendum censcat rationem hercule nullam video.

32 Κασσιτήρων] Κασσιτήρων. SEB.

*Dionysius* autor est] *Dionysius* Syracusios coëgit stannum pro argento habere. Atqui *Democritus* apud *Athenæum* X. V. fol. 669. *μημονύστω*, inquit, τοῦ χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος Διονυσίου· χαλκοῦ δὲ προσηγορεύθη διὰ τὸ συμβουλευθεῖσαι Ἀθηναίους χαλκῶ νομισματι χρῆσασθαι. SEB. 2.

Κασσιτήρων] C. V. τοὺς μὲντοι Συρακούσιους καττιτῆρα ποτε vid. supra *Segm.* præced. & *Aristot.* libr. II. *Oeconom.* de *Dionysio*. KÜHN.

33 Καὶ τὸ νομισμα αὐτῶν] C. V. νομισμάτων τέσσαρας. KÜHN.

Καὶ τὸ νομισμα αὐτῶν] MS. καὶ τὸ νομισμάτιον τέσσαρας δραχμὰς Ἀττ. quæ omnia pro vulgatis restitua- mus. JUNG.

34 Ὁ δὲ νοῦμμος &c.] *F. Ursinus* hæc adfert ad *Festii* fragmentum, ad ista: *Nummum ex Græco vocabulo νοῦμμος existimant dictum* &c. Tu vide incomparabilem *Scaligerum* *Conjectan.* in lib. IV. *Vattonis de ling. Latini.* ad ista: *In argento nummā: id a Siculis.* JUNG.

Ὁ δὲ νοῦμμος] Hoc *Pollucis* nostriloco qui de nummo scripsit viri eruditi plurimi utuntur: *Scaliger* de R. N. hinc evincit falso credidisse virum summum *Georgium* *Agricolam* *Siculos a Romanis in re nummaria accepisse multa*: ibidemque vir maximus *Δωριῶν* legendum docet pro ὀρίων, quæ prava erat editionum ante *Seberum* lectio. *Lipissus* vero hæc pono verba, quibus & hanc *Pollucis* particulam Latine redditam habet: *Nummi nomen a Græcis aut Siculis esse breviter Varro testatur: Et Pollux ibericus: Nummus, inquit, videtur Romanorum nomen esse, est autem Græcæ nomen eorum, qui in Italia aut Sicilia Diores habitaverunt. Et addit auctoritates Epicharmi, tum Et Aristotelis, qui in Tarentinorum republica testatur nummum ab his dici pecuniam cum impressa effigie Tarentis filii Neptuni. A Græcis vero vicinis Romanis sumptum, Et duplici m. rellæ ita scripseris, etsi alii tamen a Numma nomen derivant: Tranquillus ejus sententia auctor apud Suidam, qui primum Numam regem pecuniam e ferro atque ære signasse apud Romanos, atque ab ejus nomine nummos dictos: quæ derivatio unicum m. adprobat; Et sane lapsus ac libri præsci ambigue scribunt.* Quibus addenda tibi, quæ *Snellius* habet, mox ab initio libelli de *Re Nummaria*; & ex *Salm.* *Sperlingius* pag. 222. Quod autem de origine nummi a *Numma* adfertur, nihil est aliud, quam putidissimus otiosi Grammaticulorum cerebri abortus: non meminerant illi scilicet, quæ vetustiores probatiorisque Romanæ historiæ scriptores de signatis a *Jano Saturnoque* nummis tradiderant posteris: neque alio tibi hæc fulcitur nugacissima etymologia, quam utriusque nominis similitudine, qua sapius ratione adducti posterioris ævi Grammatici mirum quæ etymologiarum monstra pæpeterint: hanc eandem rem reperies in *Cedreno* ac *Chronico Putschali*: & est mihi quoddam MSS. *Chronici* brevissimum fragmentum, ubi idem extet. Cum MSS. mox post *Ἑλληνικῶν* commode particulam καὶ, quæ pleniorē efficit sensum, inseruimus.





μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοῦνομα τοῦ νομίσματος· 35 ἔστι δὲ Ἑλληνικόν, καὶ τῶν ἐν Ἰταλία καὶ 36 Σικελία 37 Δωριέων· ὁ Ἐπίχαρμος τε γὰρ ἐν ταῖς Χύτραις Φησί, 38 Ἄλλ' ὅμως καλαὶ καὶ 39 πῖοι ἄρνες, εὐρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους, πωλατιᾶς γὰρ 80 ἐντὶ τᾶς ματρός· καὶ πάλιν, 40 Κἄρῳξ ἰὼν εὐθύς πρῶ μοι δέκα νούμμων μόνον καλήν· 41 καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ Φησί, καλεῖσθαι νόμισμα παρ' αὐτοῖς 42 νούμμων, 43 ἐφ' οὗ

Romanum videtur numismatis nomen : est vero Græcum Dorientium, qui in Italia & Sicilia habitaverunt. Epicharmus quidem in ollis inquit : sed simul pulchræ & pingues oves mihi inveniunt numos. \* & rursum : Præco statim profectus eme mihi decem numis pulchrum vitulum. Et Aristoteles in Tarentinorum Republica tradit, numisma ab ipsis numum vocari : eique

35 ἔστι δὲ Ἑλλην. τῶν ἐν Ἰτ. &c. ] Καὶ τῶν ἐν Ἰταλία, id est, in ora illa Italia, quæ dicta est magna Græcia. KÜHN.

ἔστι δὲ Ἑλλην. τῶν ἐν Ἰτ. &c. ] MS. ἔστι δὲ Ἑλληνικόν, καὶ τῶν &c. plenius & rectius. JUNG.

36 Σικελία ] Varro de LL. lib. IV. in argento nummi : id a Siculis : νούμμος a Dorico νούμος, lex, ut νοῦσος pro νόσος, nam Græci Sicilienses & Italici Dorica dialecto utebantur, est enim νούμμος quasi lex quædam ad æqualitatem redigens pretium inter emptorem & venditorem, omnemque suam vim a lege habet. KÜHN.

37 Δωριέων ] Ita emendat *Matthæus Hoffus*, lib. I. pag. 68. priorum editiones, ἰριῶν. SEB

Δωριέων ] MS. Δωριέων quæ virorum doctissimorum emendationem confirmant, qui Δωριέων scripserunt, ut *Scaligeri* loco dicto ad Varronem ita hinc laudantis, ut *Henr. Stephani*, quodque bene reposuit noster *Seberus*. *Hoffus* eam etiam indicavit lib. I. Rei Numm. cap. 3. ubi de nummorum adpellatione a causa efficiente, in νούμμος. n. 2. vulgo enim pessime legebatur ὀρίων, quod & doctiss. *Ursinus* ad *Festum* loco dicto retinuit. *H. Stephani* vero manus in Codicis sui ora hæc est, ad illud ὀρίων. Δωριέων, ait, ut in κύβητον dicit, τῶν ἐν Σικελία Δωριέων (supra nummum II, 141) Hanc meam emendationem probavit etiam *Scaliger*, & ita emendavit in secunda editione suarum annotationum in Varronem. Cæterum quæ sequuntur apud *Pollucem*, ὁ Ἐπίχ. desunt in MS. nostro, usque ad ista καὶ Ἀριστ. JUNG.

38 Ἄλλ' ὅμως ] *Epicharmus* in *Chytris* :

Ἄλλ' ὅμως καλαὶ πῖοι ἄρνες  
εὐρήσουσι δὲ μοι καὶ νούμμους·  
πωλατιᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρός.

Bona tamen agna nitideque  
Inveniens etiam mihi nummos ;  
Venduntis enim eas in Matris,

fc. xde, in μητρώῳ, ubi prostrare videbantur agni sacris faciendis apti, ultima autem verba sunt alterius, qui respondit alteri subjicitque causam, cur agni facile sint inventuri emptorem. KÜHN.

Ἄλλ' ὅμως ] Versus hi *Epicharmi* primo quomodo disponendi sint, fortasse non laborem, nisi me vox νούμμων turbaret ; ita enim scriberem :

— ἄλλ' ὅμως  
Καλαὶ κ. πῖοι ἄρνες, εὐρήσουσι δὲ  
Μοι καὶ νούμμους ; πωλατιᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς  
Ματρός. —

In *Scaligeri* nostri Conjectaneis ita editi sunt :

Ἄλλ' ὅμως καλαὶ καὶ πῖοι ἄρνες, εὐρήσουσι δὲ  
Μοι καὶ νούμμους καὶ γὰρ ἐντὶ πωλατιᾶς τᾶς μα-  
τρός.

Cæterum πῖοι an forte Siculi ita, pro πῖοις, dixerint cogitandum est. De πωλατιᾶς taceo cum aliis. JUNG.

Ἄλλ' ὅμως καλαὶ &c. ] In versuum formam *Epicharmi* verba redegit apostolite *Jungermannus* noster : πῖοι ἄρνες, oves pinguisculæ . voce non tantum Siculis sed & ipsis Græcis apprius nota : in *Hesychio* πῖότατος

exponitur λιπαρώτατος· quod utique fuerit a πῖος vel πῖος. *Nicander* — ἔθα πῖοτέρη ὅτε βοτρὺν ἰσινάτο κῆρας ἀλώπηξ· ab eademque origine est in *Thiloxeni Glossis* : Πῖος, οβείσας : tum vero, εὐρήσουσι δὲ μοι καὶ νούμμους dictum eleganter : εὐρήσουσι εἰαυτῶ δοξῆν, apud *Thucydidem*, honorem sibi acquirere : similitque notione apud Romanos invenire, uti monet ad ista *Terentii* in *Eunuchio*, Utinam tam aliquid invenire possis *Phadria* Quam hoc peribis — *Donatus*, cui & hæc alia ex *Comici* *Heautontimorumenō* adfertur χροῖσι· ut serves, quod labore inveneris, ὅπερ ἂν πόνω εὐρήσῃ, παραveris. Illa jam sequuntur in *Epicharmi* versiculis, quæ vere sunt obscura atque difficilia, eo magis, quod Siculæ dialecti parum omnino nec nisi sterilia supersint vestigia : opem tamen, quam possumus, adferre tentabimus, nec infeliciter plane, uti spero : ἐντι pro sibi Dorice dictum, quis sit eruditorem, qui ignoret? non tamen id advertisse *Κύβητις* videtur : pro πωλατιᾶς minima mutatione refingo πωλατιᾶς πωλατιᾶς γὰρ ἐντὶ τᾶς ματρός, isto sensu : vendendas enim eas habet mater : nec loquendi formulam mirabere duriusculam atque difficilem primo adspectu, si Sicula memineris esse : quin vero nihil est in ea, quod cum analogia pugnet linguæ Græcæ, exhibetque potius elegantem dialecti Doricæ vel Siculæ characterem : arbitrium esto aliorum de hac qualicumque emendatione ; mihimet tamen ipsi favente Critica ista *Epicharmi* posteriora restituisse videor. In altera Siculi *Comici* χρῆσι κἄρῳξ emendandi pro Κἄρῳξ.

39 Πῖοι ] An πῖοις ; & quid mox πωλατιᾶς ; *Hoffus* tacite hunc locum transiit : & posteriorem istam clausulam interpretis quoque. SEB.

40 Κἄρῳξ ἰὼν &c. ] Versus ita formatim :

— Κἄρῳξ ἰὼν  
εὐθύς πρῶ μοι δέκα νούμμων μόνον καλήν.

— Γρασο ἀβίσο ἔ  
Statim eme mihi decem numis vitulum bonum.

KÜHN.

Κἄρῳξ ἰὼν &c. ] Hic scribe Dorice κἄρῳξ. Sic & *Scaliger* habet : κἄρῳξ εὐθύς ἰὼν πρῶ μοι &c. & πρῶ μοι restituit etiam *Henr. Stephani* in suo Codice : quum alias ederetur πρῶ μοι. Sic supra *Segm.* 78. πρῶ μοι τριῶν σιδηρίων. Sed ad MS. nostrum. JUNG.

41 Καὶ Ἀριστ. ἐν τῇ Ταρ. πολ. ] Ita MS. καὶ Ἀριστ. ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ, καλεῖσθαι, Φησί, νομ. &c. JUNG.

42 Νούμμων ] *Salm.* leg. νούμμος νόμισμα παρὰ Ταραντῖοις. KÜHN.

43 Ἐφ' οὗ ] MS. ἐφ' ὃ ἐντ. JUNG.  
Ἐφ' οὗ ἐντετυπῶσθαι &c. ] Quæ superius ex *Lippsio* in medium dedimus & hæc *Pollucis* nostri tangebant. Se quoque tales vidisse nummos refert *Illustris. Scaliger* pag. 3. de R. N. Sed *Tarentinis* νούμμος erat argenteus, ipsa viri verba pono, cui inscriptus erat *Taras Neptuni filius delphino insidens, cuiusmodi multos vidimus hodie drachma pondere, si bene memini.* Et *Snelli* quoque locum legendum dabimus, quem, ut *Pollucem* illustret, inquit scripsisse : *Aristoteles scriptum reliquit in Tarentinorum republica numisma quoddam νούμμος vocatῶ, in quo Tarenti (Tarantis) Neptu-*





insculptum esse Tarentum, Neptuni filium delphino vectum. Insuper in Agrigentinorum Republica inquit Aristoteles, aliquem mulctari triginta litris: litram vero constituere obolum Aeginæum. cæterum apud eundem in Himereorum Politia, etiam alia inveniet Siculorum nomina: utpote unciam, quæ valet areum unum. \* & sex talenta, quod est duo ærei. & tria talenta, quæ sunt tres. Et semilitrum, quod sex & litram facit, quam obo-

ἐντετυπῶσθαι τάραντα τὸν ἄρσι Ποσειδῶνες, ἄρσι δελφίνι ἐποχοῦμενον· καὶ μὴν ἐν ἄκραγαυτίνων πολιτείᾳ Φησὶν Ἀριστοτέλης, ζημιούσθαι ἄρσι τινὰ ἄρσι τριάκοντα λίτρας· δύνασθαι δὲ τὴν λίτραν ὀβολὸν Αἰγιναιῶν· ἀλλὰ μέντοι παρ' αὐτῶ ἄρσι τις ἀν ἐν τῇ Ἱμεραίων πολιτείᾳ καὶ ἄλλα ἄρσι εὐροὶ Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον ἄρσι οὐγκίαν, ὅπερ δύναται χαλκοῦν ἑναί· \* καὶ ἄρσι διξάντα, ὅπερ ἐστὶ δύο χαλκοῦ· καὶ τριξάντα, ὅπερ τρεῖς. ἄρσι καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἄρσι καὶ λίτραν, ἣν εἶναι ὀβο-

ni filii delphino in vesti effes imago expressa: hujusmodi nummum areum potidere granorum 124. habui, cui parte una impressa effigies viri nudi delphino insidentis; sub delphini corpore quasi spina aut spetula: in ora literis Græcis TAPANTIPOTIS fugacibus, sed tamen qui ab attento facie legerentur: parte altera itidem vir nudus sedens, manu, ut videbatur, super aram extensa, ita obscure ut reliqua conjectare non potuerim: cuius descriptionem hic propterea exhibui, ut Pollucis locus ille clarius intelligatur. Elegans autem nummi Tarentini pari figura, quam retulit Pollux, signati suppeditavit ætÿpum præstantissima cimelioteca Vindobona, quem itaque in tuam, benivole lector, gratiam apponendum curavimus: in hac parte Τάραντα ὀ Ποσειδῶνος δελφίνι ἐποχοῦμενος, quique hac arcum, altera teneat telum, adversa Καστοῦς equitantis effigies cum adjecta solito Dioscurorum insigni (stellula: Lacedæmonis nimirum oriundos se hoc signo testabantur, qua de re est in *Pausania Phocicis*). Sed hæc tibi eruditius antiquarii, ut dicimus, expedient.

- 44 Ποσειδῶνος ] MS. Ποσειδῶνος. JUNG.
- 45 Δελφίνι ] Talem nummum Tarentinum exhibitum Prospero Pariso, qui edidit *τὰ ἀριθμητὰ Μαγνα Græcia*, videre est *Tabul.* XII, 1. 9. KÜHN.
- 46 Ἀκραγαυτίνων ] MS. Ἀκραγαυτίνων. JUNG.
- 47 Τινὰ ] MS. ζ. τινὰς τρ. & supra sane est, quamvis alio numero, ex eadem Acragentiuorum republ. ὡς ἐζημιούοντο πενήκοντα λίτρας IV, 174. altercutio itaque loco vitium in numero λιτρῶν· nam eundem locum esse hunc & qui supra allatus est, patet vel ex eo quod supra quoque statim ἐπάγειν Ἀριστοτέλει hæc verba: ἢ δὲ λίτρα δύναται ὀβολὸν Αἰγιναιῶν. De λίτρα alias *Hofius* lib. III. *Rei Numm.* c. 8. tm. 17. JUNG.
- 48 Τριάκοντα λίτρ. ] *Salm.* alibi πενήκοντα λίτρας. KÜHN.
- 49 Τίς ἀν ἐν τῇ Ἱμερ. &c. ] MS. αὐτῶ τίς ἐν τῇ Ἱμεραίων. Antea male vulgabatur Ἱμερῶν· sed Ἱμεραίων etiam in suo Codice reposuit *Hens. Stephanus*, ut supra IV, 179. fuit: nec aliter viri docti agnoscunt. JUNG.
- 50 Εὐροὶ Σικελῶν ὀνόματα ] C. V. εὐροὶ Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον οὐγκίαν. KÜHN.
- Εὐροὶ Σικελῶν ὀνόματα ] MS. εὐροὶ Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, οἷον &c. testime ita vulgata, quæ mutila sunt & mendosa. JUNG.
- Εὐροὶ Σικελῶν ὀνόματα ] Supplevi ex MSS. Σικελικῶν νομισμάτων ὀνόματα, ita postulante sensu: sequebatur vulgo οὐγκίαν· sed melius in MSS. οὐγκίαν, quod, favente *Jungermanno*, reposuimus: nam quod οὐγκίαν apud recentiores legitur, id potius a Romanis est desumptum, quam a Siculis, qui οὐγκίαν ab ὄγκος dixere. Vide *Snellium* de R. N. pag. 19. ubi hunc de uncia *Pollucis* adfert locum.
- 51 Οὐγκίαν ] MS. οὐγκίαν· & sic repono, ut etiam fecerat in suo Codice *H. Stephanus*, & *Scaliger* habet Conjectan. ad lib. IV. *Varron. de ling. Latin.* ubi *Varronem* notat scribentem: *Uncia ab ὄγκος*. quum

Siculum sic vocabulum. JUNG.  
 52 Εξ τάλαντα, &c. ] *Salm.* pro ἑξ τάλαντα legit ἑξάντα & mox τετράντα vel τριάντα. KÜHN.  
 Εξ τάλαντα, &c. ] Εξ τάλαντα & mox χαλκοῦ· καὶ τρία τάλαντα etiam MS. nolter habet. Sed *H. Junius* pro illo, ἑξάντα· & pro altero, τριάντα, reponendum certo adfirmat, quemadmodum & supra IV, 179. *Gollux* eadem referens, tamen ἑξάλιτρα, & τριάκοντα habet: nempe ita Sicula lingua dicta, pro Sextante & Triente, ait *H. Junius*, *Nomenclat. in Sextans. Junii* lectionem, quasi certam, secutus est, textu *Pollucis* ita prolato, *Hofius* lib. III. *Rei Numm.* cap. 5. n. 5. & c. 8. tm. 18. n. 1. ubi tamen male τετράντα, pro *Juniano* τριάντα habet. Ego supra dixi, nihil temere mutandum in ista variantia contextus: & si idem jus mihi non emendandi, sed conjectandi tamen; dixi mihi longe *δυνατώτερον* videri, si conijciamus διξάντα & τριξάντα: cuius sententiæ me nondum pœnitet, quamvis nihil certi queam affirmare, idque mihi ita videatur, ut non certo tamen videri fatendum sit. Commendabimus hæc alios, quos scimus de re nummaria moliri rara & recondita, vel jam molitos tantum nondum publicasse. JUNG.  
 Εξ τάλαντα, &c. ] Devenimus ad locum corruptissimum, quique Criticorum exereuit plurimum ingenia: *Kühnius* in textum referebat ἑξάντα & mox τριάντα pro τρία τάλαντα, quorum neutrum probamus, utut textui restituta supra IV, 174. quin potius accessimus *Jungermann* nostri, cuius acumen ingenii cum pari iudicio felicissime conjunctum miramur quotidie, suspicimusque magis, indubitata conjecturæ, qua διξάντα & τριξάντα reponit: superius nimirum pro ἑξάλιτρα MSS. ad unum omnes διξάντα habebant: de *MS. Palatino*, quo & *Jungermannus* nolter est usus, moner quoque *Salmasius* de *Modo Usurarium* pag. 157. *Vetustissimum exemplar* *Pollucis*, quod in *Bibliotheca Palatina* pro thesuro servabatur, atque ostentabatur, & quæ olim usus est eruditissimus juvenis *Jungermannus*, qui innumeris mendis cum auctorem liberaverat, innotisque habuit pro ἑξάλιτρα vel ἑξ τάλαντα, διξάντα probatque mox istam scripturam tanquam verissimam jure merito: sed opinionis falsus est *Salmasius*, cum & hoc loco istum Codicem διξάντα habere scriberet. Illam itaque lectionem sequitur tanquam *Cynosuram* & hæc & cetera restituit nobis licuit: ἑξας alienum a loco & re, ut optime contra *Scaligerum* probavit *Salmasius*. *Sperlingius* expedisse se locum putabat, si ἐκτάλιτρα pro ἑξάλιτρα IV, 174. & ἑξ τάλαντα, atque pro τριάκοντα & τρία τάλαντα restitueret τριάγγια: illa quidem arguta, sed quæ tamen nobis sordent præ MSS. lectione: quid enim inventis frugibus βαλασηθαγῶμαν; in *Hesychio* Διξός, διττός: & idem monuisse, ni decipiat memoria, credo *Philoromum* & *Corinthum*. Ipsa de re plura per temporis angustias non licet.  
 53 Καὶ ἡμίλιτρον, &c. ] MS. καὶ ἡμίλιτρον, ἢ ὅπερ &c. Sed distinguendum certe est: καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἑξ· (scilicet χαλκοῦ supra IV, 179.) καὶ λίτραν &c. JUNG.



λόν· τὸ μέντοι δεκάλιτρον δύνασθαι μὲν δέκα ὀβολούς, εἶναι δὲ στατήρα κορίνθιον· ὅτι δὲ καὶ τῶν κωμαδῶν τινες τῆς λίτρας μνημονεύουσιν, ἐν ταῖς 54 περὶ στατικῆς προεῖρηται· οὐ γὰρ οἱ Δωριεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀττικῶν 55 τινες, ὡς Δίφιλος ἐν Σικελικῶ, 56 Οἷον ἀγοράζειν πάντα· μηδ' ἐν δ' ἔχειν εἰ μὴ 57 κικίνους, ἀξίους λίτραιν δυοῖν· 58 σὺν δὲ ταῖς λίτραις, καὶ ἄλλα ὠνόμασε νομισ-

lum esse autumant : decalitrum vero obolos facere decem, & staterem esse Corinthiacum. Quod autem & Comiorum nonnulli litrae mentionem faciant, Supra de Ponderibus dictum est : non enim Dores modo, sed etiam Atticorum quidam, ut Diphilus in Sicelico, Emere parastillos, nihil vero habere, nisi cicynos quosdam, valentes duas litras. Cum litris vero, etiam alia nominavit numi-

Καὶ ἡμίλιτρον, ὅπερ ἐξ καὶ λίτρας, &c.] Distinxi locum cum *θηρηγματο* : & probant, quæ superius IV, 174. τοῖς δὲ ἐξ (χαλκοῦς) ἡμίλιτρον. In *Herone Heliodoro* & *Cleopatra* MSS. reperio : ἡ λίτρα ποιεῖ οὐγγίαις β. ἡ δὲ οὐγγία δραχμῆς η' sed illud de pondere dictum in nummatis quoque se locum habet : sequitur in *Herone* : γίνεται οὖν τὸ τέλειτρον λίτρας ἔβ' S' ἐν νομισματι· τὸ δὲ ξυλικὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ τέλειτρον ἐστὶ λίτρῶν τοσ' dixerat superius : οἶδα δὲ τὸ ξυλικὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ τέλειτρον ἕτερον, ὃ μὴ μὲν ἰδίως ἔχει ἔξ' ἀπλάσιον δὲ σχεδὸν τῷ νομισματι ἀριθμῷ. Sed vide *Scaligerum* de R. N. pag. 44. ubi horum quædam reprehendit. At scrupuli quid in istis *Pollucis* : ἡμίλιτρον sex valet chalcos, cum dimidium sit litrae : & obolum valere litram dixit. *Æginæum* putat id est, decem chalcos, cujus dimidia pars quinque fuerint chalcæ : apud *Hieronem* litra uncias valet duodecim : unciam vero æqua valere χαλκῶ docuit *Pollux* ; ut statuentum sit potius litram, non obolum *Æginæum* seu decem chalcos, sed duodecim continuisse ; aut fuerit forsitan non æquale semper τῆς λίτρας pretium, quod & in aliis deprehendimus, & illustrabunt hæc quæ inferius ad *Ericharmi* versiculos dicemus. *Hesychii* de litra hæc verba habet : Λίτρα, ὀβολός, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελούς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν (ita recte conjectant pro σταθμῶν) οἱ δὲ Ρωμαῖοι διὰ τοῦ β' λίβρα. Inde & λιτροσκόποι dicti Siculis ἀργυρομοῖβοι, eodem teste. Post ἦν, quod *πιοχ* sequitur, ἐνα nescio qua de causa interferebat *Cyhiensis*.

54 Περὶ στατικῆς ] Supra IV, 171. priores editiones, περιστατικῆς. SEB.

Περὶ στατικῆς ] Optime ita *Seberus* noller : & *H. Stephanus* ita hic emendaverat, adducto loco supra IV, 171. JUNG.

55 Τινες ] MS. τινές. JUNG.

56 Οἷον ἀγοράζειν π. ] Leg. οἷος ἀγοράζειν· dein C. A. πάντα μηδ' ἐν, versus ita constituerem :

Οἷος ἀγοράζειν πάντα, μηδ' ἐν δ' ἔχειν

εἰ μὴ κικίνους ἀξίους λίτραιν δυοῖν.

Empturians omnia, & tamen nihil habens

Nisi cincinnos obolum duorum.

Perstringit aliquem *παχυλάζονα*, qui in foro omnia quæ prostant venalia licitatur quasi empturus, sed cum pecunia non suppetat, tandem cincinnos quosdam duobus obolis emit, uti *Mamurra* *Martialis*, qui pretiosas merces in septis Romæ expositas diu perlustraverat, pretiumque earum sibi indicari voluerat, tandem vero

Asse duos calices emis & ipse tulit.

lib. IX. Epigr. 60. de κικίνους agit *Auctor* supra II, 28. *μαλακικινῆς* *Hesych.* est mulierum ornamentum, γυναικείον κοσμητικόν· comas empias Læliæ perstringit iterum *Martialis* lib. XII. Epigr. 23. ΚΥΗΝ.

Οἷον ἀγοράζειν π. ] MS. οἷον ἀγορ. πάντα μηδ' ἐν δ' ἔχειν εἰ μὴ κικίνους. ἀξ. & pro vulgato, κικίνους reposuerat etiam *H. Stephanus* hic, ut malim, licet MS. hic uno v. habet : supra II, 28. etiam duobus habebat, alias lectio MS. reliqua certe præstabiliior quam vulgata : certe alter versiculus ut concipiendus, mihi in promptu puto :

εἰ μὴ κικίνους ἀξίους λίτραιν δυοῖν.

De priori ἐπέχω, an οἷον *Pollucis* sit χρῆσιν hanc ex

*Diphilo* subjicientis, an ad *Diphili* versum pertineat,


Οἷον ἀγοράζειν πάντα μηδ' ἐν δ' ἔχειν.

Et sic prior versus quoque constat : nondum tamen in ejus extremo mihi sat sensus. JUNG.

Οἷον ἀγοράζειν πάντα. &c.] Sanant hunc locum MSS. quorum lectionem in textum dedimus : pro μηδ' ἐν fuit μηδ'· ubi mihi observa, quæ superius de solita vetustiorum MSS. scripture, cum elidendas literas ponunt, dixi : habebamus & hoc capite *τριμυιαβολία* ἐστὶ, recte ; pro quo manu exarati Codices *τριμυιαβολία* ἐστὶ κικίνους reddidimus textui nativam vocem, cujus vice \* κικίνους extitit. De loci sensu mihi cum *Cyhiensis* non convenit : proverbii speciem habuisse puto ista, μηδ' ἐν ἔχω, εἰ μὴ κικίνους ἀξίους λίτραιν δυοῖν, de homine pauperculo, cuique divitiarum esset nihil. *Delicatos* fuisse *Siculos* atque *luxuriam* deditos res est manifesta, adeo ut *paræmix* *Σικελικαὶ πολυτέλειαι*, quæ apud *Lysidem* est *Epist.* ad *Hirponem*, originem dederint : nitidos itaque cum cura capillos aluisse par est, ut credamus : naturam ars adjunxit : si qui capillos haberent deformes, emptis aliis atque *προσθεῖται* sese ornabant, qui κικίνοι dicti : *cincinnos* a voce Græca vocare Romani, iique tam quos in *unx* racemique modum pendulos concinne fixerat natura, quam ars composuerat : *μυροβρεχῆς* *Maccenatis* cincinnos usquequaque persequutum fuisse *Augustum Suetonius* refert : meminitque de *Cultu Mulierum* *Tertullianus* : in *Glossis Cincinni*, *βότρυχοι*, *cynri* : *cincinnulos* dixit *Varro* : hinc & quivis *molliculi cincinnati* : nullus ei juvenis, nullus *cincinnatus* *avideat*, *Hieronymus* inquit in *epitola* ad *Latam* : ab eademque voce Romæ *Cincinnatorum* familia, cujus insigne *cincinnus* : neque *Deam Romanorum Cincinniam* ignoraveris : Græcam vocem habet *Aristophanes* in *Vespis* — ἐγὼ τοῦτων νομίζω γίρας εἶναι κρένται, ἢ πολ — Λῶν κικίνους κικίνων· ad quæ *Commentator antiquus* κικίνους exponit τὰς περιστρεφόμενας καὶ ἐστρεμμένους τρίχας· adducit istum *Comici* locum *Suidæ* in voce, ubi & ex alio quodam, quem *Alcum* putabam aliquando hanc ita emendam adfert *χοῦσιν· καὶ μὴ τὸν εὐρωτα Τιμοῦς Φιλιππῶς κικίνων·* per amicarum capillos atque comas jurasse juvenes amatores, ex veterum lectione didicimus. Huc pertinet quod apud *Hesychium* lego : *Κικίνα*, *τριχόπλαστος*· conjectabam aliquando : *κικινάτος*, quod de deliberent eruditi : est & in *Synefis*, si bene memini, de *Calysstis encomia*. Fuere itaque *cincinnati* tortuosis turbinatisque flexibus dependuli in humeros capilli, quos summo habuisse pretio *Siculos* exitimo ; & qui talem comam a natura non haberet, nummis comparasse : dictum igitur in hominem egenum : *nil habet, nisi vilissimi pretii cincinnos* : jamque, puto, patebit distichi sensus : *tantum quis omnia vellet emere, neque aliud haberet quicquam quam binis aestimandos litris cincinnos* : quæ mihi eo magis apparent veriora, quod *Diphilus Sicelico* sua fabula perstringisse censam *Siculorum* etiam pauperum mores superbe luxuriantes. Sed tandem me longius, quam par erat, in *cincinnati* *Siculisque* deliciis hæsisse sentio : in viam igitur.

57 Κικίνους ] Syll. leg. κικίνους. SEB.

58 Σὺν δὲ ταῖς λίτραις ] MS. σὺν δὲ τῇ λίτρᾳ, καὶ



82 smatum nomina Epicharmus in Harpagis, utpote cum dixit. \* Vates sane, quæque mulieres fatuas defraudant argento. alia quidem, litram: alix vero, semilitram recipientes, & omnia ratione cognoscunt. & rursum, Ego vero marsupium, litrodecalitrum,

μάτων ὀνόματα Ἐπίχαρμος ἐν Ἀρπαγαῖς, 59 --- ὡς περ αἱ πονηραὶ μάντιες, αἰθ' ὑπονό- 82 μονται, 60 γυναῖκας μωρὰς ἀμπετώγιον ἄργυρίου, ἀλλὰ δὲ λίτραν, αἱ δ' ἂν ἡμίλιτρον δεχόμεναι, καὶ πάντα γινώσκοντι. 61 καὶ πάλιν, 62 Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλάντιον λίτρα καὶ δεκάλιτρος

ἀλ. & ita emenda: λίτραν enim, non λίτρον nominat in sequentibus Epicharmus: error in vulgatis credo inde, quod hæc in MS. etiam nostro ita sunt scripta, τῆς λίτραι, adposito τῶ μὴ ἐκφωνομένην jota, non subscripto. Jung.

59 ὡς περ εἶπον. Ἡρ' αἱ μ. &c.] C. V. ὡς περ αἱ πονηραὶ μάντιες αἰθ' &c. ac tum μωρὰς ἀμπετάκιον ἄργυρου. quid si hos versus ita scripserimus?

ὡς περ αἱ πονηραὶ μάντιες αἰθ' ὑπονοῦνται  
Γυναῖκας μωρὰς· αἱ μὲν ἀμπετάκιον ἄργυρου,  
ἀλλὰ δὲ (ita C. V.) δὲ λίτραν αἱ δ' ἂν ἡμίλιτρον δε-  
χόμεναι  
Πάντα γινώσκοντι τότε λόγῳ. —

Uti deprecantur hæc mala divinatricula  
Mulieres stultas, hæc quidem argenti ampetacium,  
Illa vero accipiunt litram, Juno ἔ qua ἡμίλιτρον  
Et tum cunctis scire se ajunt. —

Ἀμπετάκιον ἄργυρου quid sit perinde scio, ac antem-  
pessium: minuti valoris nummulum fuisse τὸ ὑποκί-  
μιον arguit; nam secundum juvenalem Satyr. VI.

Implet ἔ illa (vaticinatio) manuum, sed patiens are  
tipitio.

Salm. pro ἀντιμπούκιον leg. πιμπούκιον, uti mox  
ἐξάγιον τι καὶ πιμπούκιον. Valerius Epicharmi versus  
ita scribit:

Ἡρ' αἱ μαντίαι αἰθ' ὑπονοῦνται γυναῖκας,  
Μωρὸς ἂν πιπούγγιον ἄργυριον ἀλλή δὲ λίτραν &c.  
Κῆνν.

ὡς περ εἶπον. Ἡρ' αἱ μ. &c.] Jam mira nomisma-  
tum voces, unde quis se expediat? nec dubito tamen  
multo (aniora in MS. nostro servata, qui ita ait:  
ὡς περ αἱ πονηραὶ μάντιες, αἱ θυπονοῦνται γυναῖκας μω-  
ρὰς, ἀμπετάκιον ἄργυριον, ἀλλὰ δὲ λ. α. δ' ἂν ἡμί-  
λιτρον &c. postremum ita vulgavit & Severus noster:  
ante editi ἀντιμύλιτρον una voce: quod & H. Stepha-  
nus emendaverat, adposito ad oram αὐτῶν ἡμίλιτρον. Cæ-  
tera ut dixi ita in MS. sunt, quæ porro reconcinnet  
ingeniosior. Interim MS. lectio pro vulgata reponatur  
potius; & puto legendum αἰθ' ὑπονοῦνται γυναῖκας μω-  
ρὰς &c. Videtur sane sensus tum nonnullus: scilicet  
quemadmodum malæ sagæ, quæ deprædata: fuerint  
stultæ nescio cujus scemina ἀμπετάκιον ἄργυριον· alix  
vero λίτραν· alix ἡμίλιτρον accipientes: quæque omnia  
cognoscant. Jung.

ὡς περ εἶπον. Ἡρ' αἱ μ. &c.] Ἡρακλῆς ἀλεξίκακι,  
cum quibus hic monstris nobis est decertandum? su-  
perabimus tamen, spero, bonamque mendorum co-  
piam profigabimus: quid inquam profigabimus, cum  
id egregie præstiterit Illustr. Salmassius de Modo Usur.  
pag. 261. a quo non nisi in paucis, quæ indicare a-  
nimus est, dissentimus: pro isto corruptissimo voca-  
bulo ἀντιμπούκιον MSS. habent ἀμπετάκιον vel ἀμπε-  
τάκιον unde nobis effingit Salmassius: αἱ πιπούγγιον·  
sed felicitus quam proxime ad Palasini Codicis lectu-  
ram restituo, ἀμπετώγιον, quod tibi omne cum Do-  
risimo ad amissum congruum monstrabo: ἀμπετώγιον  
itaque tantundem est ac ἡμιπετώγιον, quippeque ἡμεί-  
ωντι dimidia pars: Dores pro ἡμείς, ἄμερες, ἡμέρα,  
ἀμείρα, ἡμίσους, ἀμισύς, ἡμῖ, ἀμῖ, quod ultimum i per  
apocopen in compositione est abjectum, ut sæpissime fieti  
amat: tum πτώγιον pro πτώγιον, quod & Ἔο-  
lica facit dialectus, in qua πτόρις pro πύτορις ex  
τίττις, unde & reiorίς, qua de re consule Festum:

ou denique Dores mutasse in ω res est patula, μῶσαι  
μοῦσαι, unde πτώγιον, pro quo & πτώγιον ex C.  
V. vel πτώγγιον haud male scribas, uti mox πιπούγ-  
γιον (πιτώγγιον ad Dorisini normam malim) in al-  
tera scribitur Epicharmi χροῖσι, ubi tamen MS. πιν-  
τόγιον, quod nullo negotio in πτώγιον mutaveris:  
sed & manu exaratorum Codicum lectiorem tole-  
remus quoque. Jam nunc porro videamus, quam id cum  
ipsa re conveniat egregie: litra decem continebat chal-  
cos seu uncias, cujus dimidia pars ἡμίλιτρον, quin-  
que uncia seu chalcī: eadem & πτώγιον· bini ve-  
ro chalcī & semis ἀμπετώγιον, ita ut Epicharmum  
admissa hac emendatione nostra duplicato gradatim  
pretio adscendere videamus: taceo, quod absurdi quid-  
dam otiosaque ac inepta repetitionis in Salmassi lectio-  
ne deprehendam, siquidem ἡμίλιτρον & πτώγιον non  
differant quicquam: muniam ergo ab omni parte le-  
ctionem meam fecisse opinor; in textum itaque ad-  
fici haud gravatim. De ceteris nunc est monendum:  
istorum loco ὡς περ εἶπον. Ἡρ' αἱ μαντίαι MSS. Scri-  
pturam cum Salmasso textui reddidimus: tum erat in  
vulgatis, ὑπονοῦνται, γυναῖκας μωρὰς, & ἄργυριον·  
ἀλλὰ pro ἀλλή & ad sui Codicis marginem Κηθῆνις  
emendat: αἱ δ' ἂν ἡμίλιτρον· omnino ita scribendum  
cum MSS. non sine αὐτῶν, quod hic eleganter additum:  
tandem τῶ τι λόγῳ, quod post γινώσκοντι sequeba-  
tur ineptissime, delevimus. Sensus erit, nisi me fal-  
lam, cuique facillimus. Epicharmi Ἀρπαγαῖς superius  
hoc libro Segm. 26. nominat Pollux, ibique ὑπόθεσιν  
fabulæ digito demonstrare volui: necdum sententiæ  
pœnitet, quam etiam hic planioribus exponam ver-  
bis: videri nimirum Epicharmum ista fabula de rebus  
quibusdam egisse, quæ Siculam republicam pessum  
dabant atque diripiebant: inter illos, credo, enume-  
rat τὰς πονηρὰς μάντιες, quæ aniculas stultiores emun-  
gebant pecunia; & plures inter antiquos fuerit eruditū  
viri quibus id circulatorum genus summo opere displic-  
uit: Ennium vide in fine secundi de Divinatione &  
apud Eusebium Præpar. Euang. varios.

60 Γυναῖκας μωρὰς ἀντιμπούκιον] Quærendum ulte-  
rius de hoc loco, & seq. interprete dicente nescio  
quid: MS. vero proflus tacentes. Sen.

61 Τῶ τι λόγῳ.] C. V. non habet τῶ τι λόγῳ.  
Κῆνν.

Τῶ τι λόγῳ.] Illa τῶ τι λόγῳ desunt in MS. Jung.  
62 Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ.] C. V. τόγῳ β. λιτροδεκάλιτρος  
στατήρ ἐξάντων τι πιπούγγιον· ubi legerim:

Ἐχω γὰρ τόγῳ βαλάντιον, λίτραν, καὶ δεκάλιτρον,  
Ἐξάντων τι καὶ πιπούγγιον. —

Habeo enim marsupium litram ἔ decalitrum  
Hexapentagmῳ ἔ pentupessium. —

Στατήρ puto glossema esse ex superioribus ubi δεκάλι-  
τρον στάτηρ Corinthiis dicitur: ἐξάντα quid fuerit  
dicentis patet ex libr. IV. cap. 24. Sect. 2. v. 4.  
Κῆνν.

Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ.] Alius Epicharmi locus, qui ita  
in MS. ἐγὼ γὰρ τόγῳ βαλάντιον λιτροδεκάλιτρος στα-  
τήρ ἐξάντιόν τι πτώγιον. Sed lobet aufugere hinc,  
quam saltem verba serere rebus inania: accedant ii,  
qui reapse prodesse hisce locis possunt. Illud ἐξάντιον  
vero pro γυνῆν conjectura supra allata fuerit, si id  
probum. Ne tamen omittam, quid alii ad hunc lo-  
cum, Avum meum in lib. de Numism. patet legisse



στατήρ, ἐξάντιόν τε καὶ πεντόγγιον· ἔχει μὲν δὴ  
τι καὶ Φιλόκαλον ἢ τούτων γνῶσις· ἴσως δὲ οὐδὲ  
ἢ χρῆσις ἄτοπος· <sup>63</sup> εἰ μὴδὲ τοὺς σίγλους ὁ Ξενο-  
Φῶν ὄνομα Βαρβαρικοῦ νομίσματος εἰπεῖν ἐΦυλά-  
ξαστο· <sup>64</sup> καὶ μὴν καὶ τὸν δανικὴν εἶναι τινὲς Φασί

exangium, & pentangium. Habet enim  
jucundum quiddam horum cognitio, for-  
tassisque nec usus absurdus est. Puto e-  
nim & Hyllos, quo nomine Xenophon  
uti consuevit, monetæ Barbaricæ no-  
men esse. Tum & Danicam, nonnulli

ἐξούγγιον & πεντούγγιον· unde credo arripuit & Ho-  
stus libr. III. Rei Numm. cap. 8. tmem. 18. n. 5.  
Sed pergo. JUNG.

Ἐγὼ γὰρ τὸ βαλ. &c.] Locus corruptissimus, cui-  
que nos sanando expediendoque non esse fatemur :  
periculum fecit *Salmasius* de *M. U.* p. 260. ubi par-  
tium conjectura, *Palatino* partim Codice fretus hanc  
nobis concinnat lectionem :

— ἐφ' ᾧ γὰρ καὶ τὸ βαλάντιον, λίτρα,  
Δεκάλιτρος στατήρ, ἐξάντιόν τε, καὶ πεντούγγιον.

Ponam, quod olim, calidius quanquam sit atque au-  
daculum, conjecturæ mihi venit in mentem : καὶ πάλ-  
ιν λέγει γὰρ ἐν Ἀταλάντῃ vel Ἀταλάνταις, pro istis,  
ἐγὼ γὰρ τὸ βαλάντιον. *Erichartm* Ἀταλάντας laudat  
*Athenæus* : at hanc ego conjecturam hoc minus au-  
deam commendare, quod MSS. non adjuvent, sed  
editam lectionem in his prioribus defendant unanimi  
consensu. Hoc constituo tamen pro *λιτραδεδεκάλιτρος*  
*στατήρ* legendum *λίτρα καὶ δεκάλιτρος στατήρ*, itaque  
in vulgari suppleendum : tum quoque cum MSS. pro  
*ἐξούγγιον* & *πεντάγγιον* integriorem certe lectionem re-  
ponamus potius *ἐξάντιον* & *πεντόγγιον*. *Kühnius* MSS.  
non consultis restituerat in sui Codicis margine *λίτραν*,  
*δεκάλιτρον, ἐξάντιον τε καὶ πεντούγγιον* quæ itaque se-  
qui fas non fuit : sensum si quis extriceret, libenter au-  
diemus, quamvis hæc etiam dimidiata, tantum ut num-  
morum haberemus nomina, posuisse *Pollucem* credi  
possit.

63 Οἶμαι δὲ τοὺς \* ἄλλους ] Vitium est in voce ἄ-  
λλους· nam nusquam *Xenophon* utitur eo vocabulo bar-  
barici nominis. Atque pro eo legendum τοὺς σί-  
γλους, qua voce utitur in primo de ascensu *Cyri* : (fol.  
256.) καπίθη αἰετῶν ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων· ὁ  
δὲ σίγλος δύναται ἐπτά ὀβολοὺς καὶ ἡμισόβλιον Ἀττικῶν·  
id est, *Capitum farina quatuor siglis. Siglus autem*  
*valet septem obolos & dimidium Atticos.* *Leopard.* E-  
mend. libro decimo, capite decimoquinto. *Σίγλος* et-  
iam *Hesych.* qui nonnihil ab adducto loco discrepat.  
Alias *σίκλος* scribunt & maxime quidem *Lxx. Interpr.*  
Hebr. est *הרש* ut recte *Pollux* *Βαρβαρικὸν* dicat. *Hes-*  
*ych.* autem *νόμισμα* *Περσικόν*, si primam originem  
spectes, minus proprie. vid. *Matth. Hostum* libro quar-  
to, capite primo. SEB.

Οἶμαι δὲ τοὺς \* ἄλλους ] C. V. melius εἰ μὴ δὲ (con-  
jungendum *μηδὲ*) τοὺς σίγλους &c. probat non tantum  
elegantia studiosis hæc nummorum Sicularum nomi-  
na insuper habenda esse, verum etiam usum suum ha-  
bere, siquidem nec *siglus* *Xenophon* saltidivit, quam-  
vis esset nomen barbaricum : ab *Hebræo* *הרש* *felus*.  
KÜHN.

Οἶμαι δὲ τοὺς \* ἄλλους ] MS. ἄτοπος, εἰ μὴδὲ τοὺς  
*σίγλους* ὁ Ξενοφ. egregie. Sic omnia coherent, & re-  
stituas ita : Ἐ ingenio homine digna harum rerum co-  
gnitio, ait *Noster*, Ἐ uti is forte non absurdum fue-  
rit, si neque *Xenophon* resurget *σίγλους* numis barba-  
rici nomen. *σίγλους* vero legendum, pro vulgato ἄ-  
λλους, viderunt jamdudum viri docti : in quibus & A-  
llous *noster* lib. de Numism. scribens : *Apud Xenophonem*  
*cautius positum videtur τοῦ σίγλου nomen, qua*  
*esse moneta Asiatica, & valeret obolis septem Atticis*  
*& semiobolo.* Ait *cautius positum* ob mendosum tex-  
tum vulgatum *Pollucis* qui hoc dicere videtur : quum  
MS. nobis veram lectionem reddiderit. Locum *Xeno-*  
*phonis*, quem *Leopardus* indicaverat, ut & *σίγλους* hic  
legendum, habes in *Notis Seberis* nostri ex primo ἀνα-

bas. Κύρου. At bonus *Hostus* lib. III. Rei Numm. c.  
11. peculiare hinc tmem. ultimum adornat, inscri-  
ptum ἄλλος, hoc mendum non videns : quum tamen  
antea tm. 6. de *σίγλω* locum *Xenophonis* nobis nar-  
rasset, & alia ex *Hesychio* prænarrasset, quæ eum  
de emendatione hujus loci commonefacere potuisset.  
JUNG.


Οἶμαι δὲ τοὺς \* ἄλλους ] In textu nos εἰ μὴδὲ pro οἶ-  
μαι δὲ, & tum *σίγλους* dedimus, quod & *Canterus*  
ad sui Codicis oram : *Kühnius* recte minus *σίκλος*,  
quamvis hoc origini suæ proximius esse non diffiteat :  
sequenda tamen MSS. ipsiusque *Xenophonis* ita scri-  
bentis vestigia.

64 Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν ] *Suid.* *δανικόν* vide *Ho-*  
*stum* pag. 523. SEB.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν ] C. V. *δανικὴν*. *Hesych.* *δα-*  
*νικὴν*, rectius *δανικὴν*, ut legerunt docti in h. v. *הרש*  
obolus Talmudicis ab Arabica radice, quæ vocat *ob-*  
*olatum numeravit.* confer *Etymolog.* de voce *δανικὴν*.  
KÜHN.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν ] MS. καὶ μὴν καὶ τὸν δα-  
*νικὴν* εἶναι τινὰς φασὶ νόμισματι π. & placet hæc le-  
ctio. Scribamus itaque : καὶ τὸν δανικὴν εἶναι τινὰς φασὶ  
νόμισματι π. quamvis & *δανικὴν* legatur apud *Sui-*  
*dam*, & ita apud *Hesychium* pro *δανικὴν* ita legendum  
purem cum *Hosto* libr. III. Rei Numm. cap. 11. tm.  
9. licet is de *δανικῇ* peculiare ibi tmem. 7. instruat.  
Sed id vitiosum est : *δανικὴν*, ut *παρασώγγης*, *ἀχά-*  
*νης*, *καπίθης*, alia ejusmodi *Perfarum* nomina, quæ  
plerumque in *Doricum* *σάν*, vel *Ionicum* *σίγμα* *τελευ-*  
*τῶσι*, ut & omnia *Perfarum* nomina propria, quem-  
admodum ex *Herodoto* nostro *Clione* c. 139. discimus.  
Illa rerum nomina vero non omnia, & ea etiam quæ  
desinebant, Græci usurpantes, suo sibi modo reforma-  
runt : inde & *δανικὴν*, & *δανικὴν*. De his numis *Per-*  
*ficis* potest & *προσθήκη* fieri ad *Brissoni* libr. II. de  
Regn. *Perf.* ubi saltem *Daricos*, & *Stateras* enumerat.  
JUNG.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δανικὴν ] Τὸν δανικὴν præeunte  
*Kühnio* textus habet. Illam vocem esse *Perficam* bene est  
quod opinetur *Pollux* : & ita se res habet omnino :  
*הרש* sextam drachmæ partem dici in *Lexico* quodam  
*Perfico* mihi observavi, monuitque summus li-  
terarum Orientalium instituator *Jac. Golius* de eadem  
apud *Arabas* usitata voce ex *Camusi* auctore, quem  
ipsum super hac re & nosmet consultum ivimus :  
*הרש* *Syra* civitate donatam vocem altera, quam  
dixi, Arabica exponit *Isa Bar Ali* in *Lexico* : memi-  
nit quoque *Nunesius*, qui pandectas eruditionis con-  
didit Arabicæ, ubi de moneta; ibidemque ex Græcis  
quis cudendi nummos artem primus invenit, refert,  
*Hebræi doctores*, quibus & ea vox in usu, τοῦ *הרש*  
*denarii* sextam statuunt partem : vide auctorem *Aruch* ;  
sed temporis nos urget articulus, non licet itaque plu-  
ra. Hunc danacem mortuorum ori fuisse impositum  
veterum testimonio novimus : elegantes ea de re sed  
corruptissimi sunt apud *Etymologum Callimachi* verli-  
culi, quibus tamen plurima ex parte suppetias ivit  
*Bentleyus* : nos alibi, spero : extat & eadem vox  
corrupta in *Hesychio* & *Suida*, quos utroque em-  
acularunt jam eruditi viri : & *Etymologus* quidem ha-  
bet de *danace* ex *Heraclide* secundo rerum *Perfi-*  
*carum*, unde, puto, patet & illum scriptorem in-  
ter *Perfica* nomismata recensuisse aut nominasse *da-*  
*nacem*, ejusque tanquam *Perficæ* monetae mentionem  
fecisse.



83; numisma putant Persicum. \* Numismatis quoque nomen, Crapattallus, sive joco, sive serio dixit Pherocrates in cognomine Fabula. Dicit vero Crapattallum esse Enadri drachmam: continet vero euthias octo. Euthiam autem esse triobolum, & va-

νόμισμα Περσικόν. \* ἔνομα δὲ τι νομίσματος 83  
καὶ κραπατάλλους, εἴτε παίζων, εἴτε σπου-  
δάζων, Φερεκράτης ὠνόμασεν ἐν τῷ ὀμωνύμῳ δρά-  
ματι. 67 λέγει δὲ τὸν μὲν κραπατάλλον εἶναι  
68 ἐν αἴδου δραχμῆν. 69 ἔχει δ' αὐτὸς ὀκτὼ ψω-  
θίας. τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι τριώβολον, καὶ δύ-

65 Ὅνομα δὲ τι νομ. ] MS. ἔνομα δὲ νομ. sine τι, quod sane hinc commode facebat. JUNG.

66 Καὶ κραπατάλλους ] *Seg.* κραπατάλλους. & μοχ κραπατάλλου nec aliter *M. Hoff.* pag. 489. vid. & supra VII, 152. SEB.

Καὶ κραπατάλλους ] C. V. κραπατάλλοι. *Helych.* Κραπατάλλοι, ἰχθύεις τινές. Κραπατάλλος, παρὰ πολλοῖς ὁ μῦθος, ἢ νόμισμα. Ambigit *Aulor.* utrum *Pherocrates* luserit hac fabula inscriptione nec ne: mihi equidem videtur lusisse, ut & alii fecerunt: argumentum est quod dicit crapatallum valere apud inferos drachmam; nam pro ἐνάδρου δ. recte legit *Casaub.* ἐν αἴδου, quam emendationem firmat C. V. legendo ἐν αἴδου, ex quo facile fit αἴδου vel αἴδου. *Scaliger* ἐνάδρου δ. legit. *Salm.* απ, εἶναι ἐν αἴδου δ.; απ, εἶναι τετράδραχμον. nam crapatallus quatuor drachmas valebat, ex hac denominatione: απ εἶναι τετραχμοί; hæc ille. KÜHN.

Καὶ κραπατάλλους ] MS. κραπατάλλοι, εἴτε & c. & sic scribamus. Sic alias & *Helychius*, κραπατάλλος, & recte *Hofius* lib. III. c. 8. n. 9. JUNG.

Κραπατάλλους, & c.] Κραπατάλλοι Κιβητῖος: nos potius κραπατάλλους, ut & *Severus*: fabulae titulum superius quoque emendasse in memoriam revoco. Sed mox *Pollux* ἐμωνύμῳ δράματι, quæ tibi ad *Hyprocratationem* illustrabit *Maubius* pag. 29. ubi istis *Hyprocratationis* dicentis in Ἀλόπη, καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ ὀμωνύμῳ, scilicet δράματι inscripto Ἀλόπη, quo de agebat, ex hoc *Pollux* nostri loco lucem adfundit.

67 Λίγυι δὲ τὸ μὲν κραπάττ. & c. ] MS. mendo-se partim, λ. δ. τὸν μὲν κρατάλλον. Emenda: τὸν μὲν κραπατάλλον, ut etiam *Casaubonus* noster habet III. *Athen.* 3. ubi vide de hac fabula, cujus nomen plerumque corruptius habent Codices vulgati. JUNG.

68 Ἐνάδρου δρ. ] Quid ἐνάδρου lit, incertum est: nisi fortassis pro ἐνάδρου δραχμῶν legendum τετράδραχμον: quod octo Euthias, octo τριώβολα, & octo ἡμιδραχμα, & quatuor drachmas faciant. Valeret ergo hac ratione Crapatallus grossum argenteum semiuiciale, seu duodenos grossos misficos. Ita *Matth. Hoff.* pag. 490. *Casaub.* lege, inquit, ἐν αἴδου, in *Athen.* lib. III. cap. 3. SEB.

Ἐνάδρου δρ. ] In his vero sequentibusque locos multos mendosus MS. restituit, & mutilos etiam aliquot non parva lacuna supplet: bene se statim habent principia. MS. εἶναι ἐν αἴδου δραχμῆν. Scilicet legendum ἐν αἴδου δραχμῆν: imo potius ut eximus *Casaubonus* III. *Athen.* 3. ἐν αἴδου δρ. *Hofius* computabundus *Rei Numm.* c. 8. tm. 9. n. 2. hæc minime expuravit, male τετράδραχμοι corrigendum suspicatus. JUNG.

Ἐνάδρου δραχμῶν ] Verissime MSS. ἐν αἴδου, & sic cum *Kibhio* in textum dedimus: opinionis itaque sunt falsi, qui aliter restituebant, eruditissimi viri. Argumentum veto *Pherocrateæ* fabulae tanquam per nebulam assequi me conjectura puto: scilicet, cum Athenis esset in pretio pretium, maximeque haberentur divitiæ, & habendi dira libido; quæ omnia injuriarum flammis, lites & funestissimas accendebant atque concitabant turbas, vitam hac fabula inferorum animarumque feliciam quierissimam descripsit, ubi cuncta pacate agebantur: nummum itaque qui plurimum apud eos valebat, κραπατάλλον finxit; absit enim vere talem extitisse, coque dictum nomine nummum censamus; & si forte *Grammatici* νόμισμα exponant, id ex *Pherocrateis* tractum *Crapattallis*: sed tamen vilissimum quodque cum κραπατάλλον designasse ducam, moneanti-

bus *Grammaticis*, & minimi pretii vilissimumque notare potuit nummum, qua ratione γὰρ exponitur εἶδος τῆ μικροῦ νομίσματος ab antiquis ad *Aristophanem Comicis*, eodemque modo στήλη: sic itaque ψωθίας quoque & κικαβους, prout utrobique legendum MSS. docent, ficta facere nummorum nomina exitumo: & de ψωθία bene est, quod remittant nos *Commentatores* nostri ad VII, 24. ad quæ *Pollux* vide de ψωθίαι aliisque similibus dicta. Et hac quidem elegantissime ratione *Pherocrates* perstrinxisse potuit perditissimos Athenicis populi ditionum præcipue mores, qui omnia pessumdabant atque corrumpebant, quæ utique materia in nullis non agebatur fabulis *Comicis*: & cum hæc talia Athenis in hisce terris patrantur, apud inferos post exantlatos hujus vitæ labores redditumque naturæ debitum placida erant atque tranquilla omnia, tantique non opes astimantæ, ut crapatallus etiam vilissimæ rei nomen summat, quæ valebat in iis, monetæ effecerit pretium: & talibus ergo pluribus hominum ridenda sugillavit desideria, adjectis forsitan, quæ impios manebant post vitam, pœnis: neque video certe, quod aliud rebus hisce commodum comminisci possis argumentum: & hæc tibi, spero, certiora faciam atque clariora, hac altera in medium prolata conjectura mea, cujus mihi aliquando titulos quarundam fabularum investiganti atque agitanti in mentem venit: *Callimachum* hausisse nimirum præcipuam ex hac *Pherocrateis* fabula *Choliamborum* suorum hypothesein, in quibus Poëta tradiderat de statu atque inferorum felicitate: & opportunum superius hoc capite *Noster* adduxit *Ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολύβου πιπρίσκουσι*, sicut emendavimus. *Grammatici* porro observant, quod sibi famam *Pherocrates* comparaverit non paucis rebus novis repertis & in scenam prolatis γινόμενος εὐρητικὸς μύθων: eos vide *περὶ κωμῶδίας*: & id quidem huc, ut puto, facit haud parum, siquidem ejus toti Κραπατάλλοι fuerint μύθος, hæc itaque ad verum fabula. Ex *Pherocrateis* autem *Crapattallis* varia in *Grammaticis* extant fragmina: apud *Aristophanis Commentatorem* antiquum ad *Vespas*: Ὁ δισποτ' Ἀγνιῦ, ταῦτα σὺ μύμνητο μοῦ' apud *Athenæum* quoque diversis in locis, præcipue lib. III. pag. 75.

69 Ἐχει δ' αὐτ. δ. εὐθίας. & c. ] C. V. ψωθίας, τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι ψωθία sunt panis frusta & c. vel crustarum retimenta, quæ subter panem sunt rejicula & fordida: ista apud inferos tres valere obolos iterum finxit lusitque *Comicis*. KÜHN.

Ἐχει δ' αὐτ. δ. εὐθίας. & c. ] Pergit noster MS. eadem oratione: ἔχει δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψωθίας τὴν δὲ ψωθίαν εἶναι. & c. longe alio modo, ac vulgo: & certe ita, quamvis ad oram ab eadem, ut videtur, manu εὐθίας, quasi illud pro ψωθίας sit reponendum, legere & rescripsero hæc: ἔχει δ' αὐτὸν ὀκτὼ ψωθίας τὴν δὲ ψωθίαν & c. Ita enim infernales triobolos ille *Comicis* faceret nominavit, ut ψωθία furva ἀποθραύσματα, vel τὰ ὑποκάτω τοῦ ἄρτου ὑπεράπτου exponit *Helychius*. Sic & ψωθία in MS. supra VII, 23. de hisce talibus in panificio, genere scæmineo. Et apud *Athenæum* hæc ipsa sunt lib. XIV. *Φερεκράτης Κραπατάλλοι*: λύψαι δ' ἐν αἴδου κραπατάλλον τριώβολον καὶ ψωθία: quamvis inter placentarum ἰδὴ recensent. Nondum tamen *Pherocrateæ* omnia sana vulgo. JUNG.

Ἐχει δ' α. δ. εὐθίας. ] Quis hæc unquam sine MSS. auxilio feliciter expeditisset, ubi ipsarum rerum alibi locorum nulla, quam hic, appareant vestigia? reddidimus itaque in textu hos secuti duces, *Κιβητῖου*que



νασθαι ὄκτω 70 κικκάβους 71 τάχα δ' ἂν τις Φι-  
λότιμοι εἶναι νομίζοι, καὶ τὸν ἐπὶ τῶ νομίσματι  
72 λόγον 73 ἐπιζητεῖν, εἴτε 74 Φείδων πρῶτος ὁ ἄρ-

lere cidabos octo. Fortassis autem honestum  
aliquis putaverit, etiam numismatum ra-  
tionem inquirere, si Phedon primus Græ-

præeuntem ψωβίας hic, & mox ψωβίαν, de quibus  
nihil habeo, quod lectorem moneam præter illa, quæ  
superiori nota dixi.

70 Κικκάβους. ] C. V. κικκάβους. *Hesych.* Κικκάβου-  
νοι, ἐλάχιστοι, οὐδὲν' unde Latinorum *ciccum*, id est,  
*membrana tenuis malorum punicorum*, & *Plauti* pro-  
verbialis locutio, neque *ciccum interduim*. ΚῆHN.

Κικκάβους. ] MS. non κικκάβους, sed κικκάβους habet:  
quod mihi videtur comicum magis, & reponam cum MS. lubens.  
Quid vero si & βιβλιαυτής accedat? nescio: tamen in *Hesychio* est: Κικκάσος, ὁ ἐκ τῶν  
*παρμαριῶν* ἰδῶς ῥίαν' καὶ βόλου ὄνομα. legendum enim  
puto κικκάβους & ὄβολου ὄνομα. Inde nimirum antea  
idem, Κικκάβου, ἐλάχιστοι, οὐδὲν' & de primo vix dubito;  
de altero vero βόλου, convellam temere haud ego:  
& κυβουτικῶν enim βολοῦ nomen esse potuit, quales  
habuisti supra VII, 204. & sequi. plures, quos non alibi legas.  
Valcat vero jam & εὐβία, & κικκάβους apud *Hofium*  
lib. III. *Rei Numm.* c. 8. tm. 7, 8. JUNG.

Κικκάβους. ] Hic in *Falckenburgii* Codice, cujus hoc  
toto nobis capite subsidium atque opem defuisse serio  
dolemus, literis transpositis legitur κικκάβους, unde nihil  
est, quod fingam: vera lectio est, quam *Kühnius*  
ad marginem sui libri scripsit κικκάβους, & eam emendato  
*Hesychii* loco adferuit erudite *Jungermannius*: sic itaque in  
*Polluce* reposuimus.

71 Τάχα δ' ἂν τις φ. &c. ] Sequitur hic brevis  
*Pollucis* enumeratio de inventoribus monetæ: de quibus  
& *Hofius* lib. I. *Rei Numm.* cap. 2. Breviter & hinc *H. Junius*  
Nomencl. cap. de Nummaria. Disputat de hac re & *Polyd. Virgilius*,  
lib. II. de Invent. *Ret.* cap. 20. JUNG.

Τάχα δ' ἂν τις &c. ] Titulus ante hæc in Excerptis  
*Falckenburgianis* præfigitur talis: Περὶ τοῦ τις ἔγραψε  
πρῶτος νόμισμα καὶ χαραγμάτων ἰδία. De eo, quis  
sculpsit primus monetam, & signaturarum forma. Sed  
istud haud dubie librarius addiderat eruditior paululum.

72 Λόγον ] Id est, *historiam de origine numismatum*.  
*Interpr.* qui aliter λόγον accepit, locum hunc obscurius  
reddit. ΚῆHN.


73 Ἐπιζητεῖν ] MS. ζητεῖν, pro ἐπιζ. JUNG.

74 Φείδων ] C. V. Φείδων *Strabo* lib. VIII. καὶ μί-  
τρα ἐξείρε τὰ Φειδῶνεια καλούμενα καὶ σταθμούς καὶ νό-  
μισμα κεχαραγμένον τότε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν. ΚῆHN.

Φείδων ] MS. εἴτε Φείδων πρῶτος ἀργ. ἔκοψε ἢ emen-  
dandum vero ita est: ita tamen ut Φείδων scribas ut  
& supra X, 179. Φείδων vasculi nomen ἀπὸ τῶν Φει-  
δωνίων μέτρων nempe hujus Argivi nominatum, ut apud  
*Strabonem* lib. VIII. est, ubi narrat Φειδῶνα τὸν Ἀργεῖον  
invenisse etiam νόμισμα κεχαραγμένον, τὸ τε ἄλλο,  
καὶ τὸ ἀργυροῦν' habuisti & supra ex *Etymologico* in  
ὀβελίσκος' πάντων δὲ πρῶτος Φείδων Ἀργεῖος νόμισμα ἔ-  
κοψε &c. valcat & vulgatum ἔγραψε, unde *Hofius*  
lib. I. cap. 2. νόμισμα γράψαι exponit, *numum signasse*:  
cujus phrasæ exemplum mihi dari cupio: alterius nulli non enim credo in promptu esse, & infra  
*Segm.* 85. ἔκοψατο. JUNG.

Φείδων &c. ] Vitiosa lectio: MSS. Φείδων, quam tu  
scripturam non jure repudies, spuriamve ducas: utrumque  
enim recte exaratur, Φείδων & Φείδων. *Phidonis*  
equisonis mentio est in *Mnesimachi Hippotrophi* apud  
*Athenæum*: οὗς ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνειν μελετᾷ Φεί-  
δων καὶ καταβαίνει' videntur Φείδων, prout hic est in MSS.  
pictum: quin vero hujus ipsius Argivi *Phidonis* nomen  
ita scriptum reperio in *Plutarchi Ἐρωτικαῖς διηγήσεσι*,  
ubi Φείδων τυπὶ vitio semel iterumve extat: indeque  
disceas licet, cur *Corinthius* a quibusdam, inter quos  
*Pindari Scholiastes*, nominetur. In ipsis subinde num-  
mis antiquis ΦΙΔΟ sculptum apparet, quorum bene  
magna est in antiquariorum Thesauris copia: *Begerum*

consule *Thesaurum Brandeb.* meminitque *Sperlingius* de  
*Nummis non Cypis*. Attamen non rarius solet scribi  
Φείδων, quam *scriptionem*, cum *Kühnius* probaverit  
restitueritque, in textum lubentes admisimus. Non  
nummos hunc *Phidonem* tantum, sed & mensuras at-  
que pondera reperisse plures sunt, qui testantur: *Til-  
nius* H. N. lib. VII. cap. 56. *Mensuras & pondera*  
*Phidon Argivus*: quamvis *Gellium* ad *Palamedem* horum  
inventionem retulisse potius addat, cujus accedunt  
opinionum *Alcidamas* & *Gorgias* Rhetores, quorum  
hic pro *Palamede*. alter declamationem adversus  
eum adparavit. Sed & *Herodotus* in *Erato* mensuras  
inventas *Phidoni* contribuit, cujus tibi verba, quod  
& alia contineant de hoc Argivorum rege scitu non  
indigna, in medium promam: Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέ-  
τρα ποιήσαντος Πελοποννησίου, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστος  
δὲ Ἑλλήνων ἀπάντων, ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἕλληνας ἀ-  
γωνοθέτας, αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν' a qui-  
bus haud parum diversa de sacro Olympiæ certamine  
narrat *Pausanias* lib. VI. c. 22. quem componere  
possis cum *Herodoto*, si forsitan hujus tibi veriora  
videantur; nobis enim in hisce neque morari lubet,  
nec licet. Dictis auctoribus *Synellum Chronographum*  
adjicio, qui de *Phidone* ita: Φείδων Ἀργεῖος  
κρατῶν ἀδελφὸς Καρόνου τοῦ ἁ βασιλέως Μακεδόνων μί-  
τρα καὶ σταθμια πρῶτος ἐφείρεν, ὡς τίνες ἴσαν δὲ καὶ  
πρὸ τούτου' cui & alii temporum ex Ecclesiasticis col-  
lectores similia scribunt: *Eusebium* vide, & *Incerti*  
*Chronographiam*: at quod & ante *Phidonem* mensuras  
atque pondera dicat extitisse *Synellus*, non est sine  
causa ullave dictum ratione: scilicet qui ex Christianis  
temporum tradidere rationes, *Cæsarum* ponderum  
atque mensurarum auctorem statuunt: cum aliis scrip-  
tor *Anonymus*, qui *Malala Chronographiam* præcedit:  
πρῶτος μέτρα καὶ σταθμια καὶ γῆς ὅρους ἐπιπέ-  
σειν. Signata vero monetæ qui primam *Phidoni* lau-  
dem adferant, sunt plures: gravissimi scriptoris, *Strabonem*  
dico, lib. VIII. locus insignis in vulgum notus est; &  
ad eum inspicere, quæ notata præstantissimo *Casaubono*,  
ubi *Scholiasia Pindari* ad Olympion. Eid. iv, qui tamen  
non nisi de μέτροις & σταθμοῖς inventis, non etiam  
nummis mentionem facit, & *Pollucis* nostri locum, quem  
inferius lib. X. de *Phidoneis* offendemus, advocat, hoc  
tamen, quem sub manibus habemus, præterito. De aureo  
nomismate a *Phidone* cuso indicat *Etymologicus* in  
Εὐβοίαν νόμισμα ἰπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργεῖων βασιλεὺς ἐν  
Εὐβοίᾳ χωρία τοῦ Ἀργεῖος (cujus & in Argiva regione loci  
*Straboni* in voce meminit) πρῶτος ἔκοψε χρυσὸν νόμισμα.  
Idemque in ὀβελίσκος, quem tibi locum *Jungermannus*  
exhibuit, in *Ægina* insula hoc ipsum factitasse  
*Phidonem* tradit: conjectabam aliquando pro  
*Aigyrii* scribendum potius Ἀργεῖ' nam & addit mox  
Argis obeliscos in *Junonis* templo suspendisse  
*Phidonem* sacros in antiqui moris memoriam, cum  
mercaturam veribus exercerent: sed tamen & vulgatam  
lectionem retineamus, cum in mentem mihi revoco,  
quæ de *Æginæ*orum monetæ optima atque laudatissima  
legimus frequenter: & *Æginam* quidem  
Cycladum unam proximamque Peloponneso sub  
suo habuisse *Phidonem* imperio, res est, quæ  
fide meretur: videri itaque possit illa præstantissima  
*Æginæ*orum monetæ *Phidoni* originem suam atque  
primordia referre accepta: quin vero lectionem  
editam extra dubit ponit aleam *Strabo*, qui  
disertis ex *Ephoro* verbis *Phidonem* in *Ægina* argenteos  
primum signasse nummos connumerat. Sed affatim  
est hujus rei: monendum restat retinuisse me  
in textu ἔγραψε νόμισμα propter formulæ  
loquendi raritatem, quæ neque analogia,  
neque, puto, exemplo caret, quamvis post-  
erioris in mentem non veniat: certe & ita  
legisse qui





eus numisma excuderit : sive rempublicam, sive aleam administrans : sive Atheniensibus & Lyciis, Erichthonius: sive Lydis, Xenophanes : sive Naxii, secundum Aglaosthe-

γεῖος ἔγραψε νόμισμα, ἢ εἴτε Δημόδικη ἢ Κυμαία συνοικήσασα Μίδα τῷ Φρυγί, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνωνος Κυμαίων βασιλέως, εἴτε Ἀθηναίους Ἐριχθόνιος, καὶ ἢ Λύκος, ἢ εἴτε Λυδοὶ καθὰ Φησιένοφάνης, εἴτε Νάξιοι, κατὰ τὴν ἢ Ἀγλωσθί-

titulum in *Falckenburgiano* Codice ante hæc præfixit, est clarum : mutataque vox in *Jungermanni* MS. in ἰσοψι ab amanuensi propter phrasicos insolentiam : observent interim linguæ Græcæ studiosi, & si quid reperiant simile, adnotent : *Sperlingius* certe eleganter ita loquutum *Pollucem* statuit, & apposite ad rem.

75 Εἴτε δημοτικῆ ἢ κυβαία &c.] Præclare emendat C. V. hunc locum : εἴτε Δημόδικη ἢ Κυμαία συνοικήσασα Μίδα τῷ Φρυγί παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνωνος Κυμαίων βασιλέως εἴτε Ἀθηναίους &c. sive *Demodice* *Συμα*, quæ *suppletur Mida Phrygi, filia autem Συμαοῦ Regis Argamemnonis erat : de Συμα Ἰολία* hic sermo est, quam coniderunt *Argamemnonis Orestes* & ejus posteri, in quibus aliquis fuit primo *Argamemnonis* cognominis ; hujus filia *Demodice* celebrata est ab inventione numismatis. Hoc egregium laudati Codicis supplementum opportunè astruit *Heraclid.* in *Politiis*, dicens : *Ἐρμωδίκη γυναῖκα τοῦ Φρυγῶν βασιλέως Μίδου, φασὶ κάλλι διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ σοφὴν εἶναι, καὶ περὶ αὐτῆς καὶ πρώτην νόμισμα κέψαι Κυμαίους* quem locum Illustris Dn. *Ulricus Obrechtus* Prætor apud *Argentineses* *Regius* pro suo bonas litteras juvenandi studio indefesso commodum suppeditavit. *Herodotus* in genere de *Lydis* lib. I. *πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο.* *Salm.* hunc locum ita constituit : εἴτε *Ἐρμωδίκη Κυμαία*, additque *Heraclidis* testimonium : sed lectionem Codicis *Vossiani* non est quod deseramus. *Vales.* notis in h. l. vidit ex repetita vocula εἴτε nomen proprium latere sub δημοτικῆ deinde legit ἢ Κυβαία συνοικήσασα, *μχορ Κυβαί* : si vidisset Cod. *Vossiani* lectionem, sine dubio ipsi displicuissent ista conjectura : tandem ex *Heraclide* sine dubio legendum ait, *Ἐρμωδίκη ἢ Κυμαία συνοικήσασα τῷ Μίδα* sive *Hermodicem* dicas sive *Demodicem* perinde fuerit. *Kühn.*

Εἴτε δημοτικῆ ἢ κυβαία &c.] Quæ sequuntur in *Polluce*, quid non monstri alius? At in MS. omnia plana & plena, qui habet : εἴτε Δημόδικη ἢ Κυμαία, συνοικήσασα Μίδα τῷ Φρυγί, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνωνος Κυμαίων βασιλέως, εἴτε &c. insignis defectus suppletus. Illud *κυβαία* vulgatum saltem exortum fuit ex prisca scriptura litera β, quæ u est, τῷ μὲν non absimilis, præsertim in connexis literis. *Cælius Rhodiginus* XXI. *Antiq. c. ult.* & eum sequitur *Hofius* lib. I. c. 2. vocant eam *Hermodicem*, nescio quo auctore. *Jung.*

Εἴτε δημοτικῆ ἢ κυβαία συνοικήσας] Hæc fuit primum ante nos editionum inepte vitiosissima lectio, pro qua tibi in textum elegantem aliam atque undiquaque plenam reddidimus cum *Kühnio* : nimirum *χρῆσι χαλκίων* istius autem restitutæ lectionis habuit non obscura vestigia Codex *Falckenburgii*, ex cujus Excerptis hæc adfero : εἴτε δημ. ἢ κυβ. συνοικήσασα μὲν τῷ Φρυγί παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνωνος κυβαίων βασιλέως sed illa nobis integræ ceteri dedere MSS. Quam dixit *Demodice* *Pollux*, a *Rhodigino* appellatam *Hermodicem*, non est quod cum *Jungermanno* mireris, dictive quæras auctoritatem ; attulit enim *Heraclidis* locum, monitore *Obrecht*, ubi id nominis extet, *Kühnius* noster : sed, dicam quod sentio, in *Heraclide* omnino mihi ex *Polluce* restituendum videtur *Δημόδικη*. *Ἐρμωδίκη* an inter mulierum nomina propria ullibi locorum sis reperitur, penitus addubito : nisi forsitan qua dicitur analogia *Ἡροδίκη*, & *Ἐρμωδίκη* dici posse pertendas. *Δημόδικη* vero, & de viris *Δημόδικος* cognitum est satis : & quiddam, nisi me fallo,

hujus rei est apud *Diodorum Siculum* : sed eruditius alii atque felicis collatis plurium auctorum testimoniis hisce lucem affundent.

76 Λύκοις] C. V. Λύκος legerem, εἴτε Λύκοις Λύκων vel Λύκος filius *Pandionis*, a quo *Lycii* nomen traxere : vel, si hoc non placet : εἴτε Λύκοις, εἴτε Λυδοὶ κ. φ. ζ. εἴτε Νάξιοι, κ. τ. Ἀγλωσθίνους δόξαν. *Kühn.*

Λύκοις] Pro *Λύκοις*, MS. *Λύκος* habet : an itaque *Lycus*, quem *Heroem* fuisse ex *Suida* & *Polybio* novimus, una cum *Erichthio* sibi vindicat hanc inventionem? *Jung.*

Λύκοις] Pro his in textu *Kühnius* : εἴτε καὶ Λύκοις quæ quidem MSS. auctoritate destituta amplecti non potui : nos itaque *Λύκος* & omnino de *Lycæ* *Heroë*, cujus & *Jungermann* suboluit, intelligendum statuo, ut dicat *Pollux Erichthonium* atque *Lycum* utroque nomismatis signaturam Atheniensibus invenisse : & potuere simul mutuo operam sibi præstitisse, siquidem temporis patiat ratio : at, inquis, ubi hæc eadem de *Lycæ* & *Erichthio*? ubi similia? hic mihi, neque diffiteor, ex diversis scriptoribus non suppetit auctoritas : sed vero, quid impedit, quo minus calidius quid aggrediar, si forsitan audentem fortuna juvet : in *Plinio* lib. VII. H. N. cap. 36. *Argentum invenit Erichthonius Atheniensis, ut alii, Æacus* : non quidem hæc de nummi signatura dicuntur, sed tamen res ab hac haud ita dissentiens adscribitur *Erichthio* : at vero *Plinio* teste, *Æaco* erant, qui reperti honorem argenti vindicabant : de *Æaco* meministine aliunde tale quid? non puto sane : & variant in illa voce *Pliniani* MSS. in *Polluce* vero cum junctos habeamus auxilio MSS. *Erichthonium* & *Lycum*, *Lycum* in *Plinio* quoque reponere suadet animus : & alibi quoque est ubi vitio sit positum hujus Herois nomen, quod librariis imputamus, qui ignotis sibi notiora supponere non dubitarunt. Considerent accuratius eruditi singula, & discutiant, si ipsi aut meliora adferre liceat, aut hæc nostra stabilire ulterius.

77 Εἴτε Λυδοὶ] Λυδοί. De iis *Herodot.* lib. I. fol. 44. *πρῶτοι ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο.* Sed lege *M. Hoff.* lib. I. pag. 26. *SEN.*

Εἴτε Λυδοὶ] MS. εἴτε Λυδοί. Sed emenda *Λυδοί*. *Xenophanes* vero an ille *Colophonius*, de quo *Lærtius* lib. IX. *Jung.*

Εἴτε Λυδοὶ] Accentum recte *Kühnius* mutaverat. Notavit & hanc rem de *Lydis* ex *Herodoto*, puto, *Eustathius* ad *Dionysium Perieg.* v. 840. *Xenophanem* vero *Colophonium* intelligo, qui varia scripsit, cujusque fecere mentionem *Athenans*, *Diogenes Lærtius*, quem vide in *Epimenidis* vita, aliique.

78 Ἀγλωσθίνους] Pro *Ἀγλωσθίνους* conjiciebam primum *Ἀγλωσθίνους*, & H. *Juntium* *Nomencl. cap. de Re Nummaria Aglaosthenem* scribere video : tamen & alterum forte rectum. Ille scriptor & apud *Lactantium* laudatur, quem locum debeo *Grutero* meo, lib. I. *Intt. c. 11.* *Cæsar* quoque in *Arato* refert, *Aglaosthenem dicere, lovem cum ex Insula Naxo adversus Tisianas proficisceretur, & sacrificium faceret in Litoræ*, &c. Ubi vides de *Naxo* tractasse *Aglaosthenem*, vel *Historiam Naxiam* scripsisse. Sic itaque tota hæc periodus scribenda : λόγον ζητεῖν (sive ἐπιζητεῖν) εἴτε Φειδω πρῶτος ὁ Ἀργεῖος ἴκοψι νόμισμα εἴτε Δημόδικη ἢ Κυμαία, συνοικήσασα Μίδα τῷ Φρυγί, παῖς δ' ἦν Ἀγαμέμνωνος Κυμαίων βασιλέως εἴτε Ἀθηναίους Ἐριχθό-





84 νους δόξαν \* οὐ γὰρ ἴσχύσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι <sup>80</sup> πολυπραγμαίνειν, <sup>81</sup> εἰ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφῶ τῷ νομίσματι <sup>82</sup> ἐνεχάρατον, Χίιοι δὲ Ὀμηρον, <sup>83</sup> Ἰασεῖς δὲ παῖδα Δελφῖνι ἐποχοῦμενον,

nis opinionem: \* nemo enim hic curiosum esse, dignum putabit. Mitylenæi quidem Sappho monetæ suæ insculperunt. Homerum, Chii. Asis, puerum delphino vectum,

νους καὶ Λύκος· εἴτε Λυδοὶ, κατὰ Φησι Ζενοφάνης· εἴτε Νάξιοι, κατὰ τὴν Ἀγλαοσθένους δόξαν. JUNG.

Ἀγλαοσθένους] Non dissentiunt ab editis MSS. Kühnius tamen Ἀγλαοσθένους in textu reponerat, quod ipsum & ad oram sui Codicis *Salmasius* restituit: intactam ego liqui vulgatam lectionem, siquidem Ἀγλαοσθένους non aliter dici censent, quam Σαυκράτης pro Σαυκράτης, & Σώστρατες pro Σαώστρατες hoc si licuit ponere, cur non & simili jure Ἀγλαοσθένους scribas pro Ἀγλαοσθένους; Posteris autem tradiderat hic *Aglosthene*, seu dictum mavelis *Aglosthene*, insulae Naxi historiam, qua primordia gentis, atque res, dum floruerit, gestas literis mandaverat, & ab ipso repetierat, quod solitum istis scriptoribus, tempore fabulari: quin etiam, nisi me fallo, ipse Naxo fuerat oriundus *Aglosthene*: meminit ejus *Hyginus Poëtico Astron.* ubi de minori urbe: Hanc, inquit, *Aglosthene*, qui *Naxica conscripsit*, ait *Cynosuram esse unam de Jovis nutritibus ex Idaei nymphis*: quæ tibi petita sunt ex *Eratosthenis Catasterismis*; cui & Ἀγλαοσθένους ἐν τοῖς Νάξιαῖς laudatur: sed ad *Hygini* locum doctissimus *Munckerus* in tribus Utilianis MSS. legi testatur *Glosthene*, ex quo refingit *Aglosthene*, adeo ut ista scriptura cum *Pollucis* nostri concinat egregie: est & apud *Parthenium* hujus historici mentio, ad quem præstantissimus *Thomas Gale*, quod & dicto loco *Munckerus* adnotavit, maculam ex *Germanici Scholiasta* cluisse se putat, in quo *Agathosthenes* in *Asiaticis carminibus* scriptum fuerit male *Gala* judicio pro *Aglosthene* in *Naxiacis carminibus*; ubi tum carmina mihi pro scriptis aut historia intellige, sic ut & apud alios recentioris ævi: alias autem & *Agathosthenem* reperio scriptores inter antiquos, adductum *Tzetzi* ad *Lycophronis Alexandram* v. 704 & 1021. quo posteriori loco philosophi nomine insignitur: Σωτήριον τε καὶ Ἀγλαοσθένους οἱ φιλόσοφοι: & de *Aglosthene* quidem restituendo ut cogites apud *Isaacium* rationis est nihil; viderurque *Agathosthenes* iste Geographicam edidisse descriptionem quorundam celebrium in orbe locorum: penites igitur, annon retinere possis vulgatam in *Germanici Scholiasta* lectionem; aut, si quid mutatum velis, *isineribus* optem reponere pro *carminibus*: & vero quid ni poterit ea, quæ de *Naxiacis Aglosthene* alii promunt, retulisse *Agathosthenes* in itineribus Asiaticis; hæc si vera, prout videntur omnino, *Isinera* protulit in lucem *Asiatica Agathosthenes* ille: sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. At tamen ab *Aglosthene* necdum discedere juvat, siquidem bene mereri de *Athenaeo* hujus ipsi scriptoris feliciter restituit nomine animus impellat: apud *Dipnosophistam* igitur lib. III. c. 5. Νάξιοι δὲ, ὡς Ἀνδρισκος, ἐπὶ δ' Ἀγλαοσθένους ἱστοροῦσι, μυλιχίον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τοῦ σκίτου καρπὸν παράδωκεν. *Andriscum* historiam conscripsisse *Naxicam* ex *Parthenio* observat ad hunc locum vir summus *Is. Casaubonus*: sed *Agasthene* hoc spurio, cujus inauditum in Græcis historicis nomen, ad *Cynosarges* delato, meo tu periculo reponas Ἀγλαοσθένους nominis vestigia manifesta, ipsaque pro me rei veritas sponsonem faciunt: meminit & *Clemens* in *Protreptico*. Jamque tandem ad *Pollucem* repatriemus. Totum hunc *Onomasticographi* nostri locum de monetæ repertoribus adtulit in *Dissertatione* de *N. non C.* Doctiss. *Sperlingius*, cap. 1. plurimamque decerpit partem *Lipsius* cap. 5. ubi & ex *Lucano* Thessaliæ cuidam regi *Itono* hanc inventæ monetæ gloriam tribui docet: *Pœta* verba producunt; eo magis, quod nullam istius *Itoni* mentionem fecerit *Pollux* noster:

Primus Thessalica rector telluris Itonus  
In formam calida percussit pondera mæssa

Fudit & argentum flammis, aurumque monetæ  
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.

Ad ista mihi omnino lege, quæ dixit Excellentissimus *Hugo Grotius*, gentis *Batavæ* decus nunquam interitum.

79 Ἀξιώσει τις] Non enim volet quisquam nos in præsens agere curiosus, ei. M. ap. *Mitylenæis* &c. si pro ei leg. C. V. & ita eleganter connectit textum. Kühn.

Ἀξιώσει τις] MS. tis. JUNG.

80 Πολυπραγματεῖν. Οἱ M.] Progreditur nunc ad nummorum varios typos, de quibus etiam peculiari capite 8. lib. I. *Rei Numm.* *Hofstus*, & *H. Junius* & *Avus* meus dictis locis: hic itaque MS. πολυπραγματεῖν, si *Mitylenæis* μὲν &c. & prorsus ita scribendum. Sic omnia rectius cohærent: vulgata, οἱ *Mitylenæis* vitiosa sunt. JUNG.

Πολυπραγματεῖν. Οἱ &c.] In textu bene *Kühnius* rediderat MSS. lectionem, quam sequimur omnino planissimam utique atque facillimam.

81 Μιτυληναῖοι] *Mitylenæis*. Infra *Segm.* 92. *SEB.* *Mitylenæis*] *Mitylenæorum Sapphonis* imagine signati nummi extant varii: & binos quidem, ut lucem acciperent atque auctoritatem hæc *Pollucea*, adpingendos curavi, quorum primus antiquior ipsam nobis ab una parte *Sapphonem* erectam atque stantem representat, addita hac inscriptione: ΣΑΠΦΩ ΛΕΞΒΙΣ· alter vero sub *Julia Procula* cufus eandem exhibet sedentem cum hac ἐπιγραφῇ, *Mitylenæιαίων* si de *Mitylenæis* nataque apud eos *Sapphone* legere gestiat animus, consulendi sunt, qui nummos illustrarunt veteres, *Begetus*, *Nonnius* ad *Goltzium*, aliique. Sequitur in *Polluce* nostro de *Chiiis*, quos habuisse sculptum in nummis suis *Homerum* inquit: diversas fuisse gentes, quæ sibi vindicarent *Homeri* natales, res est nota: inter eas, momente *Allatio*, & *Spanhemio*, præ reliquis excellente *Chii* atque *Smyrnezii*, quarum hæc alteri dubiam fecit de *Homeri* nativitate atque incunabulis palmam: utraq; monetam summi vatis figura percussam edidere, de quibus omnibus, ne quid præter rem & necessitatem moremur, videndi sunt nominati modo scriptores eruditissimi, ille quidem in libello de *Vita Homeri* c. 13. hic vero de *Præf.* & *Usu Nom.* pag. 487. quibus si quæ adhuc habeamus adjicienda, commodiori reservemus loco.

82 Ἐνεχάρατον.] C. V. ἐνεχαράξατο, quod eodem recidit. Kühn.

Ἐνεχάρατον] MS. ἐνεχαράξατο, Χίιοι &c. JUNG.

83 Ἰασίς] C. V. bene Ἰασίς leg. *Iasosis*. *Iasosis* urbs *Carie* *maritima*, quæ puerum *Delphino* insidentem nummis suis habuit incipitum, quod *Delphinus* in urbe illa puerum amore profecutus læpius eidem tergum subjecerat & per maris ingens spatium vexerat: de qua historia pleni sunt libri. Vid. præter *Plutarch.* de *Solertia Animal.* & *Ælianum* quos laudat vir eruditus ad *Excerpta* C. V. *Aristot.* H. A. libr. IX. cap. 48. *Athenæum* libr. XIII. cap. 9. *Plinius* libr. IX. cap. 8. *Oppianum*, *Solinum*, qui in eo fallitur, quod *Jassum* facit urbem *Babylonæ*; eo deceptus quod *Plinius* scripsit, hunc puerum ab *Alexandro M.* *Babylone* sacerdotio *Nepuni* admotum; quasi facilius sit, urbem cum omnibus incolis *Babylonem* transferri, quam unum inde puerum ad *Alexandrum* evocari: idque factum esse *Athenæus* ex *Duride* annotavit satis clare. Kühn.

Ἰασίς] Ἰασίς in vulgatis, plane mendose, quamvis *Rhodigimus* id securus sit X. Antiqu. 1. ubi *Asis* habet: & *Hofstus* lib. I. c. 8. qui ineptius *Asia*. *H. Junius* id plane omittit, mendum scilicet subolens; &



Dardanis, gallinaceorum pugnam, Apendii, <sup>84</sup> Δαρδανείς δὲ ἀλεκτρούων μάχην, <sup>85</sup> Ἀσπένδιος

id expedire nesciens. Sed MS. noster veram lectionem habet: Ἰασίς δὲ παῖδα &c. quam certe non ignoravit & Avus meus lib. de Numism. ubi ista explicans, hæc ita vertit, *Jasenses pueri insidentis Delphino*, scilicet imagine signasse pecuniam suam: qui pluribus ibi ex *Plutarchi* libello *πότερα τῶν ζῶων φρονιμώτερα, τὰ χιρσαῖα ἢ τὰ ἴνδρα*, extremo, ubi Ἰασία παῖδα vocat, & πάντων Ἰασίων & sic claudit: καὶ τοῦ πάθους ἐπίσημος Ἰασίσι τὸ χιρσαῖα τοῦ νομισματος ἴσσι, καὶς ὑπὲρ δελφίνου ὀχρούμενος' quæ verba quum in promptu habuerit & *Hofsius* illo cap. 8. lib. I. Rei Numm. mirum non vidisset, quam absurdè id assignaverit. Eundem ἔρωτα δελφίνου ἐν Ἰάσῳ ἐς μαίρακιον καλόν, ut caput incipit, *Alianus* narrat prolixè lib. VI. *περὶ ζῶων ἰδιῶν*. cap. 6. Ethnographicus de *Jaso*: Ἰασσός, πόλις, *Karlas*, ἐν ὀρεινῶν γῆσιν κειμένη, ἢ καὶ ὀρυζάνης λεγομένη ὁ πολίτης αὐτὸς Ἰασσός, ἀφ' οὗ Χοιρίλλος ἐὼν Ἰασσός. De eadem in *Caria Strabo* lib. XIV. *εἰς Ἰασσὸς ἐπὶ γῆσιν κείται προσκειμένη τῇ ἡπείρῳ ἔχει δὲ λιμένα, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς ἐνθάδε ἐκ τῆς θαλάσσης*. &c. Eandem vero historiam quæ in urbe *Jasso* contigerit, & aliam similem narrat *Plinius* lib. IX. c. 8. quodque in eadem narratione apud *Solinum* est: *apud Jassum urbem Babyloniam puerum &c.* non ita in suis membranis esse testatur *Ortelius* in *Theatro*, sed *Babylonem*, quasi hoc nomen pueri fuerit: certe apud *Plinium*, unde iste illius simius sua pleraque exscripsit, nihil de *Babylonia* legas eo loco: & quid si *Ionix* legamus? invenerat aliquis *bardus Ionix*: & id non capiens nimirum finxit sibi *Babyloniam*, quam nominat. Sed hæc extra oleas: ad *Pollucem* nostrum. JUNG.

Ἰασίς ] *Kubnius* Ἰασίς in textu: & mox *Δαρδανίς*, quod utrumque ita & nos restituumus: vitio dedit originem junioris Græcæ pronunciationis, quæ diphthongum *ei* efferebat tanquam simplex jota; sic & qui hodie vivunt in Græcia barbari magis quam Græci. Horum autem nummorum reliquias non puto ullas extare in cruditorum *Thefauris* nummariis: certe, quantum equidem scio, in lucem tales non sunt editi.

84 *Δαρδανίς* ] C. V. *Δαρδανίς* a recto *Δαρδανίς*, nomen gentis Illyricæ, KÜHN.

*Δαρδανίς* ] MS. *Δαρδανίς* dicitur recte: de populis enim agit: male itaque *Rhodiginus Dardanis*, X. Ant. 1. & *Hofsius Dardania*: bene *Junius Dardani*, & profusus ad veram lectionem *Avus meus, Dardanienses*, ut ab Ἰασίς, Ἰασίς, sic *Δαρδανίς*, a *Δάρδανος*, quæ, exponente Ethnographo, πόλις *Τρωάδος*, ἢ πρότερον *Τευκρίδης* unde & regio *Δαρδανία*, ut apud eum videas. Vide de urbe ea in descriptione *Troadis* & *Strabonem* lib. XIII. JUNG.

85 Ἀσπένδιος π. ] MS. plenius Ἀσπ. δὲ πάλ. JUNG. Ἀσπένδιος πάλ. ] Plenior est sensus, inserta particula δὲ, quam & hic & mox post *Κιφαλλῆνες*, consentiente *Jungermanno*, in textum ex MSS. recepimus. Utraque vero, de *Aspendiis*, & quæ mox de *Rheginis Pollux* habet nummis, clariora tibi reddam prolati utriusque populi nummorum cætypis, quæ submiustravit eximia præstantissimi WILDII atque humanissima benignitas: *Aspendiorum* ille, quem vides, nummus sub *Gallo* & *Polusiano* Imperatoribus percussus est: & ostentat ab altera parte, quos *Pollux* commemorat, luctatores: neque vero solis *Aspendiis* hæc insignes figura nummi sunt signati, sed & *Laodicensibus*: & horum quoque nummum propter exactam cum *Aspendiorum* illo posito similitudinem in medium producere libuit: inscriptio est ΛΑΥΔΙΣΕΩΝ, quo scilicet modo in *Petronio Laconem* pro *Laconem* legisse memini, veteresque *Romani lausimias* pro *Siculorum laotomis* dixere. Potuerit autem impressæ figuræ hæc esse ratio, quod *Laodicenses* & *Aspendii* præstantissimos alucrint atque in certamina producerent luctatores: sed hæc, aliis, quibus ad ista ta-

lia inquirenda majus est otium, curæ sint. De *Rheginis* vero, non quidem ipsorum nummum apponere licuit, sed *Messeniorum*, qui *Rhegio* non procul erant sita, & communia, credo, jura, reipublicæ insignia cum *Rheginis* habuere: plures videre tales potueris in *Augustino de Favata*, neque nos morabimur amplius. Sed quid illud est rei, quod *Thasios* habuisse nummis suis insculptum *Perfam* commemorat *Pollux*? Superfunt *Thasiorum* nomismata, sed tamen non, puto, quæ *Perfam* exhibeant: neque rationis quicquam comminiscaris, quam propter impressum *Thasiorum* nummis *Perfam* statuere liceat: jam olim fuit cum ad animum meum hæc revocarem, cogitaremque, num forsitan insigni aliqua mendata *Pérsση* itrepsisset pro *Ηρακλήῳ* certe, si animum attendas, non ita plane literæ abluunt; atque tum veritati res tota conveniet: nil tamen, quod conjecturæ nostræ opituleretur, MSS. fovent: & forsitan aut deceperit se *Pollux*, aut talis olim extiterit *Thasiorum* nummus, qui ad hanc tempestatem non pervenit: alterutrum hæc de re fuerit verum, tu judica: sed *Thasiorum* habeto nummum, qui *Herculem* armatum clava atque leonina cinctum pelle præ se ferat: addita est inscriptio: *Ηρακλέους Σατύρος*, quo titulo notissimus in antiquis monumentis *Hercules* venit: & causam scies nummis insculptæ *Herculi* figuræ, si *Stephanum* in voce lectum ioveris. Potuerant autem ad hæc *Pollucis* nostri alia similia ex veterum scriptis colligi atque adnotari, veluti, quod *Pariorum* drachmæ *Aratum* habuerint impressum, unde & iste sit versiculus *Simonidis* epigrammate in *Arcesilaum*: *Δραχμῶν τὰ Πάριον, τὸν ἐπίσημ' Ἄρατος*: quod *Gergithii Sibilam* & *Sphingem* in sua signaverint moneta, tradente *Stephano* ex *Phegonte* in primo de *Olympiadicis*, *Tenedii* ab hac parte securim, ab altera vero ex uno surgentia collo bina viri mulierisque capita, eodem *Stephano* auctore in *Ténédis*, & planius etiam *Heraclide* in *Tenediorum* politia, unde petiit *Suidas*; quod *Perfa* in suis habuerint nummis χιρσαῖα τοξότην, uti constat ex *Plutarchi* *Apophtegm.* *Lacon.* *Ephesii* cervam, utpote *Diana*, cujus in tutela hæc erat urbs, factam, ut indicat *Lshanius* *Orat.* in *Dian.* *Εφεσίοις δὲ καὶ τὸ νομισμα καὶ τὴν ἔλαφον ἔφην ἀμοιβὴν τῆ θεῶν μεγάλων ἀγαθῶν*. *Argivi* denique lupum, cujus rei testis est *Sophoclis* haud inviditus *Scholastes* ad *Electram* v. 6. & ejus tibi verba in medium posuisse, haud fuerit indignum: *Οἱ δὲ (Λυκοκτόνον τὸν Ἀπόλλωνα ὀνομάζουσαι λέγουσι) διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τὸ ζῶον, ὡς καὶ τῆς Ἀρμιίδος τὰς ἐλάφους ὄνεν καὶ τῶ νομισματι τῶν Ἀργείων ἐγχαράττεσθαι φασὶ λύκος, ὡς καὶ τὰς γλαυκὰς Ἀθήνησι*. Et de lupo quidem non habet *Pollux* noster, qui murem in *Argivorum* nummis sculptum perhibet: sed vero *Argivi* tam murem quam lupum, & utrumque diversis etiam temporibus in sua signatum habere moneta: at apud eundem observa sis, de noctuis quæ dicit, siquidem ad superiora referendum, ubi de istis *Atheniensium* nummis est actum: lupum vero sacerrimum fuisse animal plures sunt qui testentur, *Macrobius* *Saturn.* lib. I. ubi de *Λυκοκτόνῳ*, *Apollonii* *Schol.* ad II. *Argon.* *Aristoph.* *Comment.* ad *Aves*, *Æschylus* ad *septem contra Thebas*, *Alianus* de *Animal.* lib. X & XII. *Etymologus* in πόλις λύκοι, alique plures, quorum hi *Atheniensibus*, & *Ægyptiis*, illi *Delphis* in honore habitos fuisse lupos referunt: sed quo delabimur? Hæc, inquam, talia de signatura nummorum variiisque figuris ad *Pollucem* recensionem possent adijci, sed pauca tantum delibare constitueram, οὐτε γὰρ, ut cum *Polluce* meo loquar, κατὰ τὴν ἐμὴν ὑπόθεσιν ἢ πολυπραγμοσύνη, præcipue, si singulorum originem atque rationes indagare & exponere animus esset. Et hæc quidem superasse gaudemus, restant tamen quæ curam & diligentiam his non minorem postulant.



δὲ παλαιστάς, καὶ <sup>86</sup> ῥηγῖνοι μὲν <sup>87</sup> λαγών, <sup>88</sup> Κεφαλλῆνες δὲ ἵππον, Θάσιοι δὲ Πέρσην, Ἀργεῖοι δὲ μῦν· οὔτε γὰρ <sup>89</sup> κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τῶν βιβλίων ἢ πολυπραγμοσύνη· <sup>90</sup> καὶ ἄλλοις ἤδη ταῖα οὗτα ἔστιν συνελεγμένα. ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ <sup>91</sup> Κροίσιοι στατήρες, <sup>85</sup> καὶ Φιλίππειοι, καὶ Δαρεικοί· \* καὶ τὸ Βερενίκιον νόμισμα, καὶ <sup>92</sup> Ἀλεξάνδρειον, καὶ <sup>93</sup> Πτολεμαϊκόν,

Luctatores. Rhagini, Leporem. Cephalenii, Equum. Thasii, Persam. Argivi, Murem: non enim secundum librorum argumentum, curiositas. Insuper audiuntur Stateres Croesii, Philippici, Darici. \* Numisma Berenicianum, Alexandrinum, Ptolemaicum,

<sup>86</sup> ῤηγῖνοι] MS. ῤηγῖνοί: supra de eodem typo *Nosper* V, 75. JUNG.

<sup>87</sup> Λαγών.] Talem nummum exhibet *Prospere Ravisi Tab. II. tavioium magna Gracia numismatum* n. 4. forte inde manavit proverbium, quo ῤηγῖνους vocarunt qui timidiores erant: vid. *Hesych.* in ῤηγῖνος. His addē quod in nummis Trezeniorum extiterit tridens ex altera, & *Minerva* facies ex altera parte: *Pausan.* in *Corinth.* in staterebus *Cyzicenis* virgo stetit. *Hesych.* in *Κυζικηνοὶ στατήρες* &c. *Samis* *ἑμιονίαν* autem nummis praeferebant: *Athenas* lib. XIV. cap. 20. confer dicta ad supra *Segm.* 75. KÜHN.

<sup>88</sup> Κεφαλλῆνες] MS. Κεφαλληνίης δὲ ἵππον. Et ita emenda: quamvis & vulgatum rectum, unde *Κεφαλληνίας* apud *Strabonem* habes lib. X. a *Κεφαλήνῃ*, quod ex *Sophocle* adnotat *Eustathius* ad *Hom.* Ὀδύσσεια. a. & ea forma apud *Homerum*, alios: altera tamen quoque bona, quam MS. habet: sic apud *Erubnicographum* ab Ἀζανίας, Ἀζανίης: ab Ἀλωπικίας, Ἀλωπικεύς: a Κατταβανία, Κατταβανίς, alia. Tota vero haec periodus, qua *Pollux* numorum imagines refert, obiter coharet, & itaque, ut scribenda & distinguenda, lubet proponere totam: εὐ γὰρ ἀξιώσει τις ἡμᾶς ἐν τῷ παρόντι πολυπραγμοσίῃ, εἰ Μιτυληναῖοι μὲν Σαπφῶ τῷ νόμισματι ἐνεχάραξαντο, Χίοι δὲ Ὀμηροῦ, Ἰασίτις δὲ παιδὸς δελφῖν ἐποχοῦμενον, Δαρδανίης δὲ ἀλεκτρονίων μάχην, Ἀσπιδίοι δὲ παλαιστάς, καὶ ῤηγῖνοι μὲν λαγών, Κεφαλλῆνες δὲ ἵππον, Θάσιοι δὲ Πέρσην, Ἀργεῖοι δὲ μῦν· οὔτε γὰρ &c. JUNG.

<sup>89</sup> Κατὰ τὴν ὑπόθεσιν] *Neque enim argumento libri contentis curiositas.* KÜHN.

<sup>90</sup> Καὶ ἄλλοις ἤδη ἤκουσιν &c.] Locus mutilus, quem ita supplet C. V. καὶ ἄλλοις ἤδη τὰ ταῖα οὗτα ἔστιν συνελεγμένα· ἴσως δὲ ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κ. & αἰ.ν. (vel si legendum, ἄλλοις) αἰ.ν. ἴσα jam sunt collecta: forte autem nominum ad catalogum pertinentis Croesi Stateres &c. quid Δαρεικὸς Σαίδας dabit h. v. KÜHN.

Καὶ ἄλλοις ἤδη ἤκουσιν &c.] Iterum magna lacuna & corruptela invasit vulgatos Codices: tu restituere ex MS. qui ita habet: καὶ ἄλλοις ἤδη τὰ ταῖα οὗτα ἔστιν συνελεγμένα· ἴσως δὲ τῶν ὀνομάτων καταλόγῳ προσήκουσιν οἱ Κρ. &c. Scilicet istam historiam non convenire horum librorum proposito: eamque jam ab alijs collectam esse auctoribus. Sed ad praesentem nominum catalogum forte pertinere ista, nempe *Craesios* *Stateres* &c. JUNG.

Καὶ ἄλλοις ἤδη ἤκουσιν] Restituit atque locum supplevit *Kühnius* ad oram sui Codicis, quomodo in textu a nobis est emendatum: ante nos & mutila erant haec & mendosa.

<sup>91</sup> Κροίσιοι στατήρες] Priorcs editiones *Croisios* vid. supra III, 87. SEB.

Κροίσιοι στατήρες] MS. Κροίσιοι στατήρες, καὶ Φιλίππειοι, ut antea vulgati: & supra III, 87. etiam *Croisios* MS. & supra IX, 59. etiam *Φιλίππειοι*. Sed non tamen & Ἀλεξάνδρειοι ibidem, verum, ut vulgo, Ἀλεξάνδρειοι & ea forma scilicet usitatior. *Croisios* hinc citat & *Hofstus* lib. V. *Rei Numm.* cap. 8. tm. 6. de *Craesio*: ubi & tm. 2. de *Philippo*. De *Darico* ibidem plura tm. 9. de quo & *Brissonius* lib. 2. de *Reg. Pers.* JUNG.


Κροίσιοι στατήρες] In Codice *Falckenburgiano* *Croisios* στατήρες male legitur: eorum quoque superius factam fuisse mentionem memini, uti & *Philippicorum*, *Daricorum*, ac *Alexandrii* numismatis *Segm.* 59. Hunc autem adducit locum *Sperlingius* de *Nummis non Curdis* p. 133. & quae haec illustrent plurimum habet *Sardus* p. 16. de *Nummis*: ponam verba: *Philippicus*, quem habebat *Jacobus Sadoletus Cardinalis optimus & Doctissimus suis ponderis trium drachmarum, totidem siliquarum, hoc est, trium ducatorum.* *Alexandrii* nummum, ejusdem ponderis sane apud se esse restatur *Henricus Glateanus*. Nos & *Philippici* & *Alexandrii* numismatis repraesentare tibi volumus figuram: utrumque aureum extat in numismatotheca *Wilsiana*; pondere, uti puto, non diverso ab isto quod designavit *Sardus*. In hac autem *Alexandrii* nummi parte expressum quod videas *Minerva* caput, non est absque ratione, quippe quam insigniter coluerit *Alexander*, qua de re vide *Arrianum* lib. I. de *Expedite Alex.* p. 36. ibique procedentem binos alios elegantissimos nummos *Alexandrii* nomine inscriptos *Eruditissimum Gronovium*, qui nuper time auctorem eximium castigavit & in lucem dedit. Hi autem *Alexandrii* nummi percussii sunt, antequam eum se natum pronunciasset *Hampton*; siquidem tum animo elatus, quippe qui se fortis humanæ modum exsuperatæ putaret, *Jovem* suis in eudi jusserit nummis: talem exhibitum videbis ab *Eruditissimo Morello* depromptum ex *pinacotheca clarissimi viri P. Petavii* in *Notis ad II. Constantini Porphyrogenetae* de *Them.* p. 132. & *Porphyrogenetae* tibi verba promam, quibus *Alexandrii* ornamenta, pro ut in nummis ab eo visis sunt depicta, literis consignat: *Macedoniz reges se ipsos Heracliius ἀπαγόνοῦς* vocitasse refert, adeoque & istis usi sunt insignibus, quibus gavisus fuit generis auctor *Hercules*: διὰ καὶ ἀντι ταῖας καὶ στεμματος καὶ πορφύρας βασιλικῆς τῷ δερματι τῆς κεφαλῆς τοῦ λίαντος ἱαυτοῦς ταμιοῦς· καὶ στήριμα τοῦτο καὶ κόσμον ἡγοῦνται, καὶ ὑπερπάντα λίβον· καὶ μάρτυς ἀξίπιστος αὐτὸ τὸ νόμισμα τοῦ Μακεδονοῦ Ἀλεξάνδρου ταυαῦτη εἰκόνη καλλωπιζόμενον. Sed in isto tamen nummo, quem protulit *Morellus*, a non ipsum potius *Herculem* depictum putemus? siquidem *Alexandrium* si pra se ferret, cornutam ejus imaginem futuram prius existimem, praecipue cum ab altera parte *Jovem* Fulminatorem ostenderet: neque diffiteri tamen possum apprimē convenire hunc nummum descriptæ a *Constantino* figuræ: sed deliberent peritiores.

<sup>92</sup> Ἀλεξάνδρειον] *Zeno* Philosophus *Alexandrii* argenti meminit, ut elegantis & oculos ferentis, sed alias malæ notæ apud *Lætre*. lib. VII. KÜHN.

<sup>93</sup> Πτολεμαϊκόν] C. V. Πτολεμαϊκόν· nec aliter legit *Interpres*. KÜHN.

Πτολεμαϊκόν] MS. Πτολεμαϊκόν· quivis videt emendandum *Πτολεμαϊκόν*, ut etiam recte habet *Hofstus* lib. III. *Rei Numm.* cap. 11. tm. 13. & *Ptolemaicam moneta* interpretatur *Avus meus* ἴ. *Camerarius* lib. de *Numism.* JUNG.

Πτολεμαϊκόν] *Kühnius* in textu *Πτολεμαϊκόν*, & ita *Gualtherus* in ejus expressit versione, neque legebat aliter *Falckenburgii* Codex: alterum vulgatum nauci non est. Sequitur *Δημαρίτιον νόμισμα*, quod Siculis ἡμιχρυσῶν effecisse putat *Scaliger* de *R.N.* p. 13 & 17.



Demaretium, quorum cognomina nota sunt omnibus. Demareta enim Gelonis uxor, in Libyco bello illo penuria laborante, petito a mulieribus ornatu (muliebri) confusoque, numum cudit. Hoc autem non omittendum quod Atticum Talentum sex mille faciebat drachmas Atticas. \* Babylonium vero septem mille. Æginæum vero decem millia. Syrorum autem quingentas & mille : ad

καὶ Δημαρέτιον, ὧν <sup>94</sup> τοὺς ἐπωνύμους γνωρίζοντων ἀπάντων, ἢ Δημαρέτη Γέλωνος οὔσα γυνή, κατὰ τὸν πρὸς <sup>95</sup> Λίβυας πόλεμον ἀποροῦντος αὐτοῦ, τὸν κόσμον αἰτησαμένη πρὸς τῶν γυναικῶν, <sup>96</sup> συγχωνεύσασα νόμισμα ἐκόψατο. <sup>97</sup> Τοῦτο γέ μὴν οὐκ ἀκαιρον, <sup>98</sup> ὅτι τὸ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον <sup>99</sup> ἑξακισχιλίας ἐδύνατο <sup>100</sup> δραχμαῖς Ἀττικαῖς. <sup>1</sup> τὸ δὲ Βαβυλωνίων. ἑπτακισχιλίας. τὸ δὲ Αἰ- 86  
γυπτίων μυρίας. <sup>2</sup> τὸ δὲ Σύρων πεντακοσίας καὶ τετρακισχιλίας. τὸ δὲ Κιλικίων τρισχιλίας. τὸ δὲ Αἰγυπτίων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς

cujus autem vir summus hoc noverit indicio, quove dixerit argumento, proflus ignorare me fateor : neque designare nummi *Demareti* pretium valeo, nisi staterem forsitan censeas : certe nummus *Alexandri* staterem valuit, ut ex primo capite scimus : eodem itaque stateris constituisse pretio *Berenicium*, *Ptolemaicum*, & *Demaretium* nomisma cum *Alexandrio*, veri non est absonum : meminit *Demaretis*, ab ejusque nomine dicti nomismatis *Scholias*tes *Pindar*. ad *Olympion*. *id.* β. ἢ δὲ ὁ Θῆρων [cujus honori ode *Pindarica* erat sacrata] ἀνεκασθεν ἀπὸ Οἰδίποδος ἐκένδουσε δὲ Γέλωνι τυράνῳ ἐπιδιδούς αὐτῷ τὴν θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτιον προσνομισαθή νόμισμα : quæ eadem non multum diversis vocibus paululum inferius ad ipsam Oden ita reperuntur : Θῆρων ὁ τῶν Ἀκραγαγντίων βασιλεὺς Γέλωνι τῷ Γίρωνος ἀδελφῷ ἐκένδουσε, γάμου συνάπτει τὴν αὐτοῦ (αὐτοῦ) θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτιον νόμισμα ἐν Σικελίᾳ. Δημαρέτην αὐτὴν & Δημαρέτιον νόμισμα cum dixit *Diodorus*. Sicule seu Dorice loquutus est. Mox autem vulgo fuit in textu γνωρίζοντων πάντων pro quibus ἀπάντων addita meliori distinctione reddidi.

94 Τοὺς ἐπωνύμους ] Ἐπωνύμοι dicuntur illi, a quibus nomina sua acceperunt numismata. Mens itaque Auctoris eo reddit, se nolle explicare quid sit *Philippum* &c. cum omnes norint illos, qui dederunt nomina his nomismatibus : solum autem *Demaretium* enarrat, quia non æque in vulgus notum est, ejus denominatio unde sit. Kühn.

Τοὺς ἐπωνύμους ] MS. ἐπωνύμους, & ἀπάντων & mox Δημαρέτη emenda omnino & distingue : ὧν τοὺς ἐπωνύμους γνωρίζοντων ἀπάντων, ἢ Δημαρέτη Γέλωνος &c. quorum nominatores, vel illos, a quibus nomen acceperint *Craesæ*, *Philippæi*, *Darici*, *Berenicium*, *Alexandrium*, *Ptolemaicum*, & *Demaretium*, illos inquam cum noscant omnes, quod ad *Demaretium* attinet, illa &c. Δημαρέτη παροxytonως recte habet & *Hofstus* hæc referens, *lib.* III. *cap.* 8. *tm.* 16. itaque apud *Hesychium* est in Δημαρέτιον & apud *Diod.* *Siculum* *lib.* II. Δημαρέτη, Δημαρέτιον. JUNG.

95 Λίβυας ] MS. plenius τοὺς Λίβυας &c. Sed accentu pariter perverlo : scribe τοὺς Λίβυας. JUNG.

96 \* Συγχωνεύσασα ] F. συγχωνεύσασα. Quod ad rem ipsam, *Hesychius* similiter refert : sed *Diodorus Siculus* discrepat, quem vise libro undecimo, fol. 21. *Wechel.* SEB.

\* Συγχωνεύσασα ] C. V. συγχωνεύσασα, *constans*, recte, si modo addatur καὶ σ. *Diodorus* hoc nomisma 10. drachmas Atticas valuisse, dictumque esse a Siculis πιντκακισχιλίων ἀπὸ τοῦ σταθμοῦ. Kühn.

\* Συγχωνεύσασα ] Rectissime nollet *Seberus* conjectit συγχωνεύσασα id enim proflus ita habet MS. nollet : ne dubites id itaque *Polluci* reddere. Vidit id & *Avus meus*, qui *lib.* de Numism. hæc ita vertit. Ἐ constans οὐκ ἔστιν, mundo sc. *Hofstus* inepte, ac tradidit, Ἐ nummum percussit. JUNG.

\* Συγχωνεύσασα ] Cum Kühnio textum emendavimus, dedimusque συγχωνεύσασα. nec aliter legit *Sperlingius*.

97 Τοῦτο γέ μὴν ] Laudat hunc locum *Budaus* libro quarto de asse circa princ. legens mox τὸ δὲ Σύρων & mox omittens δραχμαῖς, quod nec sensus fert. SEB.

Τοῦτο γέ μὴν ] Scribe τοῦτο γέ μ. ut & MS. habet : in quo ad oram tale summarium : περί διαφορῶν τάλαντων. JUNG.

98 Ὅτι τὸ μὲν Ἀττ. τ. &c. ] Deest μὲν in MS. JUNG.

99 Ἑξακισχιλίας &c. ] Sex millibus denarium ait *Aludus Manutius* *lib.* II. de quæsit. per epist. φ. 7. & *Ant. Augustinus* Annotat. in *Festum* ad *Euboicum* : vid. & *Hofstus* *lib.* II. de Ponderib. *cap.* 7. *tm.* 1. n. 7. & *lib.* III. *Rei Numm.* c. 12. *tm.* 1. JUNG.

100 Δραχμαῖς ] Emenda δραχμαῖς Ἀττ. JUNG.

centu quoque priores editi. Sed *πελίχας* habet *Casaub.* ad lib. XI. *Athen.* c. 13. Apud *Athenaem* enim sunt *πελίχαι* eundem *Comici Cratini* locum innuentem ex *Callistrati* ὑπομνήμασι *Θρατῶν Κρατίνου* & ibidem *πελίχη*, & e *Seleno* *πελίχας*. An itaque & hic *πελίχας* scribendum? ut clare apud *Athenaem* est. JUNG.

*Πελίχας*] Nihil a vulgaris plerique MSS. dissentiunt, nisi quod accentum alio loco ponant, ac *Seberus* edidit: ut tamen in hoc scribendo nomine librarii manu aberrasse putem, persuadent Excerpta *Falckenburgiana*, quæ *πελίχας* agnoscunt veram *Pollucis* scripturam, si modo *πελίχας* refeceris; nam τ & π in quibusdam MSS. tam simili sunt figuræ ductu, ut alteram ab altera vix possis discernere: sic autem in contextu *Polluceo* reposui, nam & ipse *Notter Ansthor* Segm. 73. *πελίχη* habet, ut legendum docebimus e MSS. & Segm. 78. nomen *Ἑλικῆ* *πέλικαν* seu *πέλικαν* a *Βαοῖ* autem fluxisse vocem ostendit infra *Pollux*, & apud *Athenaem Seleucus*: quæ res induxit me, ut a Phœnicibus acceptam crederem: in Arabica sane lingua *Πῶϕ* & *Πῶϕ* mensuræ quoddam genus designat, a dividendo sic dictum; eandemque vocem simili notione a Syris usurpatam docuit me *Isa Bar Ali*: a Phœnicibus itaque ad *Bœotos* cum plurimis aliis & hoc translatum fuit, ea quidem primum significatione, quam apud eos vocem obtinuisse dixi, unde lapsu temporis, ut fieri consuevit, ad alias notiones, quas parere potuit aut similitudo figuræ cum poculis aliis, aut usus etiam vulgaris, est devoluta: videmus itaque *Pollucem* juxta veteresque Grammaticos dubitasse, calicemne designaverit *πελίχη*, an potius effundibilem: prius sanequam præter, si *Selenus* sit audiendus apud *Athenaem* lib. XI. *Σείλευκος δὲ πελίχων Βιωτοῦς μὴν τῆν κύλικα* posteriori vero aptius convenit, quod *Idem Athenæus* e *Cratete* refert, habuisse postea hæc vascula figuram *ειροχῆς*, non itaque & dissimilem usum, uti puto, cum solent olim similes esse *Panathenæicis* ampullis. Convenit autem *Hesychii* *πελίχη* cum *Bœotorum* *πελίχη*. Sic ille: *Πελίχη, τρίβλιον ἐκπέταλον* quamvis autem patulus sit calix, ideoque hæc expositio non inepte quadret, & ipse literarum ordo suffragetur, haud potui tamen avertete mentem ab erroris suspitione, quem commisisse puto aut *Hesychium* aut ejus notarium, quamvis hoc se neget usum, dum alteruter vel in pravam incidit scripturam, vel rectam minus attente legit: scilicet ita fuerat scribendum: *Πελάχη* vel *Πελάχη* sic enim ipse alibi: *Πελάχη, τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια* ut eximie *Casaubonus* emendavit ad *Athenaem* libr. XI. c. 14. ad quæ tamen *Hesychiana* nugæ fundunt viri summi *Salmastius* & *Guyetus*: audi doctissimum *Lexicographum* alio loco: *Πεταχον, ποτήριον ἐκπέταλον* αὐτὸ δὲ καὶ *Πεταχον* sic emaculandum: *πέταχον* habet *Athenæus* ex *Alexidis Drogide*, pariterque *ποτήριον ἐκπέταλον* exponit: inde *πεταχουῦσθαι* apud eundem: *Hesychius* diversa scribendi ratione: *Πεταχουῦται, ἐξυπτῶνται, τρυφᾷ* hinc emendanda videri possint illa: *Πεταλῶνται, ἐξυπτῶνται, τρυφᾷσιν* ut & *Soriprius* censuit, & ibi adnotavit: quanquam ego de *πεταλῶνται* rationes esse judicem, quæ vulgaritam lectionem confirmant: nam præter ordinem literarum paulo superius tale *Lexicographus* egregius excerpterat: *Πεταλῶν, ἁκμαῖστατον, εὐειδιστατον* sed reponendum, *πεταλῶνται*, significatione a foliis virentibus petita: unde si descendat *πεταλῶνται*, percommode significationem habeat τῶν τρυφᾶν vel ἐξυπτῶσθαι, *μυστικῶς ὑπομνηστικῶς* deducunt esse: scribendum enim ἐξυπτῶνται. Restat alius in eadem voce vitio liberandus *Hesychii* locus: *Πατάσια, τὰ ἐκπέταλα λοιπάδια, καὶ τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια, ἃ παιδάχαια καλοῦσι* τινὲς δὲ διὰ τοῦ ββατάνια λέγουσι

legendum inquam *πεδάχαια*, vel *πιδάχαια*, nam quæ de *πατέλλοις* *Soriprius* adfert, inutilia sunt: id omne vero magis communit opinio meam de *πελάχη*, cui potest accedere, quod & *Hesychius* *Πάταρα*, quæ cum *πεδίχαι* eadem, exponat *τρίβλια*, ut scilicet *πελάχων* jam vero si consideres Grammaticorum consensum, qui *πέταχον*, *ἐκπέταλον* ποτήριον exponant, nihil autem de *πελίχη* & *πελίχη* simile tradant, & cum istis componas *Hesychii* de *πελάχη* verba, quid id aliud in mentem tibi revocare possit, quam vera esse quæ dixi? per me tamen licebit, si quis contra sentiat; in aliorum enim arbitriis dominari nec possim, nec, si possim, velim. Ad sequentia me confero. ubi *προχοῖαι* priores editiones habuerunt: bene MSS. *προχοῖδια* ego restitueram olim *προχοῖαι* ad eundem sensum, vel *χοῖαι* ex *Athenæo* & *Notstro* Segm. 73.

51 Προχοῖαι] MS. προχοῖδια. SEB.

Προχοῖαι] C. A. προχοῖδια. C. V. προχοῖδια, cum diatresi: *Salm.* idem affert. KÜHN.

*Προχοῖαι*] *Καταβόπος* noster loco dicto *προχοῖαι* habet, hæc proferens. Sed MS. tam noster quam *Seberus* habet *προχοῖδια*. Sic itaque reponemus: vocula *παε* & supra Segm. 61. corrupta erat: & eam ex *Cratino* ipso habes supra Segm. præc. JUNG.

52 Σκηναῖς καταλ.] C. A. Σκηναῖς καταλαμβάνουσας (leg. καταλαβουσας) λ. τὸν τ. ἑ. τ. χυτρίαι, εἰρηται δὲ τῶν &c. KÜHN.

*Σκηναῖς καταλ.*] MS. *Σκηναῖς καταλ.* recte habet, ut semper scribendum docuit *Casaub.* IV. *Athen.* 20. Sed ineptus quis *Σκηναῖς* reposuit, ut vulgati antea habent. JUNG.

*Σκηναῖς καταλαμβάνουσας*] Recte sic eddit *Seberus*, cum ante eum *Σκηναῖς* errore pervulgato editum fuerit: forsitan illa fabula *Comicus* mulierum, quæ scenas erant occupaturæ, turbas molestissimisque discursus pertrinxerat, & alia, quæ ad rem illam attinebant, immiscuerat, ut & ex addito loco parere potest: in illo *Falckenburgii* Codex legit *ἐπτακόδουλον*, pro *ἐπτακότυλον* sed vulgata murandi causam non video, neque quid illud *ἐπτακόδουλον* velit satis assequor; non enim puto, ad condy barbarici poculi genus confingere licet, aut *κοδύλους* interpretari nodos vasculi, seu volumina, ut *ἐπτακόδουλος* *λίγκυες*, ampulla fuerit per septem volumina assurgens, cujusmodi vasculorum genus aut poculorum nec ætate nostra ignotum est: sed hæc missa faciam: restitui porro *χυτρίαι* quamvis enim analogiæ *χύτριος* non adverteretur, usu tamen haut comprobaturum est. Quod adjecimus e MSS. *ἰ* *ἔχοιμι συνθεατρίας* extat & in *Falckenburgii* Codice: inde vero licet augurati feminam aliquam secum tulisse ampullam, cum ad scenam iret: ideoque illam ampullam *Comica* facetia *συνθεατρίας* appellat ipsa mulier, quæ ludos scilicet secum visura vaderet. Sequebatur vulgo: *εἰρηται δὲ τῶν* aptius liber *Palatinus γὰρ*, quod reposui: *λίγκυον* igitur pro poculo posuit ibi *Aristophanes*, cum significet ampullam oleariam, simili ratione, atque *Cratini* *ὄμβραφον* abusus est de vase vinario, cum id proprie sic diceretur, quod acetum asservabat. ut *Athenæus* ostendit libr. XI. & *Colloquia Scholastica*: *Acetabulum, ὄμβραφον* *Antiphani* *Μυστικῶς* citat *Porphyrus* *περὶ Ἀποχῆς* lib. II. §. 17. ibique de vero cultu divino egregium inde fragmen habet; videturque *Comicus* præcipuum id in hæc fabula tractasse argumentum, ut corruptas sacrorum leges atque cœremonias pungeret occulte & perficeret, dum interim illa sancta initiataque femina veram religionem cultumque divini numinis cultum præciperet, qui non pompa & sumptibus immensus, sed mente pura frugalique parsimonia constat: omnino legendus ille apud *Porphyrum* locus: *Hesychius*: *Μυστικῶς, μεμνημένη*. *Κεραιῶν* cum *Kühnio* textui reddidi pro *κεραῖων* *σπίδος* *κε*  
thum



thum septem cotylas continentem, ollam pulchram, quam gestabam: nunc vero de poculo dictum est: ut apud Cratinum in Pycina, vinarium acetabulum. Et in Antiphani Mystide: ex acetabulis fictilibus bibebamus: \* sed in Acharnensibus Aristophanis: ex vitreis poculis, & aureis. Quod autem Cyrillium nominatum est, Antisthenes in Hortatoria ad Asianum Oratione, Bombylium appellavit:

κυθον τὴν ἑπτακότυλον, <sup>53</sup> τὴν χυτραίαν, τὴν καλήν, ἣν ἐφερόμην, <sup>54</sup> ἢ ἔχομι συνθεάτριαν εἴρηται γὰρ νῦν ἐπὶ ἐκπώματος, ὡς περ καὶ τὸ <sup>55</sup> παρὰ τῷ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνῃ <sup>56</sup> οἴνηρον ὄξυβαφον καὶ τὸ ἐν Ἀντιφάνου Μύστιδι, ἐξ ὄξυβαφίων <sup>57</sup> κεραμίων ἐπίνομεν \* ἐν δὲ Ἀχαρνεύσιν Ἀριστοφάνου, <sup>58</sup> ἐξ ὑαλίνων <sup>59</sup> ἐκπωμάτων, καὶ χρυσίδων τὸ δὲ καλούμενον <sup>60</sup> κυρίλλιον <sup>61</sup> πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, βομβύλιον μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ.

ραμίων apud Nostrum aliquoties habuimus, & infinitis locis in *Athenais* lib. XI.

<sup>53</sup> Τὴν χυτραίαν, &c.] MS. χυτραίαν, τ. κ. ἢ ἐφερ. ἢ ἔχομι συνθεάτριαν εἴρηται &c. Elegans locus qui versus *Comici* ipso continet: primum vero χυτραίαν legendum puto, id est, *fidilem*: sic supra *Segm.* 30. τένχος κεραμίων, γάϊον, χυτραίον, χαλκαῖον. Jam totum locum ita concipiamus: καὶ τὴν ἐν Ἀριστοφάνου Σκηνᾷ καταλαμβανούσας λήκυθον,

τὴν ἑπτακότυλον, τὴν χυτραίαν, τὴν καλήν, ἣν ἐφερόμην, ἢ ἔχομι συνθεάτριαν.

Eundem hunc locum respiciebat scilicet *Noster* supra, quum *συνθεάτριαν Ἀριστοφάνου* dixisse diceret IV, 121. & VI, 158. meminit & II, 56. JUNG.

<sup>54</sup> Εἴρηται δὲ νῦν] C. V. γὰρ post ἐκπώματος sub-  
jicit omisissis ceteris C. A. τὸ δὲ καλούμενον &c. KÜHN.  
Εἴρηται δὲ νῦν] MS. γὰρ νῦν, pro δὲ νῦν & malim  
αιτιολογικῶς. JUNG.

<sup>55</sup> Παρὰ Κρ.] MS. π. τῷ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνῃ. Sed *Πυτίνῃ* vulgatum rectum est, ut *Segm.* 70. quam a *πυτίνῃ* vinearia, cujus supra fit mentio VI, 14. & ut quidem MS. habet & infra *Segm.* 72. dictam puto: & alias recte etiam in MS. scribitur. Locus *Cratini* supra VI, 23. adfertur & longe plenior apud *Athen.* lib. XI. ubi recte ἐν Πυτίνῃ etiam. JUNG.

<sup>56</sup> Οἴνηρον ὄξυβαφον.] Supra VI, 23. idem hic locus plenior. SEB.

<sup>57</sup> Κεραμίων] Legendum ex *Athen.* libr. X. c. 13. κεραμίων, ex *fidilibus acetabulis*. KÜHN.

Κεραμίων] In χρίσει *Antiphani*, MS. κεραμίων. Et sic scribe, est autem senarius:

Ἐξ ὄξυβαφίων κεραμίων ἐπίνομεν.

Quem cum aliis habes apud *Athen.* lib. XI. ubi quoque ἐν *Μυστίδι* paroxytonῶς est. Sed & ibi *Μυστίδι* potius scribamus, ut in libr. X. *Dipn.* est, ubi X. Animadv. 11. hunc locum adducit *Casaubonus* noster. JUNG.

<sup>58</sup> Ἐξ ὑαλίνων ἐκπ.] Vid. supra VI, 100. SEB.

<sup>59</sup> Ἐκπωμ. καὶ χρυσίδων.] MS. ἐκπωμάτων καὶ χρυσίδων recte χρυσίδων & hoc repono pro vulgato χρυσιῶν. Locus est non longe ab initio *Acharnensium*:

Ζενίζόμενοι δὲ, πρὸς βίαν ἐπίνομεν  
Ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων, καὶ χρυσίδων  
Ἄκρατον οἶνον ἠδύν. —

Indicavi & supra VI, 100. ubi non addebatur nomen fabulae. JUNG.

Ἐκπωμ. καὶ χρυσίδων.] *Χρυσίδων* e MS. suo, *Antiphani*que loco restituendum docuit *Ζηγγετμαννυς*, quem sequutus sum: non alia ratione ἀργυρίδες.

<sup>60</sup> Κυρίλλιον.] C. V. κυρίδιον C. A. κυρίλιον quasi κυρίλιον a κυρὸς *τοτυνδης*; est enim vasculum *στρογγυλοειδές*. KÜHN.

<sup>61</sup> Πρὸς τῶν Ἀσιανῶν] *Interpr.* hæc verba transposuit ad ἐν τῷ προτρεπτικῷ reddidit enim, *Hortatoria ad Asianum Oratione*: Melius MSSci τὸ δὲ καλούμενον κ. πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, quod ab *Asiaticis* κυρίλιον dicitur, id *Antisthenes* in *Protreptico βομβύλιον* dixit: eandem lectionem affert *Salm.* KÜHN.

JULII POLLUCIS.

Πρὸς τὸν Ἀσιανὸν] MS. πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, βομβ. tot sit me hic locus ob malam interpunctionem, quæ & in MS. extat. Jam illa disjuncta, & MS. lectione recepta, omnia plana; Ita scribe: τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν, βομβύλιον μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ Ἀσιανὸς vocatum *Cyrillium*, id *Antisthenem* dixisse ait in *Protreptico βομβύλιον* alios vero σύστομον id nominare: quibus addit & suam opinionem, forte potius στενίστομον adpellari debere. De *Antisthene* eadem habuisti & supra VI, 98. sine dubio autem suum κυρίλλιον ad sonum, qui editur eo vasculo, dum ex eo bibitur, bilbiente, Asiani finxerunt. De *Bombylio* vid. *Casaubonum* nostrum VI. *Athen.* 18. JUNG.

Πρὸς τὸν Ἀσιανὸν] *Levicula* menda tenebras ingentes huic loco offudit: rescindendus est, ut in *Excerptis* legitur *Falckenburgianis*: τὸ δὲ καλούμενον κυρίλλιον πρὸς τῶν Ἀσιανῶν scilicet incolæ minoris *Asiæ* poculi quoddam genus κυρίλλιον appellarunt, cui βομβύλιον adsimilat *Pollux* noster: de *Κυρίλλῳ* nihil commemorari videtur certe non, ut βομβύλιος a sonitu, sed ab auctore *Cyrillo* nominis originem traxisse: βομβύλιον plurima mentio in veterum scriptis est: inter antiquissimos nominat *Hippocrates*, & ex eo *Galenus* in *Glossis* ἐκπωμα στρογγυλοειδές: sic enim scribendum: *Hesychium* adde & *Etymologum*, qui plura de hoc vase adnotant: in *signe Athenais* fragmentum, quod ab interitu vindicavit *J. Casaubonus Anim.* in *Athen.* XI. c. 4. βομβύλιος, θηρίκιον ῥοδιακόν οὐ περι τῆς ἰδέας Σωκράτης φησὶν οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοτες ὅσον θέλουσι τάχιστα ἀπυλλαγίσσονται, οἱ δὲ ἐν βομβύλιῳ κατὰ μικρὸν στόζοντες: quibus angustii fuisse oris vasculum illud lucide satis ostendit *Socrates*, modo ne sit error in isto nomine, ex quo humor destillare saltim possit: contra ea vero φιάλη parulam fuisse, ex qua quis ocius quantum voluerit bibat. Sed ex *Suida* hoc porro adferre lubet de βομβύλιῳ βομβύλιος, inquit, ζῶον, ἢ τὸ βῆσιον λεγόμενον quod βῆσιον *Amilius Potius* plane non intellexit: potuisset tamen ex istis *Hesychii*: βῆσιον, ποτήριον qui in λήκυθος etiam illa voce utitur, βῆσιον υαλίνον ubi perpetam doctissimi viri de βικρία, vel βικίῳ reponendo cogitant: vetustissimum autem illud nomen posteriori ætate cum pluribus aliis revixit, & in usum abiit: pocula vero βῆσια, vel βῆσσα ab antiquis ob cavitatem nominata, ut & de κοτύλοις observavimus: illius pristinae notionis vestigia sunt in vocabulo βῆσσα *Hesychius*: βῆσσαί, κόλαι καὶ ὑδρηλοὶ τόποι ad in βασισίας, ut præteream alios: apud *Alexandrinum* autem βῆσσα certam quandam poculi speciem designabat, quod inferius latum atque ventruosum oris erat angustii: illud *Athenais* nobile fragmentum: βῆσσα, ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἰστενωμένοι ἄνωθεν unde simul apparet optime *Suidam* & apposite βομβύλιον exposituisse βῆσιον silentio vero non involvendum est *Coptos* poculum appellare πῖσσα, vel πῖβσσα. De βομβύλιῳ vero id porro notandum, posse nos aptissime Latine dicere bilbimum, siquidem in *Glossis Phylaxeni*: Bilbinus, ἴδος ἀγγείου quod tractum a bilbiente sonitu, quem



οἱ δὲ καὶ <sup>62</sup> σύστομον <sup>63</sup> αὐτὸ ἄνομαζουσι τὸ δὲ σύστομον, ἄνομα Φιλήματες ἐστὶν ἐν τοῖς <sup>64</sup> Τηλεκλείδου Ἀψευδέσι μετ' ἄλλων πολλῶν εἰρημίων μῆποι ὧν βέλτιον στενόστομον αὐτὸ καλεῖν <sup>65</sup> εἴρηται δὲ τὸ ἄνομα <sup>66</sup> ἐπὶ ἀμφορέως ἐν Σατυρικῷ δράματι Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου, στενόστομον τὸ τεύχος. \* <sup>67</sup> ἔξεστι δὲ τὴν τράπεζαν, <sup>68</sup> ἐφ' ἢ τὰ

alii vero idem systomum nominant. Systomum vero, osculi nomen, in Telectidis Mendacibus inter multa alia dictum est: neque tamen melius hoc στενόστομον nominare: de utrisque vero hoc nomen dicitur, in Satyrica Fabula <sup>69</sup> Aeschyli, Praeconibus scilicet, Vas angustioris. \* Licet autem mensam, cui pocula

humor effusus excitat: Idem: *Bilbit*, βομβύζειν videndum *Casaubonus* illo loco, quem *Jungermannus* monstravit. Sed desistere jam tempus est, neque enim breve spatium, quod includit me, quae mihi de βομβύζειν aliisque similibus poculis habeo congregata, promere permittit: festinantes inserimus obiter, quibus alio- tum studium & operam in istis planius & elegantius expediendis elicere velim. *Antisthenis* Philosophi Προπρατικῶν adduxit *Nasser* lib. VI. ubi itidem de bombylio: scripsisse vero adhortatorium illum sermonem, quo juvenes a luxu libidinosisque voluptatibus sevocaret, congregaretque cum virtute, ut putemus, vita viri & sapiens institutum facit: habemus & *Galenus*, sed alius argumenti, λόγον προπρατικῶν vide sis *Isocratem* ad *Demonicum* sub initium.

62 Σύστομον ] Ita dictum, quod os ejus in arbutum coibat: post ἄνομα, C. A. nihil addit in hoc capite. KÜHN.

63 Αὐτὸ ] MS. male αὐτῷ, vitio solenni. JUNG.

64 Τηλεκλείδου Ψευδῶν ] C. V. ἀψευδῶν μ. α. π. εἰρημίων infra iterum legit C. V. ἀψευδῶν cap. 24. quae lectio sine dubio verior vulgata: post εἴρηται distinctio ponenda ὑποταξίᾳ. KÜHN.

Τηλεκλείδου Ψευδῶν ] MS. Τηλεκλείδου ἀψευδῶν μετ' ἄλλων πολλῶν εἰρημίων. Et εἰρημίων quidem pro vulgato εἰρημίων malim. De ἀψευδῶν vero, qui vulgatis Ψευδῶν prorsus contrarii, quid dicamus? Dum alia nos viri docti docent, MS. nostrum sane sequamur, & ita *Pollucem* scripsisse putabimus. Servat enim hanc scripturam MS. & infra *Segm.* 98. denuo in Τηλεκλείδου Ψευδῶν habens, ubi & aliquam Poëtae χρῆσιν nobis servavit. *Suidas* saltem tres enumerat fabulas hujus *Comici*, & quidem, ut ait ex *Athenais* *Diaprosophists*: qui sunt *Ἀμφικτύονες*, *Πρωταῖεις*, *Στέρροι* quorum priores duae etiam a nostro laudantur. JUNG.

Τηλεκλείδου Ψευδῶν ] Vitiosa loci scriptura *Meursium* inductus in ceteris *Comici* fabulis Ψευδῶν enumeravit in *Attica Bibliotheca*: nobiscum vero melius agit, qui in istiusmodi Codices inciderimus, quorum opere atque fide pristinum fabulae titulum habere datur, nimirum Ἀψευδῶν *Telectidis* exitit, nulla vero Ψευδῶν, quos & infra, MSS. sponforibus, erademus, neque, quantum in nobis est, mendaces unquam simplicium integrorumque locum obtinere patiemur. Ex hoc autem *Pollucis* nostri loco constat, enumerasse *Telectidem* plurimas osculorum species, & inter ea σύστομον, quod labelis compressis, & ore contracto pangebatur.

65 Εἴρηται τούτομα ] MS. plenius: εἴρηται δὲ τούτομα. JUNG.

Εἴρηται τούτομα ] Politius liber *Palatinus* εἴρηται δὲ quod ita scripsisse *Pollucem* existimabis: sed illud in vulgatis editionibus turpius erat ἐπ' ἀμφοτέρων, in cuius e MSS. locum successit ἀμφορέως. *Aeschylus* *Pracones* Satyros sapissime nominat *Audor* noster, de quibus in sequentibus & nobis verba erunt facienda. *Stενόστομον* vero non puto fuisse olim certum quoddam vasculi genus; ac quodvis vasculum ore angusto στενόστομον dictum fuit, unde saepius apud *Grammaticos* στενόστομον ἄγγειον, nec aliter in *Aeschylus* στενόστομον τεύχος: posteriori aetate vero στενόστομα fuerat appellata vascula quaedam oris angustii, sicut ex

*Artemidoro*, cujus & ego mihi locum notaveram, post *Casaubonum* observat *Jungermannus*: non isthac itaque *Pollucea* de στενόστομον usquequaque laudare velim & approbare, quippe qui ne *Aeschylus* quidem locum apte satis usurpaverit, in quo non στενόστομον solum, quod veteris scriptoris auctoritate munendum erat, de amphora dicatur, sed στενόστομον τεύχος.

66 Ἐπὶ ἀμφοτέρων ] *Casaub.* malit ἀμφορέων lib. II. de *Saty.* *Poësi* pag. 169. vid. & *Anim.* in *Athen.* X, 7. SEB.

Ἐπὶ ἀμφοτέρων ] C. V. ἐπὶ ἀμφορέως στενόστομον τὸ τεύχος: est descriptio amphorae cum angusto ore. KÜHN.

Ἐπὶ ἀμφοτέρων ] Sed quod sequitur ἐπὶ ἀμφοτέρων, plane corruptum est. *Magnus Casaubonus* lib. II. de *Satyrica Poësi* c. 5. ubi de *Aeschylus* hoc dramate Satyrico, mavult ἀμφορέων. Laudanda viri εὐστοχία: non poterat proximus scopum. MS. enim nolter ἐπὶ ἀμφορέως diferte habet: reponere itaque MS. scripturam: εἴρηται δὲ τούτομα ἐπὶ ἀμφορέως ἐν Σατ. &c. Alias ve-teor ne quis & *Pollucis* objicere queat, στενόστομον suum quoque generale vimis esse. Nam libet proferre verba *Athenis* nostri Magni ex VI. libr. *Animadvers.* in *Athen.* c. 18. quum nil melius a nobis possemus tibi largiri, *Enere in usu & alia quadam angusti oris pocula, recentioris inventi, de quibus Artemidorus libro primo, cap. 67. ἔστι τιτὰ τῶν ποτηρίων στενόστομα οὐ πάλα ὑπ' ἀνθρώπων εὐρημῖνα' at bombylium & antiqui norant.* JUNG.

67 ἔξεστι δὲ τὴν τράπεζαν ] Male in MS. puto omiffa ἔξεστι δὲ τὴν τράπεζαν. JUNG.

68 Ἐφ' ἢ τὰ ἐκπῶμα κατὰκ. ] C. V. ἐφ' οὐ τ. ε. κ. τράπου τὴν τράπεζαν &c. quod indicat τὴν τράπεζαν omitti posse. KÜHN.

Ἐφ' ἢ τὰ ἐκπῶμα κατὰκ. ] MS. ἐφ' οὐ τὰ ἐκπ. κατὰκείται: quasi ad τὸ τεύχος praecedens haec referret: & κατὰκείται vulgato κατὰκείται quidem non cedat. JUNG.

Ἐφ' ἢ τὰ ἐκπῶμα κατὰκείται ] Quamquam id haud ita magni sit ponderis, obsecutus tamen MSS. κατὰκείται in textu posui, quem esse Graecae linguae frequentissimum morem tirones sciunt: plenius deinde & splendidius *τετράπου τὴν τράπεζαν εἰπεῖν* te aberat ante nos. De loci vero sensu egregie discepat cum eruditissimis hominibus *Jungermannus* nolter, quos facile potuisset ab opinione sua retrahere sola vocis ipsius consideratio, quae si sit abacus, in quo calices reponantur, quam analogiae rationem unquam habere possit? haec tamen in eadem sententia vir eruditissimus *Vossius* in *Etymol.* Apponam verba: *A calix est caliculare, & κατὰ συγκοπὴν caliculare, mensa cui calices imponuntur: Gloss. τραπεζοφόρον, (sc. τραπεζοφόρον) caliculare. Graecum hoc est & apud Pollucem, qui interpretatur τράπεζαν, ἐφ' ἢ τὰ ἐκπῶμα κατὰκείται.* Et hercle subduclis bene rationibus, etiam si praclare agat *Jungermannus* noster, scrupuli quiddam in ea re superest, tam quod ad ipsum *Pollucis* locum adinet, quam quod ad alia: illud in *Glossis* profecto: *Caliculare, τραπεζοφόρον*, quis enim ita scribendum dubitet, uti dudum emendavit *Bonav. Vulcanius*, admodum eorum rationibus favet, qui *τραπεζοφόρον* apud *Pollucem* de mensa, quae pocula fert & calices, intelligunt, il-





imposita sunt, quadrupedem mensam appellare, & unipedem : & si quis secundum usus novitatem honestius loqui velit, mensægerulum : non enim de hoc nomen inveni in Aristophanis Agricolis. Quoniam autem mensægerulus dictus est, nomine hoc uti licet, tanquam de eo dicto, qui men-

ἐκπώματα κατάκειται, <sup>69</sup> τετράπουν τε τράπεζαν εἶπειν, καὶ μονόπουν· καὶ εἴ τις βούλοιοτο <sup>70</sup> Φιλοτιμείσθαι πρὸς τὴν καινότητα τῆς χρήσεως, τραπέζοφόρον· <sup>71</sup> οὐκ ἐπὶ τούτου μὲν γὰρ εὔρον τὸννομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Γεωργοῖς· ἐπεὶ δ' οὐν εἴρηται ὁ τραπέζοφόρος, ἔστι καταχρησθῆναι <sup>72</sup> τῷ ὀνόματι ἐκεῖ ρηθέντι ἐπὶ τὴν τρά-

lam enim significationem non esse falsam & improbam demonstrant : nam quod de analogia dixi, hæc solet aliquando multis modis insecti, ut eam in quibusdam frustra requiras : porro consuetudine loquendi vulgari vocabuli istius hæc notio invaluisse videtur, neque antiquitatis auctoritate fuisse tuta : jamque videamus, annon id ipsum apprime lucide Pollux exponat? Licet autem mensam, inquit, in qua pocula collocantur, ἢ τετράπουν τραπέζαν appellαν ἢ μονόπουν· nomine scilicet a pedibus, quibus innicitur, petito : quid aliud expectes jam, quam ut proprium magis illius mensæ nomen tradat *Onomasticographus*? tu vero consideras nunc non aptissime hæc ita connectatur : ἢ si quis voluerit studiose aucupari novitatem ἢ insolentiam usus, τραπέζοφόρον· ubi sanequam ostendit vocis illum usum novum esse, neque ab antiquitate commendari, magis id quidem, quod addat, non invenisse se ea significatione nomen in *Aristophanis Agricolis*, sed alia multum diversa ; at cum τραπέζοφόρος extet, licere abuti istius significatione ad aliam longe rem, ac denotat proprie : videntur hæc omnino ordine non disjungendo conjuncta : præterea in *Paulli* loco locum habere non posse videtur illa τοῦ τραπέζοφόρου notio, quam urget *Jungermannus* noster ; siquidem ibi mensarum genera, non earum fulcra aut aliud quid nominentur : & atzendendum revera sedulo, quid in omni loco quæ præeunt, & quæ consequuntur, postulent, iisque demum cognitis & perspectis de sensu verborum formularumque loquendi statui potest ; ille autem *Basilicorum Interpres*, qui scripserat οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, si Græcam vocem intellexit, & quicquam illa verba ad τραπέζοφόρον declarandum valere possunt, potius ad originem vocis, quam ad usum respexit : neque tamen ego profusus negare velim τραπέζοφόρα, vel τραπέζοφόρους de fulcris mensarum unquam esse usurpatos, cum in hanc potius notionem, quam in aliam illam priorum & vulgarem origo vocabuli inclinet : & ego sic lubens capere velim in *Artemidori* loco, utpote quod ad personam æconomæ longe sit appositissimum, siquidem ille sit fulcrum & columen domus, sicuti ipsius mensæ τραπέζοφόρος· scimus autem somniorum judicia a talibus argumentis præcipue pendere. Hæc omnia cum ad animum revoco, parum abest, quin *Jungermanno* contrarius in sensu loci hujus obsistam, diversæque parti, quos ille omnes vitii insinulat, admissor perpendis rationum momentis, ad illam se sententiam aggreget, quam veri simillimam existimat. Alias & apud *Ciceronem* trapezophori mentio lib. VII. Ep. 23. Quod tibi destinatas trapezophoron, si te delicias, habebis : unde tamen quid *Cicero* per trapezophorum intellexerit, parum liquet.

69 Τετράπουν τρ.] MS. plenius : τετράπουν τε τραπ. ε. καὶ μ. JUNG.

70 Φιλοτιμείσθαι ] Si quis studiosius sequi voluerit novam significationem, τραπέζοφόρον *Paulius* lib. IV. ad *Sabinum* : supellestili legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, delfica &c. in *Gloss.* τραπέζοφόρον, (leg. τραπέζοφόρον) caliclaræ : nisi τραπέζοφόρον, quod fertur a mensa, non quod fert mensam, interpreteteris. KÜHN.

71 Οὐκ ἐπὶ τούτου γὰρ εἶρον ] MS. οὐκ ἐπὶ τούτου μὲν γὰρ &c. JUNG.

Οὐκ ἐπὶ τούτου γὰρ &c. ] Eximius ille Codex Pa-

latinus, qui non tantum in summa rerum, sed & plerisque minutis veram *Pollucis* lectionem retinuit, exhibet ἐπὶ τούτου μὲν γὰρ· quæ vocula ad sententiæ facit elegantiam. *Aristophanis Agricolarum* creberrima & apud *Nostrum* & apud alios Grammaticos est mentio : adeundum ad *Mursium* in *Attica Bibliotheca*.

72 Τῷ ὀν. ὡς ρηθέντι ] C. V. ἐκεῖ ρηθέντι &c. KÜHN.

Τῷ ὀν. ὡς ρηθέντι ] MS. ἐκεῖ, pro vulgato ὡς & rectius. Scribe itaque : τῷ ὀνόματι ἐκεῖ ρηθέντι, nempe in *Aristophanis* Γεωργοῖς. Cæterum ad hunc locum videntur doctissimi viri impegisse, quod tamen cum ipsorum diligentia venia a me dictum esto. Ita enim *Artemidori Onirocriti*. lib. I. cap. 76. ubi ait quod in somnis visæ significantur εἶρηται quidem, θειράποντας ἀμφορείς, τοὺς ὑπὲρ τὰς τραπέζοφόρους, τοὺς οἰκονόμους, videntur accipere de ipsis mensis, allato *Paulli* loco e lib. III. de *Supell.* legata : *Supellestili legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, delfica* &c. trapezophora, ajunt, abuci e quibus vina ministrantur : allato e *Gloss.* veteribus, τραπέζοφόρον, Caliclaræ. eoque trahunt ista *Pollucis* hic ἐφ' οὗ τὰ ἐκπώματα κατάκειται. Non recte nec *Pollux*, nec *Artemidorus* hoc protulit de mensis, nisi valde fallor. Et cautius vetus *Interpres Artemidori* f. *Cornarius* : *fulcra mensæ, trapezophori Græcis dicti*. Non enim de mensis ibi loquitur somniorum ille ἐξηγητής, sed de iis, quæ mensas continent. In *Polluce* vero nostro clarum est, illum proferre hæc verba, ἐφ' ἣ τὰ ἐκπώματα κατάκειται de mensa, quam licet, ait, & τετράπουν, & μονόπουν dicere, & τρίπουν etiam puta, ut in loco *Procopii* apud *Suzacium* X. Observat. 13, qui & recte de *Delfica* accipit : *τρίποδι supra VI, 83. ἐφ' ἧν ἐκείνο τράπεζαι*. Aliter impegit *Leunclavius* eruditissimus *Notatorum* lib. II. cap. 73. Ille vocem trapezophora in dicta libr. III. corruptam esse ait, & scribendum esse trapezophori, quod in *Basilicis* extet, cum hac declaratione, οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, ut intelligantur, ait, *columella sive pedes, qui mensas impositas sustinent*. Et hæcenus recte quidem : nos vocamus scilicet, das gestelle : quamvis non causa litigandi magna sit περὶ λυξείως voculæ illius : quum multa ejusmodi διττῶς dicantur, & tam trapezophora possint esse vera in lib. III. quam τραπέζοφοροι in *Basilicis* : sed quod addit, fallum est : Nam, ait, trapezophora significationem aliam habent, videlicet τραπέζων, ἐφ' ἧν τὰ ἐκπώματα κατάκειται hoc est, mensarum, in quibus vasa potoria collocantur, ut *Pollux* scripsit : tum profert ex *Gloss.* veteri quoque τραπέζοφόρα, caliclaria. Sed ille *Pollucem* mehercule non diligenter inspexit : numquam enim mihi persuaserit ista verba, ἐφ' ἧν (quæ prima ipse finxit ; *Pollux* enim singulari utitur) τὰ ἐκπώματα κατάκειται, *Pollucem* de τραπέζοφόροις protulisse : distincte enim tractat *Pollux* de istis : primum de τραπέζα τετράποδι, vel μονόποδι, sive *Delfica* : tum de τραπέζοφόρω, τῷ τράπεζαν φέροντι. Illis verba ista adjunxit : non huic fulcramento. Eundem errorem & in *Thefauro* sequuti sunt, eodem ista verba *Pollucis*, quo non debebant, trahentes, & dupliciter itaque τραπέζοφόρον, invito *Polluce*, exponentes. *Baysius* de *Vasculis* rectius videtur cepisse, qui *repositoria* exponit, in quibus reponerentur mensæ, & inde forte trapezophora dicta : reponere enim, collocare esse : recte & exponit olim *Rhodiginus* VII. *Antiq.* 12. quamvis *Pollucis* ver-





πέσαν φερόντος, ἢ ἢ ἐπήσαν τοῖς ἀρχούσιν αἱ μύρριναι.

fam gerit. Ubi aderant principibus myrthi.

74 Περὶ οἴνου ἀγγείων.

De vini vasculis.

75 Τούτοις δὲ 76 προσακτέον τὰ τῶν οἴνων ἀγγεία, οἰνοφόρα, 77 ἀκρατοφόρα, καὶ αἰμοφορεῖς, καὶ αἰμοφορίσκους, 78 καὶ κάδους, καὶ κα-

His quoque vinorum vasa subjungenda sunt, cenophora, merifera, amphoræ, amphorisci, cadi, ca-

ba quoque confundat, quasi omnia de mensa, in qua pocula reponerentur, dixerit. Sed ad finem tandem hujus capituli. JUNG.

Τῶ δόγματι ὡς ῥηθέντι ] Illud ὡς nullius non aures offendat: venustate MSS. ἐκεί, quod in textum reduxi. Tum in istis, quæ sequuntur οὐ ἐπέσαν &c. potius amplectimur ἢ, cujus vestigia MSS. servabant, accentu tamen alieno voculam insignientes: neque alterum illud οὐ sane facit ex ingenio linguæ Græcæ commodum: in Codice vero Falschenburgis pro ἐπέσαν, invenio ἐποίησαν librum illum sæpe, ubi ab omnibus recedit MSS. pristinam adservasse lectionem, uberi documento compertum habemus: hic tamen in illa sanè nihil video, vulgatarumque malim præ quavis alia: sententia Pollucis, quantum quidem ego perspicio, hæc est: Quoniam autem extat τραπεζοφόρος, etiam si non ea notione, quæ dixi, licet abusi hoc nomine ibi in Aristophanis Georgis usurpato de eo, qui mensam ferebat, cui imposta erant myrti magistratibus: Magistratum enim myrtea fuisse redimitum corona egregie docuit ad hunc locum Jungermannus: sed id præterea colligere mihi ea de re videor ex Pollucis hoc loco, non coronatos fuisse myrto archontes, nisi cum suo fungerentur munere: ideo pedisequum habuisse, qui mensam portarit, in qua deponere soliti erant myrteas illas coronas, si a publicæ rei cura vacarent, cui nomen fuit τραπεζοφόρος, quod quamvis non aliunde mihi sit exploratum, hoc tamen e loco satis liquere arbitror. Alias & τραπεζοφόρον fuisse dictam Minerva sacerdotem, quæ cum altera, cui nomen κοσμοῦς, omnia Dex sacrificia obiret, memoriæ produnt Harpocratio, Etymologus & Suidas. Sed de myrteis coronis id porro observare lubet, videri Στιφανουπαλίδας fabulam Eubuli, cujus pluribus in locis mentionem facit Pollux, istam magistratus obtinendi potentium lubidinem inter Athenienses, quæ per fas & nefas plerumque amat procedere, perspicue notasse: quod me in istam deducit opinionem, verus sunt Eubuli sanequam elegantes apud Athenæum lib. XV.

Στιφάνους ἴσως βούλεσθε πότερον ἱρφυλλίους ἢ μωρτίους, ἢ τῶν διηθισμένων. Τῶν μωρτίων βουλέμεθα τούτων. Σὺ τ' ἄλλα πάλαι πάντα πλὴν τῶν μωρτίων.

Ubi mulier coronaria cujuscunque generis corollas offert vendendas, quas tamen omnes ut libere distrahat, illi, cum quibus ipsi res erat, facile permittunt, si remeant modo myrteas: in his ego tum Eubuli acumen demior, qui venuste istam potentium dominandi cupidinem tetigerit, cum elegantiam in ista repetitione τῶν μωρτίων verbum exiude Comica constituxit facetia μύρριναι, quod est imperii cupiditate flagrare: quem dedit in notis suis Hesychii locum ea de re Jungermannus, corruptus est, & in hunc modum restituendus: Μύρριναι, ὃ δηλοῖ ἐπὶ τινὰ ἀρχὴν παρασκευαζομένων: quod præterisse miror diligentiam & sagacitatem Jungermannis, præcipue cum ad manum ipsi essent ista Scholiaste Aristophanis, καὶ μύρριναι ἀρχῆς ἐπιθυμῶν: sed hinc tandem ad sequens caput, quod est de vasculis vinariis, accedamus.

73 Οὐ ἐπέσαν ] C. V. ἢ ἐπέσαν, leg. ἢ, cui mensa &c. Archontes Athenis coronabantur myrto. Hesych. in μύρριναι. ΚΥΗΝ.

Οὐ ἐπέσαν ] MS. nolter: ἢ ἐπέσαν, cetera ne vulgo: an? ἢ ἐπέσαν &c. scilicet mensæ. Sane de hoc more mihi parum liquet; nisi quod constat, eos, qui in magistratu, corona myrtea redimitos fuisse, quæ itaque ad mensam illis præsto erat quoque. Invenio enim in Hesychio: Μύρριναι: ὃ δηλοῖ ἐπὶ τινὰ ἀρχὴν παρασκευαζομένων: οὕτως δὲ ἔοικεν ἐπιθυμῶν διὰ τὸ τοὺς ἀρχοντας ταῖς μύρριναις στίφισθαι. Et apud Aristoph. Schol. in Ἰππίδαι, ibi ψαλὸν γένεσθαι διὲ σὲ μίχρη τοῦ μύρρινου: ad quæ postrema Schol. μίχρη τῆς κεφαλῆς: ἐπειδὴ οἱ ἀρχοντες μύρριναι ἴστεφανοῦντο. Et iterum ad ea ἐν Σφηξί: καὶ μύρριναι καὶ τῶν λιβαυτῶν ἔδοθη αἰς μύρριναις γὰρ ἴστεφανοῦντο οἱ ἀρχοντες: καὶ μύρριναι, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. Alias μύρριναι, sive myrteos ramos adhibitos mensæ, quando σχολίαι caneant, notum est: & plura de ea re Aristoph. Schol. ad Σφῆκας. Videndum vero, an Pollucis locus usquequaque integer sit: sed tollamus tandem has mensas cum suo capite, & ad sequens nos transferamus. JUNG.

74 Περὶ οἴνου ἀγγείων. ] Supra VI, 14. ΣΕΒ.

Περὶ οἴνου ἀγγείων. ] C. A. περὶ τῶν ἐν οἴνοις ἀγγείων. ΚΥΗΝ.

Περὶ οἴνου ἀγγείων. ] Hoc quidem caput cum priorē ita coheret in MS. ut nullus intercurret titulus. JUNG.

75 Τούτοις ] MS. male τούτους: quod tamen quis correxit. JUNG.

76 Προσακτέον τὰ τ. οἴν. &c. ] Salm. προσκρητίον. C. A. καὶ τὰ τῶν οἴνων &c. & sine distinctione junguntur ἀγγεία οἰνοφόρα, & insequentes copulæ abiunt. ΚΥΗΝ.

77 Ἀκρατοφόρα ] MS. καὶ κρατοφόρα: sed bene quoque emendatum: καὶ ἀκρατοφόρα. JUNG.

78 Καὶ κάδους, καὶ καδίσκους. ] C. V. κάδους, καδίσκους, κάδων (leg. κάδων) καδίσκου, ubique cum simpliciter delta: ita & Salm. ΚΥΗΝ.

Καὶ κάδους, καὶ καδίσκους. ] MS. καὶ κάδους, καὶ καδίσκους: & sic fere habet uno ὁ ubique. JUNG.

Καὶ κάδους, καὶ καδίσκους. &c. ] Hic, & ubicunque nomen illud occurrit hoc capite, duplici litera & vulgatæ editiones exhibuerunt: prætuli cum MSS. κάδους, & καδίσκους, de quo mihi tam sæpe fuit monendum, ut pigeat ferre; ubicunque vero in posterum incidit hæc vox, ita representabimus in textu, ut semel scribendam constituimus: advertimus autem dubiam in MSS. scribendi fere rationem istorum vocabulorum, quæ media litera geminata gaudent; sic κάνα & κάνα, κάναβρον & κάναβρον in Hesychio, Σάκος & σάκος, quod ultimum continuo sic MS. Παλαίτινος habet, σάκκιον & σάκιον: & ipsi sanequam veteres promiscue altera similibus literarum addita vel denota scripserunt pro re nata, quod ex carminum modulo perspicimus, cujus exempla Pollux ipse infra suppeditabit. De κάδα vero in Μιδιανκτ Demosthenis Ὑπρίαντος observat, quod & dicatur γυναικίον ἀγγείον, ὃ χρώταις πρὸς τὰς ἀρσενίας τῶν ὕδατων, ἢ τὰς τῶν σίτλας, σίτλας, vel situlos aquarios, ut Cato: inde Thomas & Ammonius ἀντλη-



disci. Et Anacreon inquit : Vini exhau-  
si cadum. Et Herodotus : Cadum vini  
Phenicii. Atque Cratinus in Pytina : Hos  
quidem ex gutturnio , illos vero ex ca-  
disco : sed & Metretam , amphoram dixit.

δίσκου· 79 καὶ Ἀνακρέων δὲ Φησιν , οἴνου δ' ἐξέ-  
πιον κάδον 80 καὶ Ἡρόδοτος , καὶ Φοινικίου οἴνου  
κάδον· 81 καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Πυτίνῃ , τοὺς μὲν  
ἐκ προχοῖδιου , τοὺς δὲ ἐκ καδίσκου· 82 ἀλλὰ  
μὲν καὶ μετρητὴν , τὸν ἀμφορέα κεκλήσθαι

t̄m̄on exponunt. Fuit & in usu κάδος, seu κάδων ipsos  
dixisse malueris, apud Laecdamonios, adhibiturque  
ad rem memorandam: cum scilicet admitti postulat  
in confortium amicus novus, omnium ea de re vol-  
untatem hoc pacto explorabant: obibat e domo ser-  
vus, capitique cadum habebat impositum, cui singu-  
lus illorum, qui societatem coierant, magdalian in-  
jiciebat, si laxam & ut acceperat, non se confortium  
petitoris illius rejicere demonstrabat, sin vero com-  
pressam manu, contrariam animo sententiam fovebat:  
hic vero cum repudiaretur, κεκαδῖσθαι dici solebat ab  
illo vase agendique modo: rem postoris prodidit *Plu-  
tarchus* in vita *Lycurgi*: sed apud eum forte malis legere  
κεκαδῖσθαι, vel κικαδῖσθαι, *rejectionem, repudiatum* esse,  
tanquam a cado deducta verbi ratione: alioque spectare  
censeas *Hesychianus* de κικαδῖν, κικαδῖσαι, κικαδῖσθαι &  
κεκαδῶν, sic enim apud eum scribendum: non occultabo  
tamen, quis animi mei sensus olim super ea re fuerit: La-  
cones enim juxta ac antiquiores Græcos habuisse verbum  
κικαδῖν exiltimabam vel κικαδῖν, quod fuerit *separare*,  
*segregare*, si quoque etiam *ladere*: is autem apud Laconas  
qui expetita societate fuerat repudiatum, cum diceret  
κεκαδῖσθαι, *rejici*, *confortisque honore privari*,  
nam & *στέρειν* exponit *Hesychius*, cumque cadum in hos-  
pitiis eo modo, quem explicui, adhiberent, Grammatici  
putarunt a κάδω derivari hoc κικαδῖσθαι, cum tamen  
similitudo nominis utriusque esset fortuita, neque ali-  
teram hæc ullo affinitatis jure attingeret: hoc si pro-  
baveris, ut certe non minimam veri habet speciem,  
in *Plutarcho* editam lectionem tutius fuerit retinuisse:  
neque vero mihi quis hic objiciat, quæ *Grammatici* de  
κικαδῖντο, apud *Homerum* & κικαδῖσθαι, horumque  
origine commentantur, ac si propterea κικαδῖν suspi-  
citæ possit esse probitatis, siquidem illa omnia cum  
pluribus aliis sint summe nugacia, quibus unius *He-  
sychii* auctoritatem oppono, qui ceteris melius istas  
voces cepit & explicuit: in his, quanquam & alia su-  
perfuit, non ero longior, ne videat potius digressio-  
nes venari, quam oblati uti. De ἀμφορέῃ vero &  
amphora large nuper disseruit vir eruditissimus & a-  
micissimus *Adv. Relandus* in altera *Dissertatione* de  
Nummis Samaritanis. *Cratini* verbis ex ejus *Pytina*  
simillima sunt illa *Stravtidis*, ut quidem emendavit *Jf.  
Casaubonus*, apud *Athenæum* lib. XI.

νικίου οἴνου κάδον. Κρατ. Eundem locum *Herodoti* in  
τῇ τρίτῃ quoque citat *Athenæus* eodem lib. XI. ut quo-  
que adnotavit ibi *Casaubonus*. Integer locus in *Thalia*  
cap. 20. ubi *Cambyses Ichthyophagos* legat cum donis  
ad *Æthiopas*, regi eorum mittens inter alia, καὶ μέ-  
ρου ἀλάβαστρον, καὶ Φοινικίου οἴνου κάδον. JUNG.  
81 καὶ Κρατῖν. δὲ ἐν Π. &c.] In *Cratini* verbis τοὺς  
δ' ἐκ καδίσκου legerim, ut sibi constet senarius. C. A.  
leg. προχοῖδιου τοὺς δὲ ἐκ καδίσκου male. KÜHN.  
καὶ Κρατῖν. δὲ ἐν Π. &c.] MS. Κρατῖνος δ' ἐν Πυτί-  
νῃ &c. malim vero in ejus verbis προχοῖδιον scribere,  
ut & in MS. nostro correctum est: in iisdem MS. ite-  
rum καδίσκου uno δ' quod sequar potius, & videntur  
forte ita concipienda hæc:

— τοὺς μὲν ἐκ προχοῖδιου  
Τοὺς δ' ἐκ καδίσκου.

De cado quadam collegit & *Hofius* libr. I. de Men-  
sur. c. 5. in *Cadus*. JUNG.

82 Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Prior. edit. μετρίτ.  
etiam Segm. seq. SEB.

Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Absunt a C. A. usque ad  
ἔφθ Segm. seq. C. V. legit ita: μετρητὴν τὸν ἀμφορέα  
κεκλήσθαι φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ Φιλύλλιος· σὺ μὲν οὖν  
τὴν ἀμφορέω δίδωμι· legerem μετρητὴν τὸν ἀμφορέα  
κηκλήσθαι φησὶν ἐν τῇ δ. φ. σοὶ μὲν οὖν τὴν ἀμφορέως δίδωμι τιμὴν  
Δωδεκάτην, cognomen fuit nescio ejus meretricula, a  
qua *Philyllius* nomen imposuit dramati, uti & *An-  
teim* scripsit comediam ita dictam a meretrice hu-  
jus nominis: *Δωδεκάτη* vero meruit cognominari eadem  
ratione, qua *Cyrene* scortum nobile *δωδεκαμήχανος* vid.  
*Suid.* hac voce & in *Φιλύλλιος*. *Valef.* putat *δωδεκα-  
τον* notare *Herculis* laborem duodecimum, quia *Ἡρα-  
κλῆς* est inter *fabulas Philyllii*: judicet *Lector* erudi-  
tus. KÜHN.

Ἀλλὰ καὶ μετρητὴν, &c.] Sequitur in nostro MS.  
ita: ἀλλὰ μὲν καὶ μετρητὴν, τὸν ἀμφορέα κεκλήσθαι  
φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ Φιλύλλιος· σὺ μὲν οὖν τὴν ἀμφο-  
ρέω ( sed emendatum ἀμφορέα, supposita ea τῷ ἐν )  
δίδωμι τιμὴν π. μ. τ. αὐτέχειν, ἢ μετρητὴν, μετρ. ἔ-  
νεκα. Insignis locus, quem præfiscini dicam totum  
me tibi restitutum, MS. ope ista, profiteor. Pro-  
ponam ut totum scribendum adfirmare non dubito:  
post quadam mihi argumenta dicam: ἀλλὰ μὲν καὶ  
μετρητὴν τὸν ἀμφορέα κεκλήσθαι φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ  
Φιλύλλιος·

— σοὶ μὲν οὖν τὴν δ' ἀμφορέω  
Δίδωμι τιμὴν, πρῶτα μὲν τοῦτ' αὐτ' ἔχειν  
Ὀνομα μετρητὴν, μετρίότητος ἔνεκα.

Ἐρμῆς, ὃν ἔλασον· οἱ μὲν ἐκ προχοῖδιου  
οἱ δὲ ἐκ καδίσκου, ἴσον ἴσῳ κεκαρμένον.

ubi *Casaubonus* egregie observat, Ἐρμῆν esse potionis  
nomen.

79 καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. &c. κάδων] Vel κάδον sic  
apud *Athen.* lib. XI. fol. 472. prior. edit. οὐδ' ἐξ ὀπίων,  
κάδων. SEB.  
καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. &c.] Absunt a C. A. κάδων  
καὶ. KÜHN.  
καὶ Ἀνακρέων δὲ φ. &c.] *Anacreontis* χρῆσις antea  
prioris mendose erat: & *Henr. Stephanus* suo *Codi-  
ci* adscripserat: leg. οἴνου δ' ἐξέπιον κάδων ex *Athenæo*,  
qui citat hunc locum in κάδων. Et ita recte edidit *Se-  
berus*, nisi quod malim cum eo κάδον, unico δ, ut apud  
*Athenæum* est, & in nostro MS. Locum pariter  
ita restituit *Casaub.* XI. *Athen.* 6. In MS. nostro hic  
omnia ita leguntur: Ἀνακρέων ( sine præcedenti καὶ ) γ'  
οὐδ' ἔφθ, οἴνου δ' ἐξέπιον κάδων. JUNG.

80 καὶ Ἡρόδοτος] *Herodoti* locus extat in *Eusebio*  
hunc in modum: Φοινικίου οἴνου κάδον. KÜHN.  
καὶ Ἡρόδοτος] MS. Ἡρόδοτος (omisso καὶ) καὶ Φοι-  
νικίου οἴνου κάδον.

Elegantissima χρῆσις, quæ absque MS. fuisset, periisset  
funditus. Hunc tibi honorem addo, hoc te honore ma-  
sto; amphōra, primum quidem ut habeas nomen *Me-  
treta*, propter μετρίότητα nihil in MS. mutavi fere, ni-  
si quæ vitii mihi manifesta: ut illud σὺ, ubi ὁ pro οἱ  
solemni errore subrepsit scilicet. Ineptus autem iste,  
qui & in MS. substituere conabatur ἀμφορέα. Quid  
hæreo in iis, quæ jam clara. Saltem addendum, quod  
loco in vulgaris corrumpendo & discerpando causam  
videret aliquam dedisse, vulgarum ἐν τῷ δωδεκάτῃ ni-  
mirum: quos libros enim vel historiam ille *Philyllius*  
scripsit, qui ad eum numerum excreverint: noster MS.  
verum nomen ἐν τῇ δωδεκάτῃ vero servavit. Et est il-  
lud ipsius *Comici* drama ita nuncuparum, ut &  
*Suidas* nos docet in *Φιλύλλιος* (quamvis & apud ipsum



Φησὶν ἐν τῇ δωδεκάτῃ φιλλύλλιος. Σοὶ μὲν οὖν  
 71 τὴν δ' ἀμφορέυ διδώμι τιμὴν, \* πρῶτα μὲν  
 83 τοῦτ' αὐτ' ἔχειν ὄνομα μετρητῆν, μετριότητος  
 ἕνεκα· καὶ 84 Δημοσθένους δὲ ἐν τῷ πρὸς Φαινίππον,  
 οἴνου μετρητῆς ἔφη. 85 Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι,  
 παρὰ τοῖς παλαιοῖς 86 φησι τὸν ἀμφορέα 87 κα-  
 λῆσθαι κάδον· καὶ τὸ ἡμισφόριον, ἡμικάδιον.  
 Ἐπίχαρμος μὲν τοι ἐν 88 φιλοκλίῃ, διακρίνειν εἰ-  
 κε 89 κάδον καὶ ἀμφορέα εἰπῶν,  
 90 οὗτ' ἐν κάδῳ δηλοῖμην, οὗτ' ἐν ἀμφο-  
 ρεῖ.

91 ἐκ δὲ τῶν οἴνεφόρων ἀγγείων, ἀσ-

Philyllius vero inquit in Duodécimo, Ti-  
 bi quidem hanc amphoram do præmi-  
 um. \* Primum quidem hoc metretæ no-  
 men mensurationis causa habuisse tra-  
 dunt. Tum & Demosthenes ad Phænir-  
 pum, Vini metretas nominat. Cæterum  
 Philochorus in Athide dicit, Veteribus  
 Amphoram Cadum dictam esse: & se-  
 miamphoram, semicadum. Epicharmus  
 tamen in Philocnide discernere videtur  
 inter cadum, & amphoram, dicens,

Neque in cado exponerem, neque in  
 amphora.

Cæterum ex vinaris vasis quoque fuerint, u-

id vocabulum non recte scribatur Φιλλύλλιος) Φιλλύ-  
 λιος, Ἀθηναῖος Κορινθῶς τῆς παλαιᾶς κορινθίας τῶν δρα-  
 κμάτων αὐτοῦ ἴστι. Αἰγύβος, Αὐγὴ, Ἀστία, ἰταίρας ὄ-  
 νομα, Δωδικάτη, Ἡρακλῆς, cetera. Sed illi boni viri,  
 qui corruperunt, putarunt numerum alicujus libro-  
 rum esse, & itaque quasi βιβλίῳ subaudiendum est  
 ἐν τῷ δωδεκάτῳ stulte nobis obtruscunt hæctenus. Vi-  
 ri doctissimi ad vulgatam lectionem offenderunt, dum  
 scribunt libr. II. de Mens. In Mensuris cubicis, defi-  
 nition. 54. *Pollucem* dicere, amphoram metretam a  
*Gratis* appellatam. Et quis non ad tam convulsa ver-  
 ba, ut huic loco vulgo acciderit? Jung.

Ἄλλα καὶ μετρητῆν, &c.] Locus hic in editis *Pol-  
 lucis* Codicibus miserrime disiectus erat, & pessime ha-  
 bitus, quod ut melius cognoscas, & simul, quam  
 egregie loco suppetias ivimus e MSS. perspicias, le-  
 ctionem, quæ fuit ante nos, integram adscribam: ἀλ-  
 λά καὶ μετρητῆν τὸν ἀμφορέα ἴρηκε· φησὶν ἐν δωδεκά-  
 τῳ Φιλλύλλιος, Σοὶ μὲν οὖν τὴν δ' ἀμφορέα διδώμι τιμὴν·  
 πρῶτα μὲν τοῦτ' αὐτ' ἔχειν ὄνομα μετρητῆν, μετριότη-  
 τος ὀνόμα· quem elegantissimum *Comici* locum clara lu-  
 ce perfudit *Jungermannus* noster: nos ne moremur,  
 ubi opus non est.

83 Τοῦτ' αὐτ' ἔχειν ὄνομα] C. V. τοῦτ' ἔχειν ὄ. με-  
 τρητῆν. KÜHN.

84 Δημοσθένους] *Demosthenis* in ea πρὸς Φαινίππον  
 περὶ ἀντιδόσεως verba sunt: οὗ δ' ἐκ τῆς ἰσχυρίας τῶν  
 πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτακαδικαδράχμους, καὶ τὸν οἶνον  
 δωδικαδράχμων, πλουτίαις ἐκόστας, ἐκείδαι ποιεῖς οἴνου  
 μὲν μεδρίανους πλείον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ μετρητῆς ὑπὲρ  
 ὀκτακοσίου. De metreta alias agit & *Hoffus* libr. I.  
 de Mensur. c. 5. Jung.

85 Φιλόχορος] De hoc vid. *Suidam*, qui de eo in-  
 ter alia: ἔγραψεν Ἀτθίδος βιβλία ιζ'. περιέχει δὲ τὰς  
 Ἀθηναίων πράξεις, καὶ βασιλείας, καὶ ἀρχοντας ἕως Ἀρτί-  
 χου τοῦ τελευταίου τοῦ προσαγορευθέντος Θεοῦ ἴστι δὲ  
 πρὸς Δάμωνα. Jung.

86 φησι] MS. φησι. JUNG.

87 Κεκλησθαι] MS. καλεῖσθαι. SEB.

Κεκλησθαι κάδον, &c.] C. A. & C. V. καλεῖσθαι dein  
 C. V. κάδον, ἡμικάδιον, κάδον, κάδω ubique cum simpli-  
 ci. C. A. & *Salm.* καὶ τὸ ἡμισφόριον, male omisso  
 μ. KÜHN.

Κεκλησθαι κάδον, &c.] MS. καλεῖσθαι κάδον, καὶ  
 τὸ ἡμισφόριον, ἡμικάδιον· quæ ita reponere possumus,  
 καλεῖσθαι, pro vulgato κεκλησθαι, etiam e suo MS. in-  
 dicat *Seberus* noster. Jung.

Κεκλησθαι κάδον.] Καλεῖσθαι κάδον volentibus ita  
 MSS. in textu restitui, & mox ἡμικάδιον. Celeberrimum  
*Philochori* opus Ἀτθίς, quaque creberrime veteres  
*Grammatici* sunt usi: vide *Mensis Bibliothecam*  
*Atticam*. In ists autem voluminibus totius Atticæ re-  
 gionis sacram profanamque historiam luculenter erat  
 complexus.

88 Φιλοκλίῃ] Vide in Indice scriptorum, quos *Pol-  
 lux* laudat. SEB.

Φιλοκλίῃ] C. V. Φιλοκλίῃ C. A. & *Salm.* Φιλο-  
 κλίῃ· forte Φυλοκλίῃ, in *Dijudicante*, qui diligenter  
 distinguit inter cognata, cujus exemplum hoc loco  
 producit. KÜHN.

Φιλοκλίῃ] MS. Ἐπίχ. μέντοι ἐν Φιλοκλίῃ, non Φι-  
 λοκλίῃ. *Seberus* in Indice Auctorum ait suum *Augu-  
 stanum* MS. habere Φιλοκλίῃ· ipse Φιλοκλίῃ, quæ sa-  
 bula & apud *Athenæum* *Epicharmo* tribuitur, legendum  
 putat. Mihi noltri MS. Φιλοκλίῃς ablanditur, cum-  
 que sequar titulum dum viri docti nos certiora doce-  
 bunt. Jung.

Φιλοκλίῃ] Titulum illum falsi convincunt MSS. Co-  
 dices, quorum lectionem sequi antiquius habui, quam  
 adhætere vulgatæ. Φιλοκλίῃς autem *Epicharmi* deli-  
 tuit hæctenus, neque, quantum ego memini, fuit un-  
 quam in lucem protractus: hic MSS. prædunt: ille  
 vero Φιλοκλίῃς personam egisse videtur hominis su-  
 pini, qui lecto semper erat affixus, ut animo suo pi-  
 gro & illiberali oblectaret: non ego tamen teme-  
 re repudium Φιλοκλίῃς, quod in *Augustano* suo repe-  
 risse se *Seberus* significat: & videri possit alluisse eo  
*Pollux* ipse, cum διακρίνει mox adjicit: *Hesychius*:  
 Φιλοκλίῃς, διακρίνει. Sed hic suo quisque gaudeat ar-  
 bitrio: quod mihi cum meliori MSS. parte maxime  
 placuit, in textu positum est. De δηλοῖσθαι cum βί-  
 βλιῳ, βούλεσθαι, exponente *Hesychio*, est, videndus  
*Theocriti* Commentator Eruditissimus *J. Casaubonus*.

89 Κάδον] MS. κάδον· & plerumque certe in *Pol-  
 luce* per unum ὁ scribendum cum MS. nostro vide-  
 tur: hic sane propter versum sequentem: cujus ini-  
 tium ex MS. nostro ita scribe: οὗτ' ἐν κάδῳ δηλ. nec  
 potest aliter. Jung.

90 Οὗτε ἐν κάδῳ] Κάδῳ, unico ὁ ad metrum ap-  
 prius: & sic est in MS. infra *Segm.* 185. SEB.

Οὗτε ἐν κάδῳ] C. A. οὗτ' ἐν κ. nec in cado velim  
 ego, nec in amphora. *Hesych.* δηλοῦνται, βίβλουσι. *Salm.*  
 C. δηλοῖ μὲν. KÜHN.

91 Ἐκ δὲ τῶν οἴνοφ. ἀγγ.] C. A. οἱ δὲ τῶν &c. ἀσκός  
 ἀσκίδιον ὡς ἐν Α. Α. καὶ πυτιῆ λαγυνοσ λαγύμιον. KÜHN.

Ἐκ δὲ τῶν οἴνοφ. ἀ. ἀσκός] Veteres in utribus habuisse  
 vinum res est non ignota, cujus & in Evangelis facta  
 est mentio: *Marc.* IX. v. 17. vocabulum ἀσκός ea notio-  
 nem sumptum *Syrus* interpretatur NPI σάκκος, ejusdem  
 sæpissime usus: exinde & a verbo πιλῆν ortam existi-  
 mare licet *pilascam*, quam *Isidori Gl.* vas vinarium  
 ex *cario* reddunt: illam pronunciatione corrupta Græci  
 pejoris ætatis φλάσκων dixerunt, quod & alibi  
 me monuisse in memoriam recurrit: *Etymologus* et-  
 iam *Magnus* in voce Δάμασκος, inquit: καὶ τὰ οἴνο-  
 δόχα δὲ δέματα ἀσκόσιν καλοῦσι. Ad *Chironis* dextram  
 manum quæ stellulæ apparent, θύριον vel bestiolam  
 quandam hi dicebant, τινὲς δὲ ἀσκόσιν φασὶν αὐτὸ εἶναι  
 οἴνου, ἔξ οὗ σπίνθη τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ θυρίδιον· quæ ver-  
 ba sunt *Eratosthenis* in *Catast.* c. 40. Meminerunt &  
*Arrianus* atque *Curtius* vini in utribus ab *Alexandro*  
 vēcti: quibus addenda, quæ *Donatus* tradit de *Com-*



ter, & utriculus: ut in Acharnensibus dicit Aristophanes. \* Pyrina quoque, lagena, & lagenula. Diphilus vero utrumque dicit, illud quidem sarpas in Hecate: lagenulam autem in Fratribus. Tum crater, craterculus, crateris. Et stamnus, & stamniun: & nonnulli quidem Thasium solummodo sic nominari putant: sed Aristophanes in Telmissensibus inquit: Vini

κός, 92 καὶ ἀσκήδιον, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀριστοφάνης ἔφη. \* καὶ πυρίνη, καὶ λάγυνος, καὶ 72 λαγύνιον. Δίφιλος 93 δὲ ἀμφω λέγει τὸ μὲν 94 ἐν τῇ ἑκάτῃ πολλάκις, τὸ δὲ λαγύνιον 95 ἐν Ἀδελφοῖς καὶ κρατήρ, καὶ κρατηρίδιον, καὶ κρατήριον, καὶ στάμνος, καὶ 96 σταμνίον. καὶ ἐνίοι πρὸς οὕτω οἰοῦνται καλεῖσθαι μόνον τὸ Θάσιον. 97 Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Τελμισσεύσι λέγει, οἴνου τε

dia & Tragadia, Theocritique Scholiastes in praedictis ad ejus Bucolica, & Callistratus apud Athenaeum lib. V. ἀσκήδιον ἐκ παραδωκῶν δερμάτων ἐβραμμένον. Quam autem λάγυνον hic ex Diphili Hecate Pollux adnotat, λάγυνον appellat Hero Spruit. p. 214. scilicet ut Romani lagenam habent: coque pacto legendum judico: Λαγυνάρχος, ὁ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ οἴνου, apud Hesychium; nisi malueris etiam vulgatum λαγυνάρχος retinere.

92 Καὶ ἀσκήδιον, ὡς ἐν Ἀχ. ] Invenit ea fabula id forte oculator: meos certe oculos fugit illud ἀσκήδιον ibi: non & ἀσκήδιον, quod ibi aliquoties; ut:

Ἄκουετὲ λέω, κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοαῖς Πίνει ὑπὸ τῆς σάλπιγγος, ὡς δ' ἂν ἐκπίη Πρωτίστως, ἀσκήδιον Κτησιφῶντος λάψεται.

Quae etiam explicat Suidas in ἀσκήδιον Κτησιφῶντος δὲ ἀσκήδιον οἴνου & in fine fabulae, Dicaeopolis:

Ἀπίδοτί μοι τὸν ἀσκήδιον.

Repetitque statim, ut & Segm. 75. JUNG.

93 Δὲ ἀμφω ] MS. δ' ἀμφω. JUNG. 94 Ἐν τῇ ἑκάτῃ ] C. V. ἐκάστη. Diphili ἐκάστην λαοῦ & Atheniensium, adeoque nihil mutandum. KÜHN.

95 Ἐν τῇ ἑκάτῃ ] De Diphili Hecate, eam & ab Atheniensium laudari, observavit Casaubon. XIV. Anim. 13. JUNG.

96 Ἐν Ἀδελφοῖς. ] E MS. approbante Casaub. in Athen. XI. 14. SEB.

sum cottabicum ludere, id multos dicere κοτταβίζειν. Sed hoc sentit, inquam: κοτταβίζειν, vel ἀποκοτταβίζειν veteres, & Atticos, ut ὁ γράψας τὸ ἔτυμολογικόν ait, usurpasse tantum de lusu cottaborum, nunquam vero de vomendo, ut jam eo verbo utantur plerique. Eadem dicit Etymologicus auctor. Clare se ipsum explicavit tamen supra Pollux VI, 111. &c. οὐ μὴν ἱπποὶ ἀν τις τὸ κοτταβίζειν, ἐφ' οὗ ἴν, ἀλλὰ ἐμῆν, ἢ ἀποβλύζειν· nec esse exemplum, ubi vomere dixerint more hodierno κοτταβίζειν, nisi quis, quod ludens Aristophanes ita usurpat κοτταβίζειν, velit arripere, quasi serio id ita dicere liceret. Medicus quis apud Athenæum lib. XV. initio, ἰνῆστα ζητήσαι περὶ κοττάβων καὶ τῶν κοτταβίζοντων, quoque arbitratus esse eorum, qui ἀπὸ βελανίτου καθάρσιος ἕνεκα τοῦ στομάχου πίνοντες ἀμυστιν ἀποβλύζουσι, ab Ulpiano sibi itaque perstringitur & castigatur, edoceturque de cottaborum apud veteres usu. Ita est, Parrhasius toto lapsus caelo est, qui omnia, quæ hic Pollux ait, de cottabo accipit: quum mihi certissimum sit ne verbo quidem de cottabo hoc toto capite egisse, sed tantum de vomitu ebriorum, imo inquam de vasis, quibus vomentes vel evomentes florem Liberi nimis epotum utebantur: de vasculis vero pro cottabis faciendis satis supra dictum ab ipso fuit lib. VI. cap. 19. extremo. Sed ad Pollucis caput ipsum tandem. JUNG.

35 Πίνοντι] C. V. πάλοντι. KÜHN. Πίνοντι] MS. ἀποβλ. πάλοντι· sed mutandi causam vulgatum πίνοντι non video. JUNG.

36 Καὶ ἐμῆν, ὅπερ οἱ π. καλ.] Etymolog. κοτταβίζειν, τὸ τῷ κοττάβῳ χρῆσθαι φασὶν Ἀττικοί, οὐχὶ τὸ ἐμῆν ὡσπερ οἱ νῦν λέγουσιν· ὁ δὲ κοτταβας ἢ τοιαυτὸν τι λεκάσιον ἐν τῷ μέσῳ κείμενον τοῦ συμποσίου, ἔχον ἐπιπλέον ἕτερον σμικρὸν, ὃ ἔδει καταδοῦναι τὸν πέμψαντα τὸ περιττὸν τοῦ πόματος· ἢ ὃ τὸ τοῦ σημείου τοῦ ἔρασθαι ὑπὸ γυναικὸς ἢ παιδῶν· καὶ ἄλλα οἱ κνήστις ἐλάμβανον πλακωντίσκους, πυραμοῦντας ἢ σησαμοῦντας, ὡσπερ κοττάβια ἔλεγον· ὃ ἦχος δὲ ἰκαλεῖτο λάταξ· καὶ ἀποκοτταβίζειν, τὸ ἀπὸ τοῦ ποτηρίου τὸ ὑπολιπόμενον πόμα ἐξάγειν. Refer hæc eadem ad finem capite decimo nono, libro sexto, additis quæ Jan. Parrhasius addit epist. 36. SEB.

Καὶ ἐμῆν, ὅπερ οἱ π. καλ.] C. V. καὶ ἀμῆν ὁ οἱ π. ἀποκοτταβίζειν κ. ἐκτραπίηα τ. λ. τ. &c. κοτταβίζειν pro ἐμῆν fuit supra in fine cap. 19. lib. VI. Scholia Græca in Luciani T. I. κοττίζειν, ubi malim κοτταβίζειν. Interpr. putavit ἀποβλύζειν hic significare τὸ excreare: verum ex allegato loco lib. VI. apparet, ἀποβλύζειν & ἐμῆν esse synonyma, & utroque signari vomitum: versio loci talis esset. At si quis consuevis haussum potum vomere, quod vulgus κοτταβίζειν vocat, illi præparanda est pelvis quadam ad excipiendum exundantem potum: illa pars potus superflua & redundans, quæ vomitu egeritur, dicitur τὸ ἐπὶ πῶν πλέον τοῦ ποτοῦ· τὸ ἐπὶ πῶν πλέον, supernatans. C. V. ἐπαυπλίον. Interpr. cum scriberet, pelvis quisquam superius aqua repletus, aliud egisse videtur. KÜHN.

Καὶ ἐμῆν, ὅπερ οἱ π. καλ.] MS. καὶ ἀμῆν ὁ οἱ π. ἀποκοτταβίζειν καλοῦσιν &c. Sed vulgata lectio bona satis est: nec tamen dicere queam ultra verior: tantum utramque bonam esse. JUNG.

Καὶ ἐμῆν.] Quamvis edita lectio nihil omnino aut sensui aut rei contrarium foveat, præferendam tamen Codicum antiquorum scripturam duxi, qui ἀμῆν hic, & mox ἀποκοτταβίζειν legunt: quod posterius sic



βίζειν vocant, commodissime pelvis quispam fuerit, superius aqua repletus. Tum etiam id quo evomunt, pelvim nominant: ut Cratinus in Horis inquit: Num

βίζειν καλοῦσιν, <sup>37</sup> εὐτρεπιστέρα τούτῳ λεκάνη τις, ὑποδέξασθαι <sup>38</sup> τὸ ἐπαναπλέον τοῦ ποτοῦ· <sup>39</sup> καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμοῦσι, καὶ τούτο λεκάνην <sup>40</sup> ὠνόμαζον· ὡς <sup>41</sup> Κρατῖνος μὲν ἐν Ὠραῖς ἔφη, μῶν

& Kühnius emendavit: utitur autem τῷ ἐξεμοῦ paulo postea Pollux, καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμοῦσι & in Polyzelis loco ἐξεμοῦσιν alia notione non parum diversa adnotat ἀποκοτταβίζειν Hesychius, scilicet, postquam quis biberat, quod erat in poculo residuum ejicere; & sic usurpari a Xenophonte ibi Soringius observavit & sunt, qui illum philosophi locum male ceperunt.

37 Pelvis quispiam] Pro quæpiam. Sed ascribam capitis hujus versionem ex epistola 36. fani Parrhasii, quæ sic habet: quem delectat in potu ἀποβλύζειν, id est, singultare, καὶ ἐξεμοῦν, id est, evomere (quod plerique omnes κοτταβίζειν dicunt) huic apia pelvis est ad excipendum, quod exuberante potu desluit. Etenim λεκάνην, id est, trullum, vas appellant, in quod rejiciunt, ut vocat in Horis Cratinus: singultume concutitur? astutum aliquis afferat huc trullam. Polyzelus in Mimo Tyndarci, in trulleo primum lavabis, vomes, implebis. Itaque vas hoc, λεκάνιον, id est, trulleum, proprie dicitur. Licet ἔσ λίσθη καὶ λιβήτιον, (id est, pelvim pelvisculamque) vocitare: σκάφον quoque (id est, scapham) dixit Aristophanes in Anagyro. SEB. 2.

Εὐτρεπιστέρα] Hic vero vulgata mala est, & falsa: tuque pro εὐτρεπιστέρα, scribe, ut MS. nos ter habet, εὐτρεπιστία τούτῳ &c. huic paranda pelvis: huic adesse debet vel adaptari pelvis. JUNG.

Εὐτρεπιστέρα] Optime MSS. εὐτρεπιστέρα, quod; probante Jungermanno, in contextum recepti: mox ἐπαναπλέον eleganter libri MSS. & ita Kühnius ad Codicis sui marginem adscripsit: Apulejus id concinne redundare potum simili modo dixit. Paulo post, cum pari consensu MSS. habeant ὠνόμαζον, sic fuit reponendum. Λεκάνη, illa notione, quam hic Pollux adnotat, Artemidorus usurpavit.

38 Τὸ ἐπαναπλέον] MS. τὸ ἐπαναπλέον τοῦ ποτοῦ & ita malim: nisi quod ποτοῦ potius, ut vulgo, retinendum: supra VI, 23. etiam erat, ἵστι δ' ἵπτείν, ἵπναπέλει τὸ ποτόν, καὶ ἵπναίη: sed alia ibi puto significacione, quasi de potu ad aliquem redeunt quasi in orbem: hic certe de nimio vino, quo quis se ingurgitavit, quasi refluentem & superfluentem per guttur accipiendum videtur. Interpretes, ut forte video, profusus deliravit, vel aquam potavit nimiam, qua & pelvim repletam adponit. JUNG.

39 Καὶ γὰρ ἵνα ἐξεμ. ] Nam ἔσ id, in quod vomunt, λεκάνη vocatur: alias usus vocis λεκάνη latus patet, & patinam laucemque significat. Kühn.

40 Καλοῦσιν. ] MS. ὠνόμαζον, pro καλοῦσιν quod perinde est. Sic autem & apud Latinos poscebant pelvim nauseabundi, ut Græci λεκάνην. Ita forte accipiendum illud e Cæciliis Fæneratore apud Nonium in Pelvis. Pelvim sibi poposcit. Cæterum pelvi & pinna juncta, ut mox in Cratini verbis, ad provocandum nimirum stomachum, ut vinum nimia copia sumptum rejicerent, ait Casaub. XI. Athen. 10. & alibi se dixisse de isto more veterum. Ego adnotabam & ista Aristoph. Acharn.

— Di. Φέρε νῦν ἀπὸ τοῦ κέρους μοι τὸ πτερόν.  
Lam. Τουτί πτερόν σοι. Di. Τῆς κεφαλῆς νῦν μοῦ λαβοῦ.  
Ἴν' ἐξεμοῦ, βδελύττομαι γὰρ, τοὺς λόφους  
La. Οὐτος τί δρώσεις, τῷ πτελῶ μέλλεις ἐμοῦ;

ubi Schol. Verus: Πτερόν αἰτεῖ ἵνα ἐξεμοῦσιν ἰσθῆσαι γὰρ οἱ δυσσεμεῖς πτεροῦ χρῆσθαι. Quæ Suidas descripsit: φέρε νῦν ἀπὸ &c. JUNG.

41 Κρ. μὲν ἐν Ὠ. ἔφη, Μῶν βδ. &c. ] C. V. Ὠραῖς

ἔφ' ἢ μῶν βδελυγμίας ἔχει· unde legendum ἐν Ὠραῖς ἔφη

— μῶν βδελυγμίας ἔχει; πτερόν  
Ταχίως τις καὶ λεκάνην εἰσενγκάτω.

— Num fastidio laboras? pinnam  
Celeriter aliquis ἔσ pelvim intro ferat.

Pinna in fauces demissa provocabant vomitum antiqui. C. V. ἐνγκάτω. KÜHN.

Κρ. μὲν ἐν Ὠ. ἔφη, Μῶν βδ. &c. ] MS. ἐφ' ἡμῶν βδελυγμίας ἔχει, πτ. τ. τίς καὶ λ. ἐνγκάτω· ni fallor veram scripturam hujus χρίσεως nos docens: quam post ἔφη, quod certe Pollucis est, ita concipiendam putem:

— Μῶν βδελυγμίας ἔχει;  
Πτερόν ταχίως τις καὶ λεκάνην ἐνγκάτω.

Optime βδελυγμίας. Noster Pollux id ipse explicat supra VI, 44. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ κόρῳ δυσχεραίνειν, βδελυγμίας Ξενοφῶν καλεῖ· nausea nimirum ex repleto nimis stomacho: claro verbo, unde Latinum profuxisse credo, usus est Hesychius: βδελυγμίας, ναυσίαι dicens: & Ναυσίαισι, βδελυγμός· adeo ut non probare possim Parrhasii interpretationem singultum vel singultum βδελυγμίας non ob singultum, sed ob nauseam pelvim poscat quis. Nec eo verbo etiam proprie mihi τὸ ἀποβλύζειν initio capitis videtur expressisse, pariter singultare vertens. Potius cum singultu vel singultantem, ut vomentes solent, ejicere vel rejicere, dicendum puto: & hoc enim ἀναβλύζειν, Hesych. ἀποβλύζειν, ἀναβάλλειν, τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ἀναφύων· ἔστι δὲ ἡ λέξις τῶν πιπτεμένων. Scilicet ex sonitu τῶν ἐμούντων puto: clarum illud εἶναι ἀποβλύζειν Homeri: quod Etymologici auctor in βλιμάζειν recte exponit, ἀπμῶν· ὁ τρόπος ὀνοματοποιία, addit. Ita & in Athenais verbis habuisti, quæ indoctus cætera medicus de cortabo proferebat lib. XV. initio. Alias ad locum vulgatum Cratini H. Stephanus hic monuit similem locum esse apud Plutarchum: & iterum: σῆμαρον mal ai ciete, ἔσ nota pennam provocare vomitum. Plutarchi locum & adscripsit ex Politic. Præcept. hunc: καὶ πάλιν, αἰτοῦντα λεκάνην καὶ πτερόν ὅπως ἐμείη. JUNG.

Κρατ. μὲν ἐν Ὠραῖς &c. ] Ista Cratini fabula sæpius utuntur Grammatici; diversis etiam in locis Phorjus, ut ex Indice Auctorum, quos citat, cognosco: egit in hac fabula de Atticæ regionis fertilitate, & quos fructus singulis anni partibus produceret, in eaque re varie lusit: inde a Grammaticis diversarum frugum nomina ex hac comœdia deprehendes allata: Ὠρας autem, quem fabulæ titulum inscripsit, anni esse tempora pluribus in locis ostendit Galenus, ut peri τραφῶν δυνάμεως lib. II. & lib. IV. ad VI. Ἐπιδημιῶν Hippocratis: sic & apud Aristanetum & Elianum ἁρῶν ἐγκρασία & Anonymus ad Ptolemai Tetrabiblen Commentator peri Ὠρῶν τοῦ ἔτους scripturam se promittit, agitque tum de quatuor anni temporibus: vide, si plura cupis & elegantiora, præstantissimum Grævium Lect. Hesiod. Casaubonus autem in Athenæum libr. IX. c. 4. in errorem incidit vitiosa Commentatoris Aristophanes lectio: ne deceptus, ubi cenfer integrum fabulæ fuisse titulum Πυλαίας Ὠραῖ· in istius enim Grammatici verbis, quibus utitur, emendandum existimo: Κρατῖνος δηλοῖ Χείροσι, Πυλαίας καὶ Ὠραῖς, pro Πυλαίας Ὠραῖς. Πυλαία enim Cratini Comœdia nobilis est in antiquis auctoribus. Protenus in ipso Cratini loco MSS. lectioem



βδελυγμίας ἔχει; Πτερόν ταχέως τις καὶ λεκά-  
νην ἐνεγκάτω. <sup>42</sup> Πολύζηλος δὲ ἐν Δημοτυνδάρειω,  
<sup>43</sup> Δεκανίω γὰρ πρῶτον μὲν ἀπονοίψεις, ἐνεξέ-  
μεις, ἐνεκπλυνεῖς, ἀποβασεις Κυανία. ὡστε  
καὶ λεκάνιον τοῦτ' ἂν ἀγγεῖον <sup>44</sup> κλητέον. ἔξιστι  
δὲ αὐτὸ καὶ λεβήτιον καλέσαι· καὶ σκάφην <sup>45</sup> εἶ-  
πεν ἐν τῷ Ἀναγύρω Ἀριστοφάνης,

Καὶ ἡμῖν σκάφη ἴστι, ὡς ἂν ἐν τῇ ποτοῦ οἴ-  
νον ἐμῶμεν.

reduxi: quid enim βδελυγμ' ἔχει, ut fuit vulgatum?  
βδελύσσειναι inter alia *Suidas* exponit ναυτιάν· tum  
eis in ἐνεγκάτω, sic enim editum fuit ante nos,  
inducendum esse ceteris consentit MSS. *Falckenburgii*  
Codex.

<sup>42</sup> Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδάρειω ] Τυνδ. SEB.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδάρειω ] C. V. ἐν Δημοτυνδάρειω,  
malim, Δημοτυνδάρειω, a recto, Δημοτυνδάρειω, quam  
fabulam recenset & *Suidas* in Πολύζηλος, quo dra-  
mate actum videtur de populi Attici restitutione in in-  
tegrum, ut in fabulis celebrata est ἡ Τυνδάρειω ἀνά-  
στασις· vid. *Suid.* in ἀναβίωναι. Τυνδάρειω resurrectionem  
tangit & *Lucianus* de *Sultat.* ubi *Interpr.* obscure, in-  
flantiationem Τυνδάρειω. Kühn.

Πολ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδάρειω ] Sed ad ea quæ restant;  
ubi profecto quis adhuc pelvim poscere debeat, pro-  
pter *Polyzeli* χρῆσιν. Sed MS. lectionem indicabo:  
nec te morabor. Primum titulus in MS. dramatis longè  
de aliis est, quam vulgo: hic nimirum: Πολύζηλος δὲ  
ἐν Δημοτυνδάρειω· verissime: ita repono: vulgata lectio  
ἀποβλυστία. *Suidas*: Πολύζηλος, Κωμικός· δράματα  
αὐτοῦ· Νίστρα, Δημοτυνδάρειω, cætera. JUNG.

Πολύζ. δὲ ἐν μίμῳ Τυνδάρειω ] *Kühnius* in libri sui mar-  
gine *Δημοτυνδάρειω*· sic scilicet MSS. quos sequutus ego,  
portentum illud vulgata lectionis eieci. *Polyzeli* *De-  
μοτυνδάρειω* cum aliis hujus poetae fabulis *Suidam* re-  
censuisse *Jungermannus* auctor est: meminit etiam *Ety-  
mologus* in *Ἐνεάκρουσι*, ubi tamen verbis *Comici* damnum  
est datum, quod qua potuit, reficere *Sylburgius* aggressus  
est, non judico quam dextre: melius forte loco consulas,  
si sic reformaveris: Πολύζηλος Δημοτυνδάρειω· ἔστι δὲ πύ-  
γην ἐς ἐνεάκρουσιν· ἔνδρον τόπος, ῥητορικὴ· sed fatius  
est tantisper expectare, dum libros emendatioris nan-  
ciscamur, qui nodum istum dissolvant: Idem in ἐπά-  
κριος *Polyzeli* Μουσῶν γονὰς adducit, & a *Polluce* no-  
stro atque *Athenæo* lib. IX. nominatas: scripserat au-  
tem talis ingenii alias etiam fabulas, de quarum in-  
dole & argumento alibi dicam. Alium vero hunc *Comicum*  
ab *Historico* esse duco, quanquam rationes non  
habeam id profus affirmandi, cum extitisse quosdam  
constet, qui scribundis simul *Comædiis* & *Historiis*  
animum appulerint: *historiam* autem qui conscripse-  
runt *Polyzelos* binos reperio, alterum *Messenium*, qui  
*Ibyci* pater a quibusdam fuerat habitus, tradente *Sui-  
da* in Ἰβυκος, ubi *ιστορίογραφον* illum appellat; *Rho-  
dium* vero alterum, qui res patrias integro volumine  
luculente complexus est: opus id inscriptum *Ῥωδιακά*,  
quorum est in *Athenæo* mentio lib. VIII. indidemque  
perita, quæ ex *Polyzelo* *Rhodio* commemorat *Hyginus*  
*Astron.* cap. 14. an & alia plura protulerit in lucem,  
non perspicue cognovi: certe *Plutarchus* in *Vita Solo-  
nis* illum advocat testem in re longe diversa a *Rhodiis*  
*Rhodiis*ve republica: si quis itaque *historiorum*  
*comædias* etiam composuerit, illum esse *Polyzelum*  
*Rhodium* existimo, quamvis hac in re nihil sedulo nec  
negare velim nec affirmare: id autem veterum lectio-  
ne facile sibi quis observare potuit, patriam significari  
sæpissime, si citent *historicos*, rarissime vero eam no-  
minibus *Comicorum* apponi, ut mirum non sit *Poly-  
zelum*, qui fabulas scripsit, *Rhodium*, aut cujuscunque  
tandem gentis fuerit, non dici. Sed ad *Polyzeli* χρῆ-

fastidio laborat? alam ocyus quis, &  
pelvim inferat. Cæterum *Polyzelus* in  
*Mimo Tindareo*: In lebetes primum ab-  
lues, evomes, explebis: adeo ut & λε-  
κάνια hoc vasculum dicere conveniat.  
Licet vero idem lebetem lebetium voca-  
re. *Scapham*que in *Anagyro* dixit *Ari-  
stophanes*.

sin veniendum, quam emaculavimus e MSS. & exple-  
vimus: addit & *Falckenburgii* Codex ἐναποβάσεις post  
ἐνεκπλυνεῖς: sic enim ante nos vulgatum pro ἐνεκπλυ-  
νεῖς: omnem vero locum recte constituisse *Jungerman-  
num* existimo, etsi sit ipse dubius & incertus, præ-  
cipue quidem quod adinet ad *Κυανία*. *Kühnius* pro-  
fecto mihi non placet, cum reponere studet *Κυανία*,  
uti fecerat & in ora libri sui.

<sup>43</sup> Δεκανίω &c.] Versus *Polyzeli Comici* ita legit C.  
V. Λ. γ. π. μὲν ἀπονοίψεις ἐν ἐξέμεις ἐνεκπλυνεῖς ἐναποβά-  
σεις *Κυανία*: ex quibus fierent hi versus:

— Δεκανίω γὰρ  
Πρῶτον μὲν ἀπονοίψεις, ἐνεξέμεις,  
Ἐνεκπλυνεῖς, ἐναποβάψεις *Κυανία*.

— In pelvi enim  
Primum quidem lavabis, evomes,  
Elues, intinges vestes sordidas vel nigras. Kühn:

*Δεκανίω* &c.] Ipsa χρῆσις ita in MS. nostro est,  
valde varians & austior tamen: *Δεκανίω* γὰρ πρῶτον  
μὲν ἀπονοίψεις, ἐν ἐξέμεις ἐνεκπλυνεῖς ἐναποβάσεις *Κυ-  
ανία*: ut solet scilicet, pro ἐνεξέμεις, ἐνεκπλυνεῖς, ἐναπο-  
βάσεις· τὸ ἀπονοίψεις in medio ita repositum habet,  
priori litera, quæ η, aut si alia fuit, profus *ερασα*,  
an forte itaque *ἐναπονοίψεις*, ἐνεξέμεις, ἐνεκπλυνεῖς, ἐνα-  
ποβάσεις, *Κυανία*: ut hoc ultimum sit nomen pro-  
prium. Sed mehercle ego hæc non constituo, & lu-  
bens hanc pelvim do aliis, quum diu frustra ad eam  
nauseem. JUNG.

<sup>44</sup> Λεκτίον.] C. V. κλητέον· quod eodem tendit.  
Kühn.

*Λεκτίον*.] MS. κλητέον· ἔξιστι δ' αὐτὸ &c. pro λεκ-  
τίον. &c. JUNG.

*Λεκτίον*.] MSS. obsecundavi, qui omnes κλητέον.

<sup>45</sup> Εἶπεν ἐν τῷ Ἀν. Ἀριστ.] Desunt in MS. εἶπεν ἐν  
τ. Ἀναγ. Ἀριστοφάνης· & post σκάφην statim sequitur  
ταῦτόν δ' αἶ &c. Sine titulo interposito connectun-  
tur omnia. JUNG.

Εἶπεν ἐν τῷ Ἀναγύρω Ἀρ.] De *Aristophanis* hac fabu-  
la, veroque ejus titulo & argumento large dixi ad lib.  
IX. ex MSS. autem *Pollucis* nostri Codicibus paruit,  
quam varie corrupta fuerit hæc inscriptio: illam ubi-  
que nativam habet *Photius* in *Lexico*. Ipsa *Comici* ver-  
ba in plerisque MSS. deperierunt: *Pollucem* tamen ap-  
posuisse indicio sunt *Excerpta Falckenburgiana*, quæ  
χρῆσιν istam tam corruptam continent & deformatam,  
ut non sine quodam animi cruciatu possim relegere,  
cum Codicem omnium revera principem tam fœde  
commaculatum a librariis video: ecce vero, ut ha-  
beant, ubi conjectandi felicitatem & ingenium erudi-  
ti viti experiantur: καὶ ἡμισκάφης δ' ὡς ἐν τῇ ἐνοπι-  
λοῦν ἐμῶμεν· ego vero, ut aliorum industriam pro-  
vocem & excitem, proponere in animum induxi, quid  
cogitaverim ad hunc locum poliendum, etsi id omne  
invita forsitan fiet *Minerva*: σκάφην in istis verbis,  
cujus vocabuli gratia locus erat allatus, & ἐμῶμεν et-  
iam, quid sit cognoscimus, cetera sunt disjecta & quam  
maxime incerta: diversis ego tentamentis hunc locum  
versavi: nulla tamen hæc conjectura potior est visa:  
Καὶ ἡμῖν σκάφη ἴστι, ὡς ἂν ἐν τῇ ποτοῦ οἴνον ἐμῶμεν.

In quibus pedes abluant, & pocula.

Ἐφ' ὧν ἀποπλύνονται οἱ τε πόδες, καὶ τὰ ἐπιπάματα.

Idem quoque aliquis de illo vase dixerit, in quo pedes abluunt: pelvis enim id nominandum est, aut Lebes, secundum Homerum dicentem:

Sic sane dixit, anus vero lebetem cepit lucidum.

Quo pedes abluit, aquamque infudit multam.

Licet etiam Scapham nominare secundum Æschylum alicubi scapham dicentem in Silypho:

• *Lavacra sane ferre oportet divinis Pedibus in scapha aqua.*

Vocatur etiam lebes ποδονιπτήρ aqua

46 Ταυτό δ' ἂν τις εἴποι τοῖνον καὶ περὶ ἐκείνου τοῦ σκεύους, ὧ τούς πόδας 47 ἐναπο- νιπτόμεθα· λεκάνην τε γὰρ αὐτὸ ὀνομαστέον, καὶ λέβητα, 48 Ὀμήρου εἰπόντος,

49 Ὡς ἄρ' ἔφη, γρηῦς δὲ λέβηθ' ἔλε παμφα- νόωντα,

τῷ πόδας ἐξαπένιζεν, ὕδωρ δ' ἐπεχεύατο πολυῦ.

ἔξεστι δὲ καὶ σκάφην ὀνομάσαι 50 κατ' Αἰσχύλον 51 που σκάφην εἰπόντα ἐν Σισύφῳ·

• Καὶ νίπτρα δὴ χρῆ θεοφόρων ποδῶν φέρειν· 78 λεοντοβάμων ποῦ σκάφη χαλκήλατος; καλεῖται μέντοι 52 καὶ ποδανιπτήρ οὐ παρ' Ἡροδό- τω μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις· Ἰδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτήρ, λέβης·

Et nobis adest scapha seu pelvis, ut in ea convivii vinum evomatam: seu malit aliquis, τὸν ποτὸν οἶνον, vinum eru- tum; quod alteri ferme anteposuero: parum equidem a vestigiis corruptæ lectionis recedo, neque dubito, quin nemo non facili negotio sit animadversurus, quodcumque ex illa scriptura poteram, studiose servasse: porro id quisvis etiam videt, egregie Pollucis menti satisfieri, si nostram emendationem admiseris; quid enim in his liquidius, quam σκάφην tale fuisse vasculum, in quod evomerent. Reddidi vero in contextu illam lectionem, quæ mihi fuit melior visa, quamvis id fortean a p'ctorumque sententia abhorreat, non eo sane quod illam indubitate veram existimarem, sed quod aptius videretur in textu talem exhiberi scripturam, quæ intelligi possit, neque menti *Anthonis* sit incommoda, quam montrosam. *Σκάφην* autem sic usurpavit etiam *Basilus* in *Homilia* adversus Ebrios.

46 Ταυτό δ' ἂν τις &c. ] Sic itaque MS. τάντων δ' ἂν τις & εἴποι τούτο καὶ περὶ &c. JUNG.

47 Ἐναπονιπτόν. ] Pro ἐναπονιπτόν, MS. ἐναπονιπτόμεθα, quod mihi magis placet, quam vulgatum. JUNG.

Ἐναπονιπτόν ] Commode MSS. ἐναπονιπτόμεθα ita restitui in contextu: dicit autem *Pollux* ὡς ἐναπονιπτόμεθα, uti *Polyzelus* præcedenti capite: *Λεκάνην μὲν γὰρ πρῶτον ἐναπονιπτοῦσι* ubi simul obsevera, *λεκάνην* vel *λεκάνην* fuisse veteres usos ad corpus abluendum aut pedes, quod hic de *λεκάνη* *Pollux* adnotat. Sed addendum obiter de istorum hominum ineptiis, qui in capita distinxerunt hoc *Pollucis* volumen: quamvis enim ubique eorum imperitia eluceat, hic præcipue tamen, cum hæc a præcedentibus, cum quibus indissolubili nexu sunt conjuncta, separarunt. In *Æschylis* vertendo loco sic se gessit *Interpres*, ut plane dubitem, an quis, si id etiam ageret consulto, futillius vertere possit: ibi vero offendit me *θεοφόρων ποδῶν* vide, num potius legendum *θεοφόρων*, id est, *θεῶν*, quæ loquendi formula tragico cothurno conveniens: *Helyschius*: *Θεοφόρος, θεῶν* extarent ista modo in MS. eorum calculo haud dubie conjecturam meam haberem confirmatam: *σκάφη* vero *λεοντοβάμων*, quæ leonibus innititur; ad eundem seu sum nescio quo loco legerim *τράπεζαν ἀργυροβάμονα, quæ pedibus argenteis esset suffulta.*

48 Ὀμήρου εἰπόντος ] MS. λέβητα, καὶ Ὀμηρον. Verfus *Homeri* sunt omitti. JUNG.

JULII POLLUCIS.

49 Ὡς ἄρ' ἔφη, &c. ] *Odys.* τ, 386. SEB. 50 Κατ' Αἰσχύλον ] MS. καὶ τὰ Αἰσχ. Sed id recte emendatum ibi. JUNG.

51 Που σκ. ] MS. παῦ σκ. *Æschylis* χρῆσι in MS. nostro omittitur quoque: videntur autem post *χαλκήλατος* nota interrogationis signanda. JUNG.

52 Καὶ ποδανιπτήρ &c. ] C. V. καὶ ποδανιπτήρ οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις· Ἰδρία τις ἢ χαλκοῦς ποδανιπτήρ λέβης· τὸ δὲ ἐπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτει ἢ λούτριον ἢ ποδανιπτήρ. *Herodotus* in *Επιεργεφασί* ἐκ τοῦ ποδανιπτήρος τῷ γαλμα γενεῖται. *Diocles* verus hic forsitan fuit:

Ἰδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτήρ λέβης.

*Hydris* quædam ἔσσι πεδibus abluendis lebes.

Λούτριον *fit*ματ *Helyschius* in h. v. *πλυντήριον* in hac notione vix reperitur: *λεοντοβάμων σκάφη* est *scapha leonibus apes insillens*, loco pedum. KÜHN.

Καὶ ποδανιπτήρ ] In quo modo defectus noster MS. id insigniter explet, duobus auctororum nominibus nobis largiens rursus cum χρῆσι, quæ quod ad vulgatos perierant funditus: integra enim linea deest: tu itaque sic restitue versum penultimum ut in MS. est: καλεῖται μέντοι καὶ ποδανιπτήρ, οὐ παρ' Ἡροδότῳ μόνον· ἀλλὰ καὶ ἐν Διοκλέους Βάκχαις·

Ἰδρία τις, ἢ χαλκοῦς ποδανιπτήρ λέβης.

Τὸ δὲ ἐπ' αὐτοῦ ὕδωρ, νίπτει, ἢ λούτριον, ἢ ποδανιπτήρ, ὡς ἐν Ἡρώσει &c. egregie, ni fallor, omnia. Illustrabimus porro. Primum *ποδανιπτήρ*, non ut vulgo *ποδανιπτήρ*. scribendum confirmant subjectæ χρῆσις. *Herodotea* hæc est, quam *Noster* saltem innuit, *Επιεργεφασί* cap. 172. de *Αἰθίῳ*: ἢ οἱ ἀλλὰ τε ἀγαθὰ μύρια, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτήρ χρῆσις· ἐν τῷ αὐτῷ τε ὁ Ἀμασι καὶ οἱ δαιτύμεις οἱ πάντες τοὺς πόδας ἐκαστοτε ἐναπενιζέοντο. *Diocles Comicus* & alibi a *Polluce* citatur, sed hic in *Bacchis*: *Suidas*: *Διοκλῆς, Ἀθηναῖος, ἢ Φιλιάσιος, ἀρχαῖος Καμικός· σύγχρονος Σανυρῶν καὶ Φιλυλλῶν* (ita scribe, non *Φιλυλλῶν*) δράματα αὐτοῦ *Θαλαττα, Μελιτταί, Οἰμῆρι, Βάκχαι* *Θυέστης β*. In eo ὕδρια & χαλκοῦς scripsi, credo, non temere, quamvis in MS. illud sine accentu ὕδρια esset: hoc vero ἰσχυρόνως χαλκοῦς quod tamen indicare volui. Sequitur post exemplum e *Diocle* de aqua, qua pedes





τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ, νίπτρον, ἢ λούτριον, ἢ ποδάνιπτρον, ὡς ἐν Ἡρώσιον Ἀριστοφάνης λέγει· ἰστέον δὲ ὅτι τὴν Λεκάωνην, <sup>53</sup> πέλλιν οἱ τραγωδοὶ

autem hinc defluens, νιπτρὴν. Πλυντήριον, pedum lotio, ut in Heroibus dicit Aristophanes. Sciendum vero, quæ pelvim Tragædi Πέλου

Iavamus: ubi λούτριον ex MS. habet: rectissime, credo: χρῆσι ex *Aristophanis Heroibus* supra habuisti VII, 167. ubi etiam λούτριον MS. & id probavi etiam ex *Hesychio*: ibi in eâ χρῆσι & ἀπόνιπτρον, cujus & hic mentionem fecisse mihi valde verisimile est: nam & supra VII, 40. ait: νίπτρα μὲν Αἰσχύλος, Ἀριστοφάνης δὲ ἀπόνιπτρον· ubi vides & *Aischyle* χρῆσιν innuisse, quem hic modo attulit: quare, ut dixi, credo omnino & hic allatum: non tamen ποδάνιπτρον, ut ex MS. scriptis, ejciendum est: potest & illud fuisse ibi: & satis magno teste *Homero* nititur, qui in *Ὀδυσσ.* τ. bis, v. 343.

Οὐδὲ τι μοι ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπιπέρατα θυμῷ γίγνεται.

& *ibid.* v. 304.

Οἰομένη ποδάνιπτρα· τὰ γὰρ πρότερον ἔκχυτο πάντα.

Sic de ἀπόνιπτρον in *Acharnensibus Aristophanes*:

Ὅσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἰσπίρας.

Quem locum & *Eusebii* innuit, ubi ad prius allatum *Homeri* versum 343. ita commentatur: ποδάνιπτρα δὲ ἢ αὐτὴν λέγει τὴν οἴψιν τῶν ποδῶν, ἢ τὸ ὕδωρ ᾧ ποδῶς νίπτονται, ἢ καὶ ἀπόνιπτρον ἔλεγον· ὡς καὶ ὁ *Κωμικὸς ἐν Ἀχαρνέσι* δηλοῖ· ne quis putet illud ἀπόνιπτρον aliis usibus potius destinatum, quam pedibus, de quorum ἀπονήσει hic potissimum agitur. Eundem *Comiti* locum attulit & *Suidas* in ἀπόνιπτρον· ubi & adfert morem proclamandi, ne in quem progredientem effunderetur: ἀπόνιπτρον· Ἀριστοφάνης ὡσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἰσπίρας· ἰσπίρας δὲ οἱ ἀρχαῖοι εἶπον· τε ἐκχέοντο ἀπόνιπτρον ἀπὸ τῶν θυρίδων, ἵνα μὴ τις βραχὴν, λέγει τῶν παριόντων ἔξω· quæ ideo tota adscripsi, uti veterum morem, si possem restituere. Ipsa enim formula, ni fallor, in *Suida* perit, & ultima disjecta sunt. Ego ita restituendum puto: ἵνα μὴ τις βραχὴν τῶν παριόντων, λέγειν ἔξω· ne quis aspergeretur, dum effunderetur, precedentium ad ades, proclamasse eos. Recede, vel Cave: ἔξω, pro ἔξωτασσο, notum. Vix dubitabis de hoc, si legeris totum *Aristophanis* locum, ad quem dum ista scriberet, respexit. Estque hic:

— Ἄλλ' ὁ Κοισύρας, καὶ Λυμάχος,  
Οἷς ὑπὲρ ἱεράου τε καὶ χρῶν πρῶτην ποτὴ,  
Ὅσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἰσπίρας,  
Ἀπαντες ἔξωτασσο παρῆσαν οἱ φίλοι.

Ubi & *Scholias*tes, unde sua *Suidas* descripsit, in eadem formula emaculandus videtur: εἰσπίρας εἰ ποτὴ ἐκχέοντο ἀπόνιπτρα ἐκ τῶν θυρίδων, ἵνα μὴ τις βραχὴν τῶν παριόντων ἔξω λέγειν. Pro ἔξω, nimirum ἔξωτασσο lego: nam statim subjicit: καί γε οὐ πρὸς τὸ ἔξωτασσο ὄνομα, ὁρῶντες ἂν τῶν, ἐκχώρησον. Sed ne me nimis ἐξωτασσοθαι dicas ταύτης τῆς ὁδοῦ εἰς πᾶρον, pergam.

JUNG.

Καὶ ποδάνιπτρον &c.] Adjiciam omnem, sicuti ante nos fuit editus, *Pollucis* locum, ut cum istis, quæ reposuimus e MSS. componere possis, & quid distent æta lupinis judicare: καλεῖται μάλιστα καὶ ποδάνιπτρον λέβης τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ νίπτρον, πλυντήριον ἢ ποδάνιπτρον &c. Splendidiora longe & pleniora, quæ de MSS. dedi. Plurimos autem in veterum monumentis commemorari *Diocles* ex solo *Meursio* didiceris in *Bibliotheca Græca*. Hunc vero *Comicum Suidas*, cujus verba retulit *Jungermannus*, Atheniensem gente aut Phlasiensem fuisse tradit, vel quod ipsi patria fuerit dubia, vel quod oriundus Phlunte præcipuam tamen ætatis partem Athenis egerit, quam rem sæpius in cau-

sa fuisse, ut duplici quis patria censeretur ortus, alibi exemplis similibus luculente demonstrabo: alias sane & *Diogenes* inter *Philosophiæ Pythagorica* columnina *Dioclem* Phlasiensem enumerat, quem ego tamen diversum existimo a *Comico* nostro. Ad fabulam ejus *Bacchas* quod attinet, eam & singulo numero *Βάκχα* appellatam reperio: sic quidem apud *Photium* in *Κατὰ κακῶν, Διοκλῆς Βάκχα*: itaque legendum apud *Suidam* in illa voce: *Pollux* vero noster & alibi *Βάκχας* ejus nominavit, & *Μελίττας*, nam hæc quoque *Diocles* est *Comœdia Athenæo* etiam laudata, qua forsitan apum solertiam & sedulam industriam, quæ constitutam bene rempublicam imitaretur, exposuit, quemadmodum in *Synibus* suis alia ratione in re non longe diversa *Aristophanes*: meminit ejus & *Hesychius* in *Τίγγα· Διοκλῆς ἐν Μελίτταις* ubi *Sopingerus* inauspicato ἢ μάλιστα restituere cogitat, quem viri non indocti errorem castigavit *Berkelius* in notulis ad *Hesychium* MSS. Non procedit *Sopingeri* emendatio: nam *Diocles Atheniensis in Μελίτταις εἰσάγει* a *Suida*. *Diogenes est a Diocle medico, quem Hesychius citat ἐν λαπαραῖς ἔσ συγκομιστοῖς*. Ista de *Μελίτταις* hic addere volui, ut simul omnia de *Diocle Comico* illiusque fabulis, quantum ad *Pollucem*, complecterer. *Ποδάνιπτρον* est in hoc *Adagio*, *Δείξιν εἰς ὑπόδημα, ἀριστέρον εἰς ποδάνιπτρον* quo de videndus *Zenobius* Cent. 111. 53 *Πέλου*] C. V. *πέλλιν* *Hesych.* *Πελλίης ἢ πελλίης, Λεκάων· Salmas.* V. C. *πέλλιν* legendum, *πέλλιν, Κίην*.

*Πέλου*] Pro *πέλου*, MS. *πέλλιν* & vulgatam quidem *πέλου* sinam alios quæret: mihi stat adhzere lectio vetulter, quam noster *Palatinus* servavit. Eam enim firmat glossarij princeps *Hesychius*: *Πελλίς, ἢ πελλίης, Λεκάων*. Satis clare, ut *Noster*, *Λεκάων*, id vocabuli exponens. Ceterum *pelvis* vocabulum, a *pedis levatione*, ut *pedulus Varro* libr. IV. de ling. Latin. Sed viri docti fere dissentiunt, & ab hoc Græco, quod hic noster *Pollux* refert, esse ajunt, ut *Bayf.* de Vasc. ut *Magnus Scalger* Conjectan. ad eum locum: ut *Ursinus* Adpendice ad *Triclin.* apud quem in verbis *Pollucis* male est, *πέλουκα δὲς ἢ Τραγίς τὴν Λεκάων· οἱ δὲ Αἰολίς*, inquit, *πέλουκα μ. τ. ξ. λίγυσον*. JUNG.

*Πέλου*] Optime MSS. *πέλλιν*, quam scripturam, favente *Jungermanno*, in contextum reduxi: in veteri *Glossario* MS. *πέλλιν*, *pelvis*: opportune; videreturque sane Auctor istius *Glossarij* originem Romanæ vocis veram agnovisse: scilicet antiqui non solebant fere duplicare eandem literas, ut marmora testantur & vetustissimi Codices, in quibus pleræque illas voces, quæ duplici litera eadem solent apud nos scribi, unica tantum exaratas deprehendimus: istius rei capi possunt exempla e *Pollucis* nostri Codicibus MSS. jamque monuisse subit memoriæ de *σάκκ* & *σάκκα* similibusque aliis: hoc igitur pacto *πέλλιν* pro *πέλλιν* olim scriptum erat: sic in *Etymologo πέλλιν*, quod *Hesychio* aliisque *πέλλιν* *Æolicum* interponas digamma *πέλλιν*, & ipsissimam e vestigio vocem Romanam habebis, ut *ων*, *ονυμ*, *αἰών*, *ανυμ* &c. Adeundus in *Etymologico Vossius*, qui plurimos adducit illam originem amplexos; sed ipse cum omnibus istis vulgatam eamque pravam *Pollucis* scripturam retinet, neque rem satis accurate enucleat: in sequentibus etiam librariorum supina negligentia *Pollucis* damnium dederat, ubi nobis pro *πέλλιν* vel *πέλλιν* a *πέλλιν*, vel *Æolicæ* *πέλλιν* obtundeatur *πέλουκα*: illam autem præcipue ligneam fuisse ex notatione vocis ostendit *Pollux*, ἀπὸ τοῦ πελλίης κηρύσαι· quibus duobus obsequur sum: hoc ipsum de *πέλλιν* *Etymologus* tradit, quas expouit *ζέλινα ἀγ-*



vocitant. *Æoles* vero Πέλυκα dicunt: imprimis ligneum, a cædendo. Ubi vero pocula abluuntur, δλκαίων vocatur: fortassis & lavacrum: 79 \* quod autem supponitur huic, forte fulcrum vocandum est: ut in Foro publico

καλοῦσιν. αἱ δὲ Αἰολεῖς <sup>54</sup> πέλικαν, μάλιστα τὴν ζυλίνην, <sup>55</sup> ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι <sup>56</sup> ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται τὰ ἐκπάματα, <sup>57</sup> ὀλκαίων. τάχα δὲ καὶ <sup>58</sup> λουτήριον. \* τὸ ὑπόθημα αὐτοῦ <sup>59</sup> τάχα δὲ 79 καὶ ὑπόστατον κλητέον, ὡς ἐν τοῖς <sup>60</sup> Δημοπράτοις

γῆα, quæque profecto quiddam habent cum τῇ πάλαι commune: sed de πελικῆ origine aliud ego longe diversum e lingua Phœnicia protulisse memini supra, quod multo majorem veritatis habet speciem: ad πάλλας vero quod adtinet, qui ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι deducendis ajunt summe nugantur, cū & in ea sit opinione *Euſtathius*. Apud *Hesychium* autem πεπελεκῆσθαι ut geronatur pro πεπελεκῆσθαι, non ego quidem necessarium dūco, quamquam haud clam me sit, quid de πελικῆν & πελικῆζεν *Grammaticis* stantur, quæ utit plerumque ita recte procedant, non ubique tamen sic se habent: sed πελικῆν vero frequentissimum, quod sane non tantum de lignis, sed & lapidibus dici consuevit: οἱ ἐβδουήκοντα Βασιλ. Γ. κ. στ. Καὶ ἐπὶ λέκων οἱ υἱοὶ Σαλομῶν. *Philostratus*: Πελικῶ, δολο, someo: & in eodem πελικῶν Πελικῶ, δολοι: hinc πελικητής δολοτορ, & πελικημα, someo, assula: λίθους ἀπελικητους habent dicto loco LXX. viri, & ἀπελικητους alibi soluminodo, non addita voce λίθους: igitur ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι πελικη, quod dolata sit & polita. Sed in istis jam ego nunc nimis diu commoror.

54 Πέλυκα ] MS. πέλικαν. *Hesychius*, Πελικαν, (ita enim legit *Casaubonus* pro πελικῶν) ἴδιος ποτηρίου ζυλίνου, διὰ τὸ πεπελεκῆσθαι. Sed hic ἐπὶ λεκάτης dicitur. SEB.

Πέλυκα ] C. V. πέλικαν. C. A. πέλυκα, ni fallit fugiens scriptura illius Codicis. *Salmastius* etiam legit πέλικαν. KÜHN.

Πέλυκα ] MS. οἱ δὲ Αἰολεῖς πέλικα: per e in medio: ultima tamen litera quæ post e sequebatur, penitus erasa: sine dubio v fuerit, & scriptum perinde ac in *Seberi* MS. fuit, πέλικαν & ita restitendum fuerit. Certe noli dubitare huc spectare *Hesychiana*: Πελικῶν, ἴδιος ποτηρίου ζυλίνου διὰ τὸ πεπελεκῆσθαι ἄλλοι ζυλίνη λεκάτη: en quam clare ζυλίνη λεκάτη non lac lacti similis, quam hoc *Noster* verbo, μάλιστα τὴν ζυλίνην, quæ sequuntur. Ejusmodi diversis usibus inservisse sæpe & adhibita, tralatitium notare est: unde tam multa a nostro *Polluce* in diverso instrumento reperuntur vocabula. Apud *Hesych.* vero πέλυκα, vel πέλικαν scribendum putat *Magnus Casaubonus* XI. *Athen.* 13. JUNG.

55 Ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. ] MS. πεπελεκῆσθαι. *Euſtath.* *Odys.* fol. 219. πελικῶ μὲν ἐπὶ ζύλων πελικῆζω δὲ ἐπὶ προβάτων, καὶ ὅλας ζῶων. SEB.

Ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. ] C. A. ἢ ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. C. V. ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. *Salm.* πεπελεκῆσθαι legit ex V. C. alius ejusdem Codex πεπελεκῆσθαι: malim πεπελεκῆσθαι, quod *secundum sit excisa*: a πεπελεκῆσθαι. KÜHN.

Ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. ] Ante ἀπὸ in MS. vocula ita penitus erasa est, ut, quæ fuerit, conjici non possit: videtur ἢ fuisse: sed magis quadrat ὡς vel οἶον vel tale: pro πεπελεκῆσθαι, tam noster MS. quam *Seberi*, πεπελεκῆσθαι: ut scribendum certe est: & ita quoque apud *Hesychium* in πελικῶν scribendum videtur pro πεπελεκῆσθαι. Est & apud *Etymologicographum* ita per η in πέλλα: vid. *Euſtath.* ad *Odys.* ε. & *Suidam*, in πελικῶ. JUNG.

56 ἵνα δὲ ἀποπλ. ] MS. ἐναποπλύνεται. SEB.

ἵνα δὲ ἀποπλ. ] C. A. ἵαμα δὲ ἐναποπλύνεται ἐκπάματα &c. KÜHN.

ἵνα δὲ ἀποπλ. ] Scribe ut in MS. nostro & *Seberi* est: ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται: quamvis *Noster* suo fere more in ἀποπλ. duabus vocibus. Idem *Noster* deinde omitterit γά. JUNG.

ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται &c. ] Nostris Codicibus obtem-

peravi, qui ἐναποπλύνεται, quod est efficacius. Quod ad ὀλκαίων autem, *Polybius* ὀλκῆον habet, uti scriptura diversa, sic & significatione: πάντας ἐκ χρυσῶν ὀλκῆων κλιφοντο κροκίω μύρω non quod in ὀλκῆοις unguentum aservari soleret, sed ut ostendat *Anisochi Epirhænis* profusissimam luxuriam, qui in illa splendidissima pompa, quam describit *Polybius*, homines unguento perfundi voluerit ex ὀλκῆοις. Est & ὀλκῆοις in ista *Ptolemaei Philadelphi* vere regia pompa, quam accurate descriptam reliquit *Callistratus* apud *Athenæum* lib. V. inter alia præferuntur βίαι δέκα, ὀλκῆα δύο, ἐκότερον χωροῦν μετρητῆς πέντε.

57 Ὀλκαίων. ] MS. ὀλκαίων habet. Inveniri nempe & cum tenui spiritu hæc notarum jam viri docti. *Hesychius*: Ὀλκαίων, λακάτη, κροκίω, κρατήρ, & Ὀλκῆον, μίγμα κρατήρ. Habuisti id & supra, ubi tamen MS. erat defectus VI, 100. ubi quoque spiritu leni est. Id Gallice *rapier* dici ait *Bayf.* de *Vale.* JUNG.

58 Λουτήριον. ] *Gl.* λουτήρ, λουτήριον: λουτήριος, λαβέλλου: vid. *Hesych.* in Ὀλκαίων. KÜHN.

59 Τάχα δὲ καὶ ὑπόστ. ] C. A. & *Salm.* τάχα καὶ ὕ. κ. ὡ. ἰ. τ. Δημοπράτοις: & sic ultimum habet & C. V. nec mutat ullibi: eadem est lectio *Salmasti.* KÜHN.

Τάχα δὲ καὶ ὑπόστ. ] Sic & in MS. nostro fuit, sed de penitus erasum est, & bene, ut videtur. JUNG.

Τάχα δὲ καὶ ὑπόστατον κλ. &c. ] Modo fuit in vulgatis insertum culpa librarii δὲ τὸ δὲ ὑπόθημα, quod deleui, mox enim proprio loco τάχα δὲ &c. Superius ad hunc librum dixi de ὑπόστατον, atque ὑπόστατον etiam appellari, ut ibi erat in vulgatis, monstravi: addendum hic eadem & ὑπόστατον dici a *Callistrato*: Διφικῆ χρυσῶ τρίποδος ὑπόστατον ἔχοντες. Idemque alibi βάσεις. Ego vero non ita stricte ac *Jungermannus* hæc ὑπόστατον capiam, sed de quibuscunque suppositis: alii orbiculos illos, quibus in mensis ad imponenda vasa mensaria veteres utebantur, appellare licet *cesticellos* vel *uculos*, quos proprie dicebant circulos impositos capiti ad ferenda facilius onera: indeque explicare soleo *Isidorum* in *Glossis* sic scribentem, *Arculu*, *circulis*. Videndus in utraque voce *Festus*.

60 Δημοπράτοις ] *Δημοπράτοις*: ut & infra *Segm.* 81. SEB.

*Δημοπράτοις* ] MS. *Δημοπράτοις*: & semper ita scribendum: supra *Segm.* 46. habuisti eadem, ubi illud ὑπόστατον quoque ex MS. restitui. Et hiuc discimus quid sit ὑπόστατον, a *Lexicographis* nescio an adhuc explicatum: ὑπόστατον, ὑπόθημα est ἐκπαμάτων, *Homero* ὑπόκυκλον. Simili ratione ut κύκλον mox explicat ἐπίθημα τρίποδος. *Hesychius*: ὑπόκυκλα τοῖς ἀστραγάλους τοὺς ὑποτιθεμένους τῷ πυθμῆνι τῶν τρίποδων. Locus autem *Homeri*, ἰλ. σ. quem eundem & *Noster* & *Hesychius* respexit, utriusque ὑπόκυκλα una voce legentes, est de tripodibus illis ἀυτομάτοις, quos *Vulcanus* fabricat: cujus lectionis mirum, *Euſtathium* non mentionem facere, sed saltem istam, quæ ὑπὸ κύκλω habet, explicare. A tripodibus hoc ad vasa potoria *Noster* *Pollux* non inepte, credo, transfert. Vel valde vero fallor, vel tale quid apud Latinos fuit, scilicet & illos usos fuisse orbiculis, cui vasa escaria & potoria imponerentur, ne mappam sædarent. Hodie sane moris id est adhuc, præsertim in magnatum mensis. Id genus *σκυαρίου*, *Bisim* Trebatio dictum adnotavit *Junius Nomenclator*, nempe l. 100. *hæres.* §. 3. D. de *Legat.* 3. *Cui Corinthibus vasa legata essent, & βάσεις*



εὑρίσκειται τὸ ὄνομα <sup>61</sup> ἐπὶ πάντων ὑποθημάτων ἴσως δὲ καὶ καθ' Ὁμήρον ὑπόκυκλον, εἰπόντα,

<sup>62</sup> χρυσία δὲ σφ' ὑπόκυκλα ἐκάστῳ πυθμένι θῆκε.

τὸν δὲ πυθμένα, <sup>63</sup> καὶ πύδακα ἄλλοι τε καὶ Φερεκράτης ἐν Λήροις, λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύδακα, <sup>64</sup> εἰσέκρουσεν. <sup>65</sup> Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρω, ἐκκρουσαμένους τοὺς πύδακας εἶρηκε τὴν δὲ ἀπύθμενον κύλικα ἐν <sup>66</sup> Τριπολέμῳ Σοφοκλῆς <sup>67</sup> ἀπυδάκωτον ὠνόμασεν, <sup>68</sup> ἀπυδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

quoque eorum vasorum collocandorum causa ranaui de-  
beret, Trebatius respondit: Labeo autem id non probat,  
si eas bases testator numero vasorum habuit. Procu-  
lius vero recte ait, si anea quidem sint, non autem  
Corinthia, non deberi. Certe ad maculas mapparum  
impresas mihi sunt in mentem illa Martialis lib. XIV.  
Epigr. 138.

*Gausapa villosa, vel mantile.*

*Nobilis villosa tegant tibi linthea citrum:  
Orbitibus in nostris circulus esse potest.*

Ubi *circulus*, labes est impressa a paropside vel poculo, ut & *Turnebus* IX. aduers. 24. explicavit. Hinc vero pater, quod hoc non recte accepit idem *H. Junius* ad nescio quod Chirurgicum instrumentum: Excipulum, ait in *Nomencl. ego vocitabo, pace emendatorum bona, vasculum quod subijciunt a Chirurgis, dum sanguinem detrahant scalpello, ab ejus vasculi usu, quod subijciunt doliorum fistulis: ὑπόθημα Poll. ὑπόστατον, ὑπόκυκλον* si enim *Pollux* tale vasculum intellexisset, capite 20. antecedente, ubi quæ πρὸς πίθους exsequeretur, id nominasset & explicasset fat scio. JUNG.

<sup>61</sup> Ἐπὶ πάντων ] C. A. ἐπὶ π. ὄ. KÜHN.

<sup>62</sup> Χρυσία δὲ σφ' ὑπόκ. ] *Iliad.* Σ, 375. ubi quædam exemplaria: ὑπὸ κύκλα ἐκ. ut sit *Imelis* pro ὑπίθηκε, *suproherat*: ὑπόκυκλον autem συνίτητος legitur *Odyss.* δ, 131. SEB.

<sup>63</sup> χρυσία δὲ σφ' ὑπόκ. ] C. A. χρυσία σφ' ὑπόκυκλα &c. KÜHN.

<sup>64</sup> Καὶ πύδακα ] E MS. priores editiones πύδα. SEB. Καὶ πύδακα ] C. V. πύδα, omissa κα. C. A. in πύδακα finit hoc caput. KÜHN.

<sup>65</sup> Καὶ πύδακα ] MS. καὶ πύδα καὶ ἄλλοι &c. Sed mendose, ut quisvis videt: hoc tamen recte quod prima syllaba υ est, quum antea vulgati ubique male hic habebant, quod recte a *Sebero* nostro ejectum, illo substituto. *Pherecratis* Λήροι & ab *Athenao* laudantur, ut adnotavit *Casaubonus* III. *Athen.* 15. *Verus Pherecratis* in MS. defunt: possunt autem ita reconcinari:

Λαβοῦσα μὲν τῆς χοίνικος τὸν πύδακα  
εἰσέκρουσεν. JUNG.

<sup>66</sup> εἰσέκρουσεν. ] *Introrsum adegit*, ut ita minor fieret mensura: & hoc ipsum paulo post ex *Aristophane* dicitur ἐκκρούσασθαι τ. π. loco *movere suo fundum mensurarum: μέτρον τὸν πύδακα ἐκκρουμένον* vocat *Theophrastus Erhic. Charact.* c. 12. ubi *Casauboni* emendatione nil opus est. KÜHN.

<sup>67</sup> Ἀριστοφ. γοῦν ἐν Δρ. &c. ] MS. ita habet: ἐν Λήροις, καὶ Ἀριστοφάνης κεκλήκασιν: iterum omisiss his, γοῦν ἐν Δρ. ἢ κ. ἐκρ. τ. π. εἶρηκε. Et sane τὸ κεκλή-

nomen hoc invenitur de omnibus supposititiis fulcris: fortassis etiam secundum *Hommerum*, *circulus inferior*, dicentem,

*Aureos vero singulis circulos supposuit.*

*Fundum* vero alii πύδακα vocant: tum & *Pherecrates* in *Liris*, *Prehendens* quidem *choenicis fundum* infixit. *Aristophanes* sane in *Fabulis*, aut *Centauro*, *excussos fundos* dixit. *Calicem* vero *fundo* *caurentem* *Sophocles* in *Tripolemo* *ἀπυδάκωτον* vocat. *Fundo* *carens calix* *tubulæ* non servit.

κασιν in vulgatis forte reponendum hinc videtur: potius sane, quam subaudiendum: ut *legianus* nempe ἐν Λήροις κεκλήκασιν, λαβοῦσα &c. *Pherecratis* verticulum illustrat *Casaub.* noster *Comm. ad Theophr. Charact.* πρὶ βδελυρ. quem vide: post & post ἄλλοι τε poni. De *Aristophanis* *Dramatin* aut *Centauro* vid. *Casaubonum* nostrum VII. *Athen.* 14. ubi & pro ἐκκρουσαμένους, forte emendandum arbitrat *ἐκκρουσάμενος*. JUNG.

<sup>66</sup> Τριπολέμῳ ] C. V. bene *Τριπολέμῳ* laudat & *Athenaus Sophoclis Triptoleumum*. KÜHN.

*Τριπολέμῳ* ] MS. *Τριπολέμῳ* Σοφ. & ita omnino scribendum est: illud τ adpendulum τῷ π. oculos descriptorum effugit facile, ut notavimus & alibi. *Triptoleumum* nullum *Sophocles* scripsit: nescio an non & alius nemo. De *Triptolemo* vide, qui laudant, multos bonosque apud *Casaubonum* nostrum *Catalogo Dramatum Sophocleorum* VII. *Athen.* 4. ubi non aliter habet in hoc loco, quem profert, indeque restituit corruptam *Sophoclis* χρῆσιν apud *Etymologicographum* in ἀπυδάκωτος. JUNG.

*Τριπολέμῳ* Σ. ] Uti restituit e MSS. ad oram sui *Codici* *Doctiss. Kühnius*, sic & in suo *Sophocle Menysius Pollucis* adduxit verba: bene habet igitur *Τριπολέμῳ*, quod præter MSS. lucide patet etiam ex isto *Hesychii* loco: *ἀπυδάκωτος, ἀπύθμιος, Σοφοκλῆς Τριπολέμῳ* ἐν δὲ Ἰφιγενίᾳ πύδακα τοῦ ξίφους τὴν λαβὴν ἔφη in verbis autem summi *Tragici* insolentiam illius verbi *τραπεζοῦσθαι* attende, quod alibi haud temere reperias. Sed de πύδακα hoc amplius adnotare lubet, videri scilicet extitisse apud antiquos Græcos πύδος, eisdem utique notionis ac πύδαξ, indeque manasse Romanam vocem *fundus*, in cujus incunabulis inquirendis oleum & operam perdidit eruditi viri, ne quid gravius dicam: consule *Vossium* in *Etymologico*: π mutatum in f, quod tam est perspicuum & usitatum, ut exemplis ad illam rem abuti nolim: significavit autem cujuscunque rei inum proprie vocabulum illud, eaque de ratione πύδακα τοῦ ξίφους ἐπιφύσιον appellavit *Sophocles*; quod ipsum & *Eustathius* observavit e *Pausania* ad II. A. *Hesychius*: Πύδαξ, πύθμη.

<sup>67</sup> ἀπυδάκωτος ] Scr. ἀπυδάκωτος e Gr. t. SEB. 2.

<sup>68</sup> Ἄπ. οὐ τραπεζοῦται κ. ] *Salm. in mensa sists non potest aut stare*. KÜHN.

*Ἄπ. οὐ τραπεζοῦται κ.* ] *Ea χρῆσις, ἀπυδάκ. οὐ τραπεζ. κύλ.* in MS. nostro omissa est, statim additis verbis capitis sequentis, sine titulo interjecto. Adfertur ea & a *Suida* in πύδαξ: quæ tamen ἀντολεξί descrypta ex *Eustathii* παραβολαῖς ad Γλ. λ. qui περιμῖαν esse ait, & ἀπυδάκωτος, exponit ἀπυθμίον. Sed ad sequens caput: cujus initium & suis inserit *Rhodig.* VIII. *Antiq. Lect.* 15. JUNG.



• CAPUT XXIII.

• Κ Ε Φ Α Λ Α Ι Ο Ν Κ Γ.

*De mensa, & ejus vasculis.*

<sup>69</sup> Περὶ τραπέζης, καὶ τῶν ταύτης σκευῶν.

**O**bfoniis autem supposita mensa etiam tripes vocatur: dixit siquidem Aristophanes in *Telmissensibus*:

*Et unde ego mensam sumam tripodem?*

& in *Concionantibus*:

*Et tripodem extulit, atque lecythum.*

Tripodes quoque dicti sunt apud Xenophontem in Expeditione: sicuti Tripodia quoque & res. Tripodis autem operculum circulum appellare oportet, & ὄλμον. Quoniam & Delphici Tripodis operculum, cui Vates insidet,

<sup>70</sup> Ἡ δὲ ὑποκειμένη ταῖς ὄψοις τράπεζα, <sup>71</sup> καὶ τρίπους ἂν καλοῖτο <sup>72</sup> εἴρηκε γοῦν Ἄριστοφάνης ἐν <sup>73</sup> Τελμισσεῦσι,

καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπου τράπεζαν λήψομαι. καὶ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις,

<sup>74</sup> καὶ τῷ τρίποδ' ἐξένευκε, καὶ τὴν λήκυθον.

εἴρηνται δὲ οἱ τρίποδες <sup>75</sup> καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τῇ Ἀναβάσει, <sup>76</sup> ὡς περ καὶ τριπόδια, ὡς ἐν Ἰπποκόμῳ Μενάνδρου,

τὰ δ' ἐκ μέσου τριπόδια καὶ τραγῆματα \* τὸ δ' ἐπίθημα <sup>77</sup> τοῦ τρίποδος, κύκλον, καὶ ὄλμον <sup>78</sup> προσήκει καλεῖν. ἐπεὶ καὶ τοῦ δελφικοῦ τρίποδος τὸ ἐπίθημα, <sup>79</sup> ᾧ ἐγκάθηται ἢ προφῆτις,

<sup>69</sup> Περὶ τραπ.] C. A. in margine, ut semper feretuli sunt marginales, Περὶ τῆς ἐν ὄψοις ὑποκειμένης τραπέζης: ubi in ablatum vellem: nec *Salm.* titulum vulgatum legit. KÜHN.

<sup>70</sup> Ἡ δὲ] *Salm.* ἢ δὲ non legit. KÜHN.

<sup>71</sup> Καὶ τρίπ. ἂν καλ.] C. A. omisissis interjectis pergit τὸ δὲ ἐπίθημα τῆς τρίποδος &c. KÜHN.

καὶ τρίπ. ἂν καλ.] Laudat hæc *Rigaltius* noster ad illa *Artemidori* lib. I. *Onirocr.* c. 76. τράπεζα δὲ τρίποδος οὐδὲν διαφέρει: οὐδὲ ἄλλο τι σκεῦος, ᾧ τις ἐπιθύνει: nempe in re *Onirocritica*. JUNG.

<sup>72</sup> Εἴρηκε γοῦν] MS. εἴρηκεν γ' οὖν. JUNG.

<sup>73</sup> Τελμισσεῦσι] MS. Τημισσεῦσι: emenda: *Telmissensium* ut supra MS. *Segm.* 72. ubi probavi pluribus: locum hunc respicit & supra VI, 83. JUNG.

Τελμισσεῦσι] *Telmissensium* restitui cum *Kühnio*: ea de scriptura superius affatim est actum. In *Aristophanis* autem altera χρῆσις corrigendum putavi τῷ τρίποδ' ἐξένευκε, sicut in ipso *Comico* *Jungermannus* extare docuit: *Callistratus* apud *Athenæum* lib. V. plus una vice mentionem injicit τριπόδων Δελφικῶν, ubi non *tripodes Delphicos* intellige, sed *Delphicas mensas*.

<sup>74</sup> Καὶ τὸν τρίπου &c.] MS. καὶ τῷ τρίποδ' ἐξένευκε &c. sed pro τῷ videtur quis τὸν reponere voluisse. Sed MS. ut est apud *Comicum* ipsum habet: malim tamen τῷ, scilicet τῷ τρίποδ'. Scribe itaque: καὶ τῷ τρίποδ' ἐξένευκε καὶ τὴν λήκυθον. Ita prorsus enim & apud *Comicum* in *Ecclēsiastis* est, nisi quod editio *Rapheleng.* τῷ habet, quod σφάλμα τυπογράφου, credo. JUNG.

<sup>75</sup> Καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν τῇ Ἀναβ.] *Xenophontis* locus est *Αναβάσ.* lib. VII. in convivio *Scythæ*: τριπόδες εἰσενέχθησαν πᾶσι: οὗτοι δ' ὅσον εἰκοσι κριῶν μεστοὶ νεμεμημένων &c. JUNG.

<sup>76</sup> Ὡς περ καὶ τριπόδια, καὶ τραγῆματα.] C. V. ὡς ἐν Ἰπποκόμῳ Μενάνδρου, τὰς δ' ἐκ μέσου τριπόδια καὶ τραγῆματα leg. τραγῆματα: ut in *Equifone Menandri*:

τὰ δ' ἐκ μέσου τρ. καὶ τραγῆματα.

*Illos tolle e medio parvos tripodes & bellaria.*

KÜHN.

Ὡς περ καὶ τριπόδια, καὶ τραγῆματα.] Mendosa ista καὶ τραγῆματα, ut facile quis suspicetur: locus præterea mutilus: qui in MS. nostro integer, & auctior χρῆσις e *Menandro*: ita ergo restitue, ut MS. ha-

bet: ὡς περ καὶ τριπόδια, ὡς ἐν Ἰπποκόμῳ Μενάνδρου

τὰ δ' ἐκ μέσου τριπόδια καὶ τραγῆματα.

τὸ δ' ἐπίθημα &c. *Menandri* Ἰπποκόμος & infra laudatur *Segm.* 98. JUNG.

Ὡς περ καὶ τριπόδια] *Elegantem Menandri locum* MSS. confervant, quem omnium, ceteris vulgaris καὶ τραγῆματα, in textum revocavimus *Kühnio* favente: Ἰπποκόμον *Menandri* & *Athenæus* alii qui adducunt, ut *Meursius* in fabularum ejus *Indice* significavit. Sed de *tripodiis* tamen hoc *Comici* loco cogitandum: τραγῆματα certe, seu bellaria mensis imponuntur: cum quibus mireris ita conjungi *τριπόδια*: nisi sumferis de cesticellis tripodibus, qui sustinere solebant vasā mensaria: quædam de istis superius adnotata: nescio an huc spectet *Cyris* τριπόδιον, *tripodium*, an alio potius referri debeat, ut opinantur eruditi viri.

<sup>77</sup> Τοῦ τρίποδος] C. A. τῆς τρίποδος: *tripodes mensa fuerunt in templo Delphici Apollinis, quibus superposita Phæades vaticinabantur*: ὄλμον hujus tripodis *cortinam* dici existimes jure merito ex iis, quæ *Servius* habet de *Cortina* ad illud *Virgilii*, *neque te Phæbi cortina sefellit*: vid. *Gloss.* in *Cortina*. KÜHN.

<sup>78</sup> Δεῖ] MS. ὄλ. προσήκει κ. SEB.

Δεῖ] C. A. pro δεῖ leg. προσήκει. KÜHN.

Δεῖ] Προσῆκει, MS. nolter, ut *Seberis*, pro vulgato δεῖ habet. JUNG.

Δεῖ καλεῖν.] Recte quidem, & quis mutandum censeret? sed omnes ad unum MSS. προσήκει, quos non sequi religioni duco, etiam si quid saltim vulgatæ lectioni par præ se ferant. ὄλμον autem Delphici tripodis pluribus explicuit *Illustriss. Spanhemius* ad *Callimachum*, allaro etiam *Pollucis* nostri loco, ubi & alia pleraque, quæ ad *cortinam* pertinent, non præterit eruditissimus vir: nos alio loco.

<sup>79</sup> ᾧ ἐγκ. ἢ προφῆτις] *Schol. Aristoph.* ad *Plut.* princ. ἢ δε Πυθία ἐπὶ τρίποδος καθήμενη χρησμοῦδ' καλεῖται δὲ τὸ μέρος, ἐν ᾧ καθῆται, ὄλμος. Eidem tamen alibi (fol. 319.) ὄλμος etiam ipse ille τρίπους, quem *Diodor. Sicul.* nominatum scribit, quod fuerit μηχανὴ τρεῖς ἄχρουσα βάσεις: libro decimo sexto, fol. 428. W. SEB.

ᾧ ἐγκ. ἢ προφῆτις] MS. προφῆτις. Sed correctum est προφῆτις. Illum ὄλμον Delphicum *Cortinam* a *Prudentio* putat vocari *Cispanius*, quem vid. *Collectan. Lucret.* in *Præstigijs*. JUNG.



ὄλμος καλεῖται ὡς τὰ μέσα τοῦ ἐμπύρου τρίποδος, <sup>80</sup> γάστρα καθ' Ὀμηρον <sup>81</sup> ἐν δὲ τοῖς Δημοπραταῖς, καὶ τράπεζαι τις μονόκυκλος πέπραται καὶ μὴν καὶ τὰ <sup>82</sup> ἐπιτιθέμενα τοῖς τρίποσι, <sup>83</sup> τράπεζαι καλοῦνται, καὶ μαγίδες, <sup>84</sup> ὅς τις χρῆσθαι βούλοιο τῷ ὀνόματι κυρίως ῥηθέντι ἐπὶ

ὄλμος vocatur: Medietas autem tripodis igniti, Venter secundum Homerum. In Publica autem auctione, etiam Mensa quaedam unicum circulum habens vendita est. Veruntamen etiam ea, quae tripodibus imponuntur, mensae vocantur: & magides, quicumque hoc nomine uti dicatur, proprie accommodato

80 Γάστρα ] *Odys.* θ, 437. vide & supra II, 168. SEB.

Γάστρα ] *Gisanius* in verbis *Pollucis* dicto loco hic non recte γαστέρα habet; ut & *Rhodigin.* VIII. *Antiq. Lect.* 15. γαστέρα hinc: γάστρα dicitur a nostro *Polluce*, τῆς γάστρας: quod *Homerus* Ionice γάστρη vocat: *Noster* eodem modo & supra II, 168. LUBET ipsum versiculum ex *Odys.* θ. adscribere etiam a *Sebero* nostro indicatum, etiam hic: licet & supra II, 168. a nostro allatum:

Γάστρη μὲν τρίποδος κύρ ἀμφισπύ, βέρμετο δ' ὕδαρ.

ἔμπυρον vero hic vocat *Pollux*, quem ibi *Homerus* λυτροχρον τρίποδα vocat, eundem nempe cum ἐμπυριβήτην, de quo supra ad IX, 68. JUNG.

100 Ἀλκμήνῃ ] *Euripidis Alcmene* apud *Stobæum* aliquoties laudatur, ut adnotavit in suo Catalogo *Euripidearum* fabularum *Schottus* noster. Inde & χρῆσιν παροιμιώδη depromit *Aristoph. Schol.* ad *Ranas*, ibi: μετακουλιθῆν αὐτὸν αἰεὶ Πρὸς τὸν εὐπράττοντα τοῖχον. JUNG.

1 Πόθεν δὲ π. φανόν &c. ] Πεύκης φανός ταδα est. KÜHN.

Πόθεν δὲ π. φανόν &c. ] Χρῆσις ex *Euripide* ita in MS.

Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν· non φανόν, ut vulgo. Et certe illius, non hujus, τῶν ὄν in usu, ut modo & supra VI, 103. dixit, exemplum ex *Euripide* attulisse omnino credo: itaque cum MS. emendo. JUNG.

Πόθεν δὲ π. φανόν ] Πανόν MSS. quod præ vulgata lectione placuit, cum & *Ammonius* obleret *Tragicis* illam vocem solere scribere per π, cum *Comicis* scribatur per φ. Eximie facit ad totam hanc rem *Galenus* locus, quem ex *Glossis* ejus *Hippocraticis* describam: λαμπτήρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανόν ὀνομάζουσιν ἐν τῷ δευτέρῳ παρὶ νοσῶν τῷ εἰζῶνι· παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις καὶ μάλιστα τοῖς Ἀττικοῖς, ἐν ᾗ ζυλά τε κατεκαίετο παρῆχοντα φῶς· ἀλλὰ καὶ αἱ δᾶδες, καὶ ὁ λυχνός ἐστὶν ὅτε λαμπτήρ ὀνομάζεται· sic enim hæc purius, quam in editione *Alcina* vulgantur, legenda sunt: ad *Galenum* adde *Hesychium* in λαμπτήρ· hic enim quæ scribit proxime ad *Galenus Glossam* accedunt, meamque confirmant emendationem.

2 Καὶ γὰρ δ. καὶ λ. ε. τῶν φωσφόρων. ] Γὰρ abest a C. A. mox quidam legunt τῶν πορφύρων. KÜHN.

Καὶ γὰρ δ. καὶ λ. ε. τῶν φωσφόρων. ] MS. καὶ γὰρ δᾶδες, καὶ λαμπάδες τῶν φωσφόρων· sine εἰσὶ. *Athen.* libr. ult. Φιλόλλιος δὲ τὰς λαμπάδας δᾶδας καλεῖ. Et nescio quid hic delirabam, si legeremus: καὶ γὰρ δᾶ- τὰς καὶ λαμπάδας τῶν φωσφόρων· fore integrum scenarium, nescio unde: nam δᾶται etiam λαμπάδες apud *Hesychium* exponuntur: sed satius fuerat, credo, has nugas abstinuisse; cur enim δᾶδας & λαμπάδας hic *Pollux* omittat, quæ vulgatissima, & supra VI, 103. & *Segm.* 111, quoque allata fuere? JUNG.

3 \* Ἐξαντρίαις ] *Interpres* præterit vocem ἔξαντρίαις, quæ & *H. Sterbuno* suscepta. SEB.

\* Ἐξαντρίαις ] Bene C. V. ἐξαντρίαις· sic & *Salmast.* cujus C. V. ἔξαντρίαις· in catalogo *Æschylis* dramatum κατὰ στοιχείον, qui præmitti solet ejus *Tragediis*, etiam extant Ξαντρίαι· confer & *Valesii* notas in *Eusebii Hist. Eccles.* pag. 243. *Gloss.* Ξανθρία, *ruscatrix*, leg. *rusatritrix* a ξανθίν, *rusare*, *carminare*: eadem affert *Salm. Tibullus* Ξανθρίαν describit: *Tristiaque de niveo vellere dente rusat* lib. I. *Eleg.* 6. KÜHN.

\* Ἐξαντρίαις ] Non frustra suspectum habent vulgatum ἔξαντρίαις viri docti: falsum nos certo adfirmare possumus. Ita enim MS. noster jubet, qui habet: ἐν Ξαντρίαις. Nil verius, quod ita reponendum. Ξαντρίαι eadem & in Catalogo τῶν Αἰσχύλου δραμάτων κατὰ στοιχείον extant. Nec tamen, ut nos admonuit ὁ θεῖος *Salmastius*, satis hæc in te cautus aut prudens *Pollux*, qui κάμακας vocare λαμπάδας dicit: κάμακας πεύκης enim *Æschylum* vocare, non simpliciter κάμακας· Ἐ πύκας *Gyaci Poeta* λαμπάδας Ἐ ταδας dicitur: κάμακας πεύκης idem est, quod πύκας aut πύκη, quod est ταδα; Hæc ille. Ceterum feruntur & *Euripidis* Ξαντρίαι· nam apud *Aristoph. Scholiast.* ad *Ranas* in certamine Poëtico ad ista ῥύμφαι ὄρεστρονοι αἶτ: ἐκ τῶν



<sup>1</sup>Κάμακες πύκνης οἱ πυρίφλεκτοι τὸ δὲ ὀβελισκο-  
<sup>118</sup>λύχνιον, <sup>5</sup>στρατιωτικὸν μὲν τοῖ τοῦ χρέμα, <sup>6</sup>εἰ-  
 ρηται δὲ ὑπὸ Θεοπόμπου <sup>6</sup>τοῦ Κωμικοῦ ἐν Εἰρήνῃ,  
 Ἡμᾶς δ' ἀπαλλαχθέντας <sup>7</sup>ἐν ἀγαθαῖς τυ-  
 χαῖς  
<sup>8</sup>ὀβελισκολυχνίου, καὶ ξιφομαχαίρας πι-  
 κρᾶς.

<sup>9</sup>ὅταν δ' εἶπῃ ἐν τῷ Αἰολοσίῳ Ἀριστοφάνης, Δυσὶν  
 λυχνιδίον, <sup>10</sup>δῆλον ὅτι λυχνία εἴρηκεν, ἀλλ'  
 οὐ λυχνοὺς μικροὺς ὡσπερ καὶ <sup>11</sup>ὅταν Κράτης  
 Φῆ ἐν τοῖς Γείτοσι, <sup>12</sup>οὐκ ἔστι μοι λυχνιδίον

*Perticæ picatæ incensæ. Obeliscolychnium  
 autem militare instrumentum est: • di-  
 ctumque a Theopompo Comico in Pace,*

*Nos vero bona fortuna  
 Obeliscolychnium permutantes, Censum  
 acutum.*

*Verum cum Aristophanes in Æolisco-  
 ne dicit, Duobus lychnidiis: nimi-  
 rum candelabra intelligit, & non parvas  
 lucernulas. Sicuti cum & Crates inquit  
 in Vicinis, Non est mihi lychnidium.*

*Ξανθρίων* (puto scrib. Ξανθρίων) Εὐριπίδου φησὶν Ἀσκλη-  
 πιάδης ἔπει δὲ Ἀθήνησιν ἐν τῇ τοῦ διαθέντων. Νύμφαι  
 ὀρσιγυῖαι θεαῖσιν &c. similis nominis drama Ξάνται,  
 ἢ κίρκωπες a Platone Comico scriptum fuit, ut a  
*Suidam* lego in ejus *Comici* fabularum catalogo.  
 JUNG.

\* *Ἐξανθρίας Αἰσχύλος*] Mirum non meminisse *Meu-  
 sum* hujus loci in *Æschulo* suo, cujus equidem emen-  
 datio vel homini mediocriter docto facile venisset in  
 mentem: nostri MSS. præclare, ἐν Ξανθρίαις, quo ten-  
 dit & *Falckenburgii* Codex, quamvis in eo intrica-  
 tior paullo sit scriptura. *Richardus Bentlejus* vit in-  
 geniosissimus & insigni eruditione rectissime locum hunc  
 emaculavit ad *Mulatum* pag. 58. ubi simile vitium *Ga-  
 leno* adhæsisse observat, apud quem scriptum sit Αἰ-  
 σχύλος Ξανθρίαις pro ἐν Ξανθρίαις. Adducit & hanc  
*Æschuli* fabulam *Photius* in *Lexico Αἰσχύλος Ξανθρίαις*  
 in voce πικρῶν, & in *ὀκτάπουν*, ἐν ταῖς Αἰσχύλου Ξαν-  
 θρίαις. *Suidam* lege in eadem voce.

4 *Κάμακες π. &c.*] C. A. πύκνης οἱ π. malim tam-  
 en vulgarum. *Salm.* καὶ κάμακες πύκνης οἱ πυρίφλεκ-  
 τοι. KÜHN.

5 *Στρ. μὲν τὸ χρέμα*] C. A. μὲν τοι εἰ. δὲ καὶ ὑ. Θ.  
 KÜHN.

*Στρ. μὲν τὸ χρέμα*] MS. στρ. μὲν τοι τὸ χ. De ὀβε-  
 λισκολυχνίῳ vid. *Nunnesf.* Not. in *Phrynich.* voce φα-  
 νός. Locum *Theopompi* hunc etiam intellexit *Athenaus*  
 extremo libr. XV. quamvis apud cum mendose lega-  
 tur *Ζυλολύνον* δὲ μρωπηται Ἀλεξίς, καὶ τάχα τούτω  
 ὁμοίον ἐστὶ τῷ παρὰ Θεοπόμπου, ὀβελισκολύχνος. Sed  
*Magnus Casaubonus* bene emendat & certo: τὸ π. Θ.  
 ὀβελισκολύχνος. JUNG.

*Στρατ. μὲν τὸ χρέμα*] Parvi quidem id momenti  
 est, quod restitutum μὲν τοι sed ita tamen fuit ju-  
 bentibus MSS. emendandum. ὀβελισκολύχνος apud  
*Theopompon* satis metri ratio probaverit: sed quod apud  
*Athenaum* ex eo ὀβελισκολύχνος adducatur, potius id  
 equidem meo judicio ipsi Auctori fallentique ejus me-  
 moriæ quam librariis est imputandum.

6 *Τοῦ Κωμικοῦ &c.*] Τοῦ Κωμικοῦ cum sequentibus  
 usque ad πικρᾶς abest ab *Antw.* Codice. *Salm.* C. au-  
 te ὑπὸ πρæmittit καὶ. KÜHN.

7 *Ἐπ' ἀγαθαῖς &c.*] C. V. ἐν ἀγαθαῖς τ. KÜHN.

*Ἐπ' ἀγαθαῖς &c.*] MS. ἡμ. δὲ ἀπ. ἐν ἀγ. τ. quæ  
 forte parvi momenti. JUNG.

*Ἐπ' ἀγαθαῖς τ.*] Consilium MSS. sequor, qui præ-  
 se ferunt in ἀγ. τ. Sententia non diversa: sed propæ-  
 randum ad sequentia, ubi MSS. bene de *Folluce* me-  
 rentur: scilicet in vulgatis καὶ μαχαίρας πικρᾶς non  
 recte: *Falckenburgii* Codex, qui plerumque in præci-  
 pui majorisque momenti rebus ceteris MSS. solet con-  
 sentire, ξιφομαχαίρας πικρᾶς, itaque reponendum in  
 textu: sensum loci plane non cepit *Interpres*, cui in  
 istiusmodi difficilioribus erranti facile condonamus; est  
 autem hic: *Nos autem abeuntes* (salvos & integros)  
*bona ope obeliscolychnii & xiphomacharum acerba:* quos-  
 dam hæc dixisse credo, qui nocte fortiter pugnantem  
 fallenteque lumine obeliscolychnii adjuti periculum præ-

lii evaserant: eleganter autem ἐν ἀγαθαῖς τυχαῖς, quæ  
 formula solennis est, & in initio psephismatum in pri-  
 mis frequentissime apponi solita, quæ, ut omnia sibi  
 prosperrime succederent, precabantur: adeunda sunt  
*Arundeliana Marmorata*, in quibus ἐπ' ἀγαθῆ τυχῆ, ἀ-  
 γαθῆ τυχῆ aliaque similia sæpe repeties. *Ξιφομαχαί-  
 ρα*, ἢ μεγάλη μαχαίρα est apud *Helyschium*. *Πικρᾶ* ve-  
 ro *Ξιφομαχαίρα* ad imitationem *Homeri*, cui πικρᾶς δι-  
 στός ὁ πικροπείος καὶ θανάσιμος, ut *Eustathius*: sic  
*Celuthius* πικρὸν βέλος, eaque loquendi ratio fami-  
 liaris Hebræis in simili voce, & a LXX. viris con-  
 servata.

8 *ὀβελισκ. καὶ μαχ. π.*] C. V. ξιφομαχαίρας, leg.  
*Ξιφομαχαίρας. Salm.* ὀβελισκολύχνου καὶ μαχαίρας πι-  
 κρᾶς, vel μαχαίρας τῆς πικρᾶς. KÜHN.

*ὀβελισκ. καὶ μαχ. π.*] Sed hoc versu quis suspica-  
 tus est vocem mutilam esse? Noster MS. prodit ha-  
 bens: ὀβελισκολύχνου καὶ ξιφομαχαίρας πικρᾶς: quo  
 modo certe restituere debemus, nec versui ulla vis sit.  
 Eandem *Ξιφομαχαίρας* in alia χρεῖσι restituit ex MS.  
 supra VII. 158. quæ infra *Segm.* 145. incorrupte le-  
 guntur. *Theopompi* vero *Irene* & ab *Athenao* laudatur.  
*Casaub.* IX. *Athen.* 2. JUNG.

9 *Ὅταν δ' εἶπῃ Ἀριστ. ἐν Αἰολ.*] C. A. εἶπῃς Ἀ. δυσὶν  
 λυχνιδίον λυχνίαν εἰ. ἀ. οὐ λ. μ. cætera absunt usque  
 ad εἶδος *Segm.* seq. *Salm.* etiam λυχνία. KÜHN.


*Ὅταν δ' εἶπῃ Ἀριστ. ἐν Αἰολ.*] MS. ὅτ' αὖ δ' εἶπῃ ἐν  
 τῷ Αἰολοσίῳ Ἀριστοφάνης, δ. JUNG.

*Ὅταν δ' εἶπῃ Ἀρ. ἐν Αἰολ. &c.*] Ordinem a MSS.  
 monstratum exhibui in textu: mox vulgo fuit editum  
 λυχνίαν, quam maculam præcuntibus MSS. haud dif-  
 ficulter eluimus. Paulo post in *Cratini* verbis melius  
 e MSS. textus habet μοι cum in *Aristophanis* loco om-  
 nia sunt planiora, ut nos restitimus e MSS. Sed  
 ad alia porro difficiliora majorisque momenti pergamus.

10 *Δηλον ὅτι λυχνία εἴρη-  
 κεν, ἀλλ' εὐ λ. egregie.* Et hic locus videtur esse, qui  
*Nunnesium* impelleret in errorem, ut nobis ad *Phry-  
 nich.* λυχνίαν fingeret, quasi λυχνίας diceretur. Nam in  
*φανός* ad *Phrynich.* ita scribit: λυχνίον quousque ἔσ' λυχνι-  
 δίων ὑποκοριστικῶς, ut observat *Pollux*, appellabant *At-  
 tici*, quod posteri λυχνίαν, ubi *Lychni* reponeruntur.  
 Sed bis fallitur. Nec enim λυχνίον ullibi diminutivum  
 a λυχνίῳ dixit *Noster*, sed σκευὸς ipsum ἐν ᾧ λυχνίος ἐπι-  
 τίθεται & ab illo λυχνίῳ ait diminutivum esse λυχνι-  
 δίων. Nec λυχνίαν hic dixit vel alibi: sed hic λυχνία  
 scribendum esse MS. nos omnino jubet. Ait itaque  
*Pollux*, quum *Aristophanes* λυχνίδια dicat, clarum est  
 eum non parvos lychnos sed λυχνία dicere, *candelab-  
 bra*, quod & ex aliis probat *Comici*: perinde nimirum  
 ut *μυρίδιον* pro μύρων dictum sit. JUNG.

11 *Ὅταν*] MS. ὅτ' ἀν. JUNG.

12 *οὐκ ἔστι μοι λ.*] MS. οὐκ ἔστι μοι λυχνι-  
 δίων quo pacto emenda. *Crates* *Γείτοσι* etiam lauda-  
 tur ab *Athenao*, ut *Casaubon.* indicat IX. *Athen.* 12.  
 JUNG.



\* Manifestus tamen in Aristophanis Fabulis, aut Niobe, Sed candelæ instar recumbit super lychnidium. Et in Phœmillis, & Stilba, quæ mihi noctu lumen fert super candelabro. Unde patet, quod & Stilba lucernæ species est. Verum si & unguentis in his utendum est: quod unguentum Aristophanes in Tagenistis Unguentulum vocavit: dictaque ab eodem sunt Vasa unguentaria. Dicitur etiam lecythus unguentaria, tu vero etiam unguentiferam vocabis. Sed in Ranis Aristophanis Lecythium quoque dictum est.

\* σαφέστερον ἐν δὲ τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν, 119 ἢ Νιόβῃ, ἀλλ' ὡς περ λύχνος ὁμοιότατα 14 κά-  
θευδ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου. 15 Ἀριστοφάνους δ' ἐν δὲ  
ταῖς Φοινίσσαις εἰπόντος, 16 Στίλβῃ θ' ἢ κατὰ  
νύκτα μοι Φλογάνας 17 ἠράζεις ἐπὶ τῷ λυχνίῳ  
οὐκ ἀφανές ὅτι καὶ ἡ στίλβη, λύχνου τὸ εἶδος,  
καὶ μὴν εἰ μύροις 18 ἐπὶ τούτῳ χρηστέον, ὅτι μὲν καὶ  
μυρίδιον εἶρηκε τὸ μῦρον 19 Ἀριστοφάνης ἐν Ταγην-  
ισταῖς, ἰστέον. 20 εἶρηται δ' ὑπ' αὐτοῦ ἐν Δαιταλεῦ-  
σι, καὶ 21 ἄγγη μυρηρά· λέγειτο δ' ἂν καὶ λήκυθος  
μυρηρά· σὺ δ' ἂν εἴποις 22 καὶ μυροφόρον ἐν δὲ Βα-  
τράχοις Ἀριστοφάνους εἶρηται καὶ τὸ 23 ληκύθιον.

13 H<sup>o</sup> Νιόβῃ ] C. V. ἠιόβῃ & ita infra cap. 38. & cap. 48. sed Atheniensis servat vulgatum δράμασιν ἢ Νιόβῃ lib. VII. c. 14. ubi vid. Casaub. ascriptum tamen est C. V. f. ἠιόβῃ ipsum vero locum lege:

— ἀλλ' ὡς περ λύχνος ὁμοιότατ' ἐκάθειδ' ἐπὶ λυχνιδίου.

— sed uti lychnus  
Simillime dormiebat super candelabro. KÜHN.

H<sup>o</sup> Νιόβῃ ] MS. ἠιόβῃ. Sed bene vulgo: vid. Casaub. VII. Athen. 14. dein scribe ὁμοιότατα, ut MS. discrete haber, & Casaub. noster dicto loco. JUNG.

14 Κάθειδ' ἐπὶ &c. ] MS. κάθειδ' ἐπὶ τ. λ. quo pacto etiam scribendum videtur: quamvis hoc leve. JUNG.

15 Ἐν δὲ ταῖς Φοινίσσαις ] Ita plenius MS. Ἀριστοφάνους δ' ἐν ταῖς Φοινίσσαις εἰπόντος, στίλβῃ κατὰ νύκτα μοι φλογάνας ἠράζεις ἐπὶ τ. λ. quæ valde discedunt a vulgatis φλόγα ἦσαι, ut H. Stephanum legere ait noster Seberus, pro antea edito φλ. ἦσαι. Sine dubio itaque aliter verliculi reconcinandi & emendandi erunt. JUNG.

Ἐν δὲ ταῖς Φοιν.] Mutilum hunc locum e MSS. supplevimus, & qua pote restituumus: de Comicis Phœnissæ vide Meursium in Attica Biblioth. titulus a Tragicis translatus: Euripidis Phœnissæ sunt celeberrimæ: sed ipsa Comicis verba alia longe ratione leguntur in MSS. ac vulgo: pro istis enim μοι φλόγα ἦσαι satis intricate MSS. μοῦ φλογάνας ἠράζεις, quæ nobis negotium faciunt, præcipue cum nullam hic lucem Jungermannus accendat: omnis nodus est in ἠράζεις: quo soluto, tota res est expedita: illud φλόγα ἠράζεις, quod in Excerptis Vossianis est adscriptum, non ineptum esse iudico, nisi quod loquendi ratio paulo sit infolentior: metaphora ab equis defumta, quos qui redactus fræno siltit & a cursu cohibet, dicitur eos ἀνασειράζειν videndus Hesychius: cogitabam, an non commode posset legi φλογάνας ἠράζεις: sed eruditi melius & felicius ista detegent, quæ nos festinantibus obiter attingimus: id autem præterire nequeo, Pollucem nostrum forsitan haut satis attendisse, cum στίλβην ex hoc loco lychni quoddam genus esse probari posse existimat: si quid enim ego video, στίλβη commode profus hoc Aristophanis loco explicari poterit lumen, fulgor candelæ. Ita superius ex eodem Aristophane πάντα τῆς ἔξωμιδος διαστίλβην dicuntur ὡς περ ἐν κενῷ λυχνίῳ: sed tamen ne penitus abiciam illam expositionem facit Hesychius, apud quem talia lego: Στίλβη, ἀνχμὸς, ἐλλύχνιον· ἔνιον φάνον· Ἀττικοὶ δὲ ἔσπατρον· ex parte locum restituit Salmastus, qui totus ita legendus est: Στίλβη, λύχνος (conjecturam φλομὸς) ἐλλύχνιον· ἔνιον φάνον· Ἀττικοὶ δὲ ἔσπατρον.

16 Στίλβη θ' ἢ &c. ] C. V. φλογάνας ἠράζεις ἐπὶ ascriptum est legendum esse στίλβη θ' ἢ κατὰ νύκτα μοι φλόγα ἠράζεις ἐπὶ τῷ λ. & Stilbe, qua mihi per

noctem flammam reprimis super candelabro: id est, quæ tenuem flammam spargis, refranando illam: KÜHN.

17 ἦσαι ] Sic leg. H. Steph. pr. ed. ἦσαι. SEB.

18 Ἐπὶ τούτῳ ] MS. ἐπὶ τούτῳ χρ. JUNG.

19 Ἀριστ. ἐν Τάγ. ] C. A. τὸ μῦρον Ἀριστοφάνης ἰστέον εἰ. δ' ὡ. α. KÜHN.

20 Εἶρηται δ' ὑπ' ] MS. εἶρ. δε καὶ ὑπ'. SEB.

Εἶρηται δ' ὑπ' ] MS. nolter: εἶρ. δε. Sed Seberi plenius, εἶρηται δε καὶ. JUNG.

21 Ἄγγη μυρηρά. ] Salm. C. μονηρά pro μυρηρά perperam. C. A. καὶ ἄγγη μυρικὰ. KÜHN.

Ἄγγη μυρηρά. ] In MS. nostro ab alia manu super ascriptum v. Sed inepte, credo. In MS. Salmanticensi hæc lectio exstat, ut Schoottus noster indicat: μυροφορικὰ· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖ· quæ forte sic debant scribi: ἄγγη μυροφορικὰ· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖον. Sed vulgata bene se habent: mox vero pro Ἀριστοφάνης, ut in MS. erat, recte ibidem emendatum Ἀριστοφάνους. Cæterum ex hoc loco, ubi & λήκυθος μυρηράν Pollux dicere nos posse ait, inductus D. Furlanus Noris ad Theophrast. Charact. cap. περὶ ἀρεσκείας, pro θηριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους opinatur legendum, μυρηράς τῶν &c. JUNG.

Ἄγγη μυρηρά. ] Equidem ego vulgatam lectionem non temere rejiciam: sed illi tamen de loco lites movere possit ista scriptura, quam e Codice Salmanticensi Schoottus adnotavit: huic convenit Falckenburgii liber, qui literis expressis pro μυρηρά legit μυροφορικὰ, pauloque post μυροφορεῖν pro μυροφόρον, unde facillime formes μυροφορεῖον, quod jam Jungermannus vidit: an non igitur longe concinniori, & minus interrupto ordine sic in Polluce reponas? καὶ ἄγγη μυροφορικὰ· σὺ δ' ἂν εἴποις καὶ μυροφορεῖον· λέγειτο δ' ἂν καὶ λήκυθος μυρηρά· ἐν δὲ Βατρ. Ἀρ. Quid alii sint iudicaturi, ignoro: ego vero vulgata lectione lubentissime caream, si hanc habere liceat: μυροφορεῖον autem rectissime, ut Segm. 127. σμηματοφορεῖον similiaque plurima. Alia tamen præterea hunc locum attente volutanti venit in mentem conjectura: Segm. seq. ex eadem Aristophanis fabula, quæ hic adducitur Δαιταλεῦσι λήκυθον μυρηράν profert Pollux noster, quæ voces facillima loci transpositione hic etiam Aristophani possunt adseri tali modo: εἶρηται δ' ὑπ' αὐτοῦ ἐν Δαιταλεῦσι καὶ λήκυθος μυρηρά· λέγειτο δ' ἂν καὶ ἄγγη μυρηρά, aut μυροφορικὰ &c. pluribus, credo, non displicebit hæc opinio mea.

22 Καὶ μυροφόρον. ] C. A. omittit καὶ post μυροφόρον est, τὸ δὲ ἀγγεῖον &c. Segm. 121. KÜHN.

23 Ληκύθιον. ] Ληκύθιον occurrit in eo dramate, ubi Æschylus cum Euripide concertans introducitur crebro: ubi Æschylus prologis Euripideis semper vulam ληκύθιον προσάψας accinit ληκύθιον ἀπάλασεν· sic dimidiatos jambos Euripideos supplendo cavillans. JUNG.



120<sup>o</sup> 24 Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ, αὐτοχειλεσι λη-  
κύβοις ἔφη, 25 δηλῶν ἀλαβάστους μονολίθους  
καὶ τὸ μὲν εἰς τὰς ληκύβους καθιέμενον ἐπὶ γέυμα-  
τι τοῦ μύρου, 26 σπαθίδα, καὶ σπάθην κλητέον,  
27 Ἀριστοφάνους μὲν εἰπόντος ἐν Δαιταλεῦσι,  
28 τῆς μυρηαῆς ληκύθου πρὶν κατήλασας τὴν σπα-  
θίδα γέυσασθαι μύρου. 29 καὶ γὰρ Εὐβουλος ἐν

Sophocles vero in Andromeda; αὐτο-  
χειλεσι ληκύβοις inquit, alabastra integro  
saxo exsculpta intelligens. Et instrumen-  
tum in lecythos, ad unguentum degu-  
standum, immisissum rudiculum, vel spa-  
tham vocare oportet, secundum Aristopha-  
nem dicentem in Convivatoribus, Unguenta-  
riæ lecythi unguentum, priusquam radicu-  
lam immitteret, degustans. Euphemus si-

24 Σοφ. δ' ἐν Ἀνδ. αὐτ. ληκ. ] C. V. λίθους ἔφη, δη-  
λῶν ἀλαβάστους μονολίθους. KÜHN.

Σοφ. δ' ἐν Ἀνδ. αὐτ. ληκ. ] MS. Σοφ. δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ  
αὐτοχειλεσι λίθους ἔφη, δηλῶν ἀλαβάστους μονολίθους. Et  
de αὐτοχειλεσι λίθους sane meam sententiam non pro-  
fero: cætera tamen ut in MS. legenda: certe δηλῶν  
pro vulgato mendoso δῆλον & H. Stephanus in suo Co-  
dice reposuit: ἀλαβάστους autem MS. constanter re-  
tinet, nisi Segm. 121. in fine, ubi, quod alii ἀλαβαστο-  
θῆκαι, Aristophanem cum r dixisse ait. Et credo, vo-  
lente Polluce nos scripturam MS. secuturos. Sic ἀλα-  
βάστος, ληκύθος apud Hesych. & Suidam in ἀλαβαστο-  
θῆκαι vide. ut & ante cum Harrocratationem, ubi et-  
iam ἀλαβάστος & Ἐτυμολογ. in ἀλαβάστος & Eu-  
statib. ad Γλ. σ. E quibus omnibus tibi constabit, non  
non minus tute MS. scripturam retenturos, quam vul-  
gatam: & locus, qui infra Segm. 121. id suadet, ut  
ibi ex MS. restituendum admonebo. De Sophoclis ve-  
ro Andromeda vid. Casaub. VII. Athen. 4. Jung.

Σοφ. δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ ] Ut restituimus in textu, habet  
& Falckenburgii Codex: vide Meursii Sophoclem, ubi  
Ἀνδρομέδᾳ semper reperio. Aliter autem in MSS. ac  
in vulgatis ipsa Tragicæ verba leguntur, αὐτοχειλεσι λί-  
θους, ubi nos iterum destituit Jungermannus: audendum  
tamen, si forte juverit audentes fortuna: alabastra non  
inepre λίθους posse dici a poeta Tragico, equidem ag-  
nosco lubens, siquidem ipsi Grammatici λίθινον μυρο-  
θήκην illam vocem exponant, & ἄγγος μύρου μὴ ἔχον  
λαβᾶς, λίθινον: sed hoc dato quid facies isto vocabu-  
lo αὐτοχειλεσι, cujus forsitan nullum in tota Græcia ex-  
tat exemplum? & quo pacto αὐτοχειλεσι λίθος designet  
ἀλαβάστον μονολίθον, uti quidem ipse Pollux exponit,  
nulla ratione video: porro Pollucem de ληκύβοις agere  
quisque facillime videat, quorum sanequam præter in-  
stitutum rationem nulla fuerit hic facta mentio, si MSS.  
lectionem admittamus: itaque necessariis argumentis  
adductis MSS. hoc loco lectionem non amplector, po-  
tiusque retinendas existimo vulgatas ληκύβους, quas ipsa  
me iudice loci rerumque, de quibus agit Pollux, se-  
quela poscit; hac tamen ratione auctoritati MSS. ni-  
hil detractum velim, quorum tum demum scripturam  
comprobamus, quum rationi locique ingenio consen-  
tanea est: atenim cum αὐτοχειλεσι vox & ignota & pa-  
rum apta videatur, MSS. tunc non propter nullam ra-  
tionem λίθους foveant, in eam inductus sum opinio-  
nem, ut conferrem scripsisse Auloretum nostrum αὐτολί-  
θους ληκύβους, qua lectione nihil esse potest magis ap-  
positum, magisque conveniens ipsius Pollucis expli-  
cationi: ληκύβους de alabastra commode dicitur. Suidam:  
ἀλαβάστος δὲ εἰς τὴν ληκύβου, ὅς οὐκ ἐστὶ λάβασθαι &  
Ἐτυμολογ. ληκύβους ληθὶν πρὸς μύρον ἀπόθειν· ut-  
triusque præterea figura vasis haut dissimilis est: tum  
αὐτολίθος est μονολίθος, ut Αὐτόμοιρον, sic enim scri-  
bendum, e Sophoclis Thyeste Sicyonio Hesychium inter-  
pretatur μονομοιρον, & Αὐτοκράτα, χίονα μονολίθον: mi-  
hi quidem ita adblauditur hæc conjectura, ut verissi-  
mam esse non dubitem: fuerit tamen forsitan unus &  
alter, qui αὐτοχειλεσι prætulit; non enim nescio,  
quid ad illam vocem defendendam possit adferri: sed  
ille, nam hac similive de re altercati cum quoquam  
non constitui, suo fruatur ingenio, sui que animi  
sententia. In sequentibus sic ante nos edebatur δῆλον  
ἀλαβάστους μονολίθους: quæ melius in MSS. & ut illi

habuerunt, in textu legitur: profecto Pollucem illam  
usurpasse vocis formam ἀλαβάστος quam ipse dam-  
nabat credible non est: inferius hac de re plura no-  
tabo.

25 Δῆλον ] Sylburg. δηλῶν. SEB.

26 Σπαθίδα, &c. ] C. V. σπαθίδα &c. KÜHN.

Σπαθίδα, &c. ] MS. σπαθίδα, καὶ σ. Sed non est  
opus: illud quod vulgatur σπαθίδα hic aptius est, &  
subiecta χητίσι sat firmatur. JUNG.

27 Ἀριστοφ. εἶπ. ] MS. Ἀριστοφάνης μὲν εἰπόντος &c.  
Sed recte ab alio emendatum Ἀριστοφάνους. JUNG.

Ἀριστ. εἶπ. &c. ] Mē ad pleniorē sensus efficaciam  
e MSS. est additum: tum ipsius Aristophanis locum e  
MSS. emendavimus illata nulla, nisi quam sensus postu-  
labat, mutatione: sententia talis est: degustare unguen-  
tum lecythi unguentaria, priusquam spatulam immiseris:  
quod qua fuerit occasione dictum, ne quis a nobis expo-  
ni petat; nimis enim illa conditio dura est; nec licet in  
omnibus, quod in quibusdam, si sensus notam locus  
ipse contineret, præstitimus: vide quid hac de re di-  
cat vir ingenio & eruditione summus J. Casaubonus A-  
nim. in Sib. libr. II. fine cap. 8. Enumerata etiam  
σπάθη & σπαθίς inter medicorum instrumenta: sæpius  
utriusque meminit Democritus apud Galenum.

28 τῆς μυρ. ληκ. &c. ] In Aristoph. verbis C. V. ita  
versatur: πρὶν καθιεύσας τὴν σπαθίδα γέυσασθαι μύρου  
forte, πρὶν καταδύσας, priusquam intingens radicu-  
lam unguentum degustaret. KÜHN.

τῆς μυρ. ληκ. &c. ] MS. πρὶν κατελάσας τ. σπ. γέ-  
υσασθαι μύρου. Et sic itaque restituamus hæc Aristoph-  
anea:

— τῆς μυρηαῆς ληκύθου

Πρὶν κατελάσας τὴν σπαθίδα γέυσασθαι μύρου.

Vulgata certe exsensu sunt etiam. JUNG.

29 Καὶ γὰρ Εὐφῆμος &c. ] C. V. καὶ γὰρ Εὐβουλος  
ἐν ταῖς Στεφανοπώλεισι τοῦτο &c. ἀλαβάστος, ἀλα-  
βάστια εἶρηκε, λυε τὰ λαβάστια σὺ θάττον. Eubuli  
Στεφανοπώλειδας laudat etiam Athenæus: versus Eubuli  
fuerint forte ita:

Λυε τὰ λαβάστια σὺ θάττον, καὶ τῆ σπαθίδι  
Τὸν πώγωνά μου καὶ τὴν ὑπήνη μύρισον.

Solve tu alabastra citius, atque spatula

Barbam meam, eamque qua infra nates est, un-  
ge. KÜHN.

Καὶ γὰρ Εὐφῆμος &c. ] MS. καὶ γὰρ Εὐβουλος ἐν ταῖς  
Στεφανοπώλεισι τοῦτο &c. Facessat itaque hinc ille vul-  
gatus, quamvis bono nomine, Euphemus cum suis Ste-  
phanopolitibus, & restituatur Eubulus cum suis Stephano-  
politibus, vel Coronariis, ut noster Casaubonus inter-  
pretatur IX. Athen. 8. ubi quoque ejus Comici nomen  
restituunt, quod Eupolis ibi occupaverat. Laudatur ille  
Eubulus ἐν Στεφανοπώλεισι aliquoties lib. ult. Diogeno-  
phιστῶν Athenæi. JUNG.

Καὶ γὰρ Εὐφῆμος &c. ] Absque MSS. auxilio ne-  
mo detexisset unquam tam insignem in hoc Pollu-  
cis loco errorem: nos itaque sine mora Euphemum  
istum cum suis Στεφανοπώλεισι sede sua decedere ju-  
bemus: Eubuli Στεφανοπώλειδος & Athenæo & Polluci no-  
stro notæ, ejusque fabulæ argumentum aperuisse me  
reor ad Segm. 69. Porro mox in Polluce sic ante nos  
edebatur: τὸν δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστρια εἶρηκε. Λυε



quidem in Coronatoribus hoc quidem Rudiculam : pyxides autem, Alabastria vocavit, Ocyus tu alabastria aperias, & rudicula barbam meam inungito. \* Alexide tamen in Dropide Spatham vocante rudiculam : Spatham in unguentum demisit. Vas vero, in quod unguentum effunditur, Unctuarium vocatur, ut Aristophanes in Acharnensibus. Vascula autem, in quibus alabastra reponuntur, Ala-

ταῖς Στεφανοπάσιον τοῦτο μὲν σπαθίδα, <sup>30</sup> τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἶρηκε, λυε ταλαβάστια σὺ θάττον, καὶ τῆ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον. \* Ἀλέξιδος μὲν <sup>121</sup> ται <sup>31</sup> ἐν τῷ Δρωπίδῃ σπάθην τὴν σπαθίδα εἰπόντος, <sup>32</sup> τὴν σπάθην ἐν τῷ μύρῳ καθῆκε τὸ δὲ ἀγγεῖον, εἰς ὃ <sup>33</sup> ἐξεχεῖτο τὸ μύρον, <sup>34</sup> ἐξάλειπτρον ἐκαλεῖτο, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνέυσιν. <sup>35</sup> οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλαβάστοι, ταῦτα τὰ σκευῆ ἀλα-

τά ἀλαβάστρια θάττον σὺ &c. quæ omnia longe concinnius e MSS. reformavimus: ἀλαβάστια scilicet ab ἀλαβάστοι, ut Attici, non ἀλάβαστρος, quod vulgare est, & commune: λυεῖν ἀλαβάστια recte vertit Insuper aperire: summa enim horum vasculorum labia vinculis erant ligata & obfignata; solveve simili sensu eandem ob rationem a Romanis abhibetur: sed & σπαθίδας usus ex hoc loco norandus: καὶ τῆ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον.

30 Τὸν δὲ ἀλαβάστους, &c. ] MS. τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἶρηκε, λυε ταλαβάστια σὺ θάττον καὶ &c. Sic itaque totus hic locus mihi videtur jam restituendus: καὶ γὰρ Εὐθύβουλος ἐν ταῖς Στεφανοπάσιον τοῦτο μὲν σπαθίδα, τοὺς δὲ ἀλαβάστους, ἀλαβάστια εἶρηκε.

— λυε ταλαβάστια  
Θάττον σὺ, καὶ τῆ σπαθίδι τὸν πώγωνά μου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισον — JUNG.

31 Ἐν Δρωπίδῃ ] Vide Indices Auctorum. SEB.  
Ἐν Δρωπίδῃ ] C. V. ἐν τῷ Δρωπίδῃ, leg. Δρωπίδῃ, quod omnino vult illud τῷ. KÜHN.

Ἐν Δρωπίδῃ ] In MS. Ἀλεξ. μὲνταῖν τῷ Δρωπίδῃ σπ. Forte itaque ἐν τῷ Δρωπίδῃ, ut apud Athenæum lib. IV. est scribendum. Sed considerandum hoc relinquimus Magno Casaubono, quem vid. IV. Athen. 21. JUNG.

Ἐν Δρωπίδῃ ] Ego reposui cum Kühnio: ἐν τῷ Δρωπίδῃ, ut apud Athenæum legitur, ad quem Casaubonus, neque diffiteor, animi dubius hæret, utrum potius eligat Δρωπίδα, quod reperiri inquit apud Pollucem, an ne vero Δρωπίδῃ, ut Athenæus ejusque vetusti Codices scribunt: in Helychium notat ad defendendam priorem scripturam extare Δρώπις, τρυγητός: quod tamen ego non video, quo pacto huc pertinere possit, cum Δρώπις, si verus probari possit iste titulus, per ω exaretur, δρώπις autem apud Helychium per ο' igitur Δρωπίδῃ existit legitimum Alexideæ fabulæ titulum: & si quis de significatione vocis quarat, æquidem interpretabor hominem raverem & eronem: apud Helychium certe Δρώπις, πλανήτης, πτωχὸς lego, itaque refingendum cenfeo Suidam, apud quem editur δρώπις. Præterea potuerat etiam Alexis sic fabulam illam inscripsisse a nomine proprio Δρωπίδης, ὄνομα κύριον, ut apud Suidam. Codex Falckenburgii habuit etiam cum ceteris τῷ Δρ. In ipsis autem Alexidis verbis e MSS. refeci ἐν τῷ μύρῳ pro εἰς τὸ μύρον: quamvis enim utriusque scripturæ sententia non est diversa, lectio tamen MSS. longe elegantior: observandumque, uti sæpius eis poni solet concinne pro ἐν, quemadmodum in Hippocrate ad Segm. 75. σίκκος ἐς τροπήϊον exponebamus succum colicium in torculari, & Phocylides dixit, εἰς ἄδην ἄλβαν ἔχειν, & Erythrolagus in Δείγμα: οὗτος εὐρον εἰς ἡντορικὸν λέξιμόν, & scipissimeque εἰς οἶκον εἶναι pro ἐν οἴκῳ, sic & ἐν vice verba frequenter pro εἰς.

32 Τὴν σπάθην εἰς τὸ μ. κ. ] C. V. σπ. ἐν τῷ μύρῳ, leg. ἔδον εἰς τὸ μύρον, ita erit fenarius integer. KÜHN.

Τὴν σπάθην εἰς τὸ μ. κ. ] In ipsa χρίσει MS. σπ. ἐν τῷ μύρῳ κ. Et rectius puto: si forte ita vericuli concipiendi:

— τὴν σπάθην  
Ἐν τῷ μύρῳ καθῆκε —  
Significat autem ἐν τῷ μύρῳ, idem quod εἰς τὸ μύρον

ut sæpe ea particula. Agath. lib. V. φοιτῶν δὲ ἐκεῖνος ἐν τοῖς βασιλείοις. Et ibidem: οἱ μὲν ἐν τοῖς χαρακώμασι σὺν πλείστῳ θορύβῳ ἐμβαλόντες. Sed ea particula-rum satis nota vel ex Grammaticis, nec opus ut hic doceatur. JUNG.

33 Ἐξεχ. μύρον ] C. A. τὸ μύρον. KÜHN.  
Ἐξεχ. μύρον ] MS. ἐξεχ. τὸ μύρον plenius. JUNG.

Ἐξεχεῖτο μύρον ] Τὸ μύρον MSS. Forſitan & ἐξ οὗ scribendum verius, quam εἰς ὄ. Ἐξάλειπτρον & sæpius ἐξάλειπτρον ejus vasculi mentio apud Callistratum in elegantia & accurata descriptione magnificentissimæ pompæ Ptolemæi Philadelphi, quam Dierphor. lib. V. inseruit Athenæus: etiam in re Medica istius valis est usus: vid. Segm. 46. ibique me notantem. Helychium in hac voce turpe mendum invasit, præteritque, quod miror, vitorum eruditorum acumen: Ἐξάλιγυρον, inquit ille, σκευῆς ἀργυροῦν Φιάλη παραπλήσιον, ἐξ οὗ ἐν τοῖς συμποσίοις ἤλειφον τὸ μύρῳ: ego, si quid in his rebus lucis e Palladis templo mihi unquam affulsit, legendum dico: Ἐξάλειπτρον vel Ἐξάλειπτρον: posteriora ἤλειφον τὸ μύρον nulla est causa, ob quam mutes cum Soriprio in ἤλειφοντο μύρῳ. Confirmat emendationem meam Scholiastes Aristophanis ad Acharnenses, ubi Ἐξάλειπτρον interpretatur ἀλάβαστρον, ἐξ οὗ ἄλιφονται οἱ δειπνοῦντες.

34 Ἐξάλειπτρον ] C. A. ἐξάλειπτρον καὶ οὗ δὲ ἔγκεινται ἀλαβάστοι τ. τ. σ. ἀλαβαστροθήκας λέγων καὶ Ἀριστοφάνης οὕτως ἔφη. Thomas in Eclog. ἀλάβαστρον δίχων τοῦ ῥ' Ἀττικοῦ μετὰ δὲ τοῦ ῥ' ἀπλῶς Ἐλληνες. KÜHN.

Ἐξάλειπτρον ] MS. ἐξάλειπτρον. Locus Comicus in Acharnensibus est:  
Ἰπεχ' ὡδὲ δῦρο τοῦξάλειπτρον, ὃ γύναι.

Videtur tamen id antea nominasse alabastrum Comicus: nam παράνομοις τις accedit Διασπορίτῃ, & petit Sponξῆ ἐγχείαι

Ἐς τὸν ἀλάβαστρον κύβον εἰρήνης ἔνα.  
Quam dein ille jubet subjecto ἐξάλειπτρον excipere σπονδίας, quibus ἀλείφοι nescio quid τοῦ νεμφίου. JUNG.

35 Οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλ. ] C. V. ἀλάβαστοι, & μοχ ἀλαβαστοθήκας. Salt. ἀλαβαστροθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων omittitque καὶ ante Ἀριστ. KÜHN.

Οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλ. ] Ita omnia ex MS. restituenda sunt: οὗ δὲ ἔγκεινται αἱ ἀλάβαστοι, ταῦτα τὰ σκευῆ ἀλαβαστοθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων, Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι ἀλαβαστροθήκας ἔφη,

Ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς.  
Κουή: &c. fidelissime tibi exhibuimus MS. scripturam, in qua ne apicem mutandum censemus, ita ea belle se habet. Quas alii ἀλαβαστοθήκας dicunt, Aristophanem in Τριφάλητι ait dixisse ἀλαβαστροθήκας. Vulgata lectio a temerario aliquo concinnata est ad cam formulam, ne nimis inepte bis idem ἀλαβαστροθήκας re-  
peteretur: ἀλαβαστοθήκας autem alios dixisse etiam ex istis, quæ Harrocratio scribit, notum: Ἀλαβαστοθήκαι, αἱ θῆκαι τῶν ἀλαβάστων, ἃς ἐν τῇ συνθηκῇ μυροθήκας καλοῦσι. Δημοσθένης ἐν τῷ παραπροβίαις. Quæ & Suidas ita descripsit: hodie tamen ῥ addito edunt. Locus est: ἡμεῖς, Ἀφῆβτες, καὶ σὺ Φιλόχαρτες, ἴσμεν σε μὲν τὰς ἀλαβαστροθήκας γράφοντα, καὶ τὰ τύμπακα.



βαστροθήκας τῶν ἄλλων λεγόντων, Ἀριστοφάνης  
 36 ἐν Τριφάλητι ἀλαβαστροθήκας ἔφη. Ἀλαβα-  
 122 στροθήκας τρεῖς ἔχουσιν ἐκ μιᾶς \* κοινῇ δὲ κε-  
 ραμείων σκευῶν ὀνόματα 37 ἐν Ἀξιόνικου Χαλκιδικ-  
 κῶ, τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὄξις, χούς, ἀ-

bastrotheca dicuntur & aliis, & Ari-  
 stophane dicente in Triphalete, Tres  
 ex una alabastrothecas habentem. \* Com-  
 muniter porro fistilium vasorum nomi-  
 na, præter æneos catinos sunt: ol-  
 la, ollula, acetabulum, mensura, ma-

Malim apud *Harpocratationem* autem ita titulum concipi-  
 cere orationis, in τῶ περι παραπροσβίαις, ut alias lau-  
 dat, ni fallor. Vide vero quam pulcre sibi MS. con-  
 sentiat: nam eundem hunc locum, ubi hæc jam tra-  
 ctavit, respiciente *Polluce*, infra Segm. 127. MS. et-  
 iam habet: ὡς περ καὶ ἀλαβαστροθήκῃ· scilicet προειρη-  
 ται. Juno.

Ὁ δὲ ἔγκ. αὶ ἀλάβαστροι, &c.] Operæ pretium est,  
 ut omnis hic locus apponatur, sicuti fuit ante nos edi-  
 tus: οὐ δὲ ἔγκ. αὶ ἀλάβαστροι, τ. τ. σ. ἀλαβαστροθή-  
 κας τ. δε. α. λ. καὶ Ἄρ. ἐν Τρ. Ἀλαβ. ἔχ. ἐκ μ. τρεῖς·  
 quid distent sana & integra affectis, ex talibus istius-  
 modi cognoscere licet. Ἀλαβάστους non ἀλαβάστρους  
 Atticos dixisse sæpius admonui: id ipsum *Thom.* ob-  
 servat: *Hesychius*: Ἀλαβάστος, λίθος· fallitur *Gujerius*,  
 qui malit Ἀλάβαστρος, ad illam autem Atticissimi formam  
 quod addit, non ita curiose observatam deprehendo,  
 nisi edita nos exemplaria fallant: certe apud *Aristophanem*  
 in *Acharnensibus* scribitur ἀλάβαστρον, ad quem  
*Scholias*tes verbis ita, ut ponam, restituendis vocem ex-  
 ponit: τὴν μυροθήκην ἔστι δὲ λίθος ἢ ὅσα μὴ ἔχου-  
 σα, ἧς οὐκ ἐστὶ λάβεσθαι· in vulgatis hæc male divul-  
 sa sunt: sic & *Alexis* apud *Athenæum*: Οὐ γὰρ ἐμυ-  
 ρίζει ἔξ ἀλαβάστρου, & *Ælianus* V. H. lib. XII.  
 aliique plurimi: est & ἀλαβάστρου in *Euangeliis* mentio,  
 cujus cum meminertur recentioris ævi scriptores  
*Βίκιον* appellare solent creberrime: sic *Codinus* de *Ori-  
 gin. Constant.* caput inseribit: περὶ τῶν δύο σταύρων τῶν  
 ληστών, καὶ τοῦ βικίου τοῦ ἔχοντος μύρον· βίκιον nomi-  
 nat antiquus *Aristophanis Commentator* ad *Acharnens-  
 es*, de qua voce vide quæ notavi ad Segm. 68. alaba-  
 stra vero cum essent fastigiata longitudine desine-  
 bant in pleniorē orbem, quod cum ex aliis, tum  
 e *Plinio* præcipue lib. IX. cap. 25. cognovi. Hæc  
 alabastro vero recondi solebant in ligneis aut vimineis  
 loculis, qui pure scribentibus ἀλαβαστροθήκαι, aliquan-  
 do vero e communi dialecto ἀλαβαστροθήκαι dicun-  
 tur: ad *Demosthenis* adductum a *Fingermanio* locum  
*Ulpianus* ista notat: τὰς ἀλαβαστροθήκας τῶν ληκυ-  
 θίων τῶν μὴ ἔχόντων λάβας· ἀλλὰ λίαν τὰς κίστας καὶ  
 θήκας· ἔξωγράφουν δὲ αὐτὰς, ἵνα τοὺς ἀγορίζοντας δε-  
 λιάζονται· videndus & *Apollonius* in *Æschinis* vita,  
 apud quem & ἀλαβαστροθήκη scribitur: nec alabastro-  
 rum loculi tantum picturis variegari solebant, sed &  
 alia recondendo oleo vascula: istas hydrias, quæ vi-  
 storum in *Panathenæicis* erant præmia, *Pindarus* ap-  
 pellat ἀγγίον παμπόικηλα ἔρη in *Nemeon.* Eid. I. ἔξω-  
 γράφοντο γὰρ αὶ ὑδρίαί, inquit *Scholias*tes. Sed ad *Pol-  
 lucem* nostrum, qui cum inquit, ἀλαβαστροθήκας τῶν  
 ἄλλων λεγόντων respicere potuit ad *Demosthenis* locum,  
 in quo etiam vulgo legatur ἀλαβαστροθήκας, bene ta-  
 men ex *Harpocratatione* refingendum ἀλαβαστροθήκας mo-  
 nuit eruditissimus *Maussacus*, quem vide sis: ipsum *A-  
 ristophanis* locum ita digessimus, ut MSS. præferbant:  
 forsitan haud incommodè legas ἔχουσας, ratiōri loquen-  
 di formula, qua dicitur aliquid ἔχειν πρὸς τι vel ἐκ τι-  
 νος, *contiguum esse alicui*. Poteram equidem longe plu-  
 ra de alabastri adnotare, sed modus est adhibendus:  
 adi interim illustris *Sprathemium ad Callimachi Palla-  
 dis Lavacrum*.

36 Ἐν Τριφ. Ἀλαβαστρ.] MS. ἐν Τρ. ἀλαβαστροθή-  
 κας ἔφη. Ἀλαβ. ἔχ. Σεβ.  
 Ἐν τριφ. Ἀλαβαστρ.] C. V. ἀλαβαστροθήκας ἔφη,  
 ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσιν ἐκ μιᾶς κοινῇ δὲ ἀλα-  
 βαστρούθειας τρεῖς habentem ex una. *Salm.* ἔχουσι.  
 Κῆνη.

37 Ἀναξιόνικου χαλκιδικῶ] F. Ἀξιόνικου si nomen  
 sit proprium. D. H. MS. ἀνάξ. χαλκιδικῶ τρυβλ. quid  
 igitur si leg. ἐν Ἀξιόνικου χαλκιδικῶ; Σεβ.

Ἀναξιόνικου χαλκιδικῶ] C. A. χαλκιδικῶ C. V. χαλ-  
 κιδικῶ integrum est Ἀξιόνικου χαλκιδικῶ communia no-  
 minis fistilium sunt Ἀξιόνικου in Chalcidico: Athenæus  
 Ἀξιόνικος ἐν χαλκιδικῶ φησὶν lib. VI. cap. 9. versus  
 Poëta sunt:

Τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὄξις, χούς, ἀμείς,  
 Λεκάνη, θύια, κἀθάρις, σίφωνολύχνος,  
 Ὑπηρεσία σοι παντελής, γραῦ, κεραμίων.

Ira MSSis juvenibus lego: secundum & tertium ver-  
 sum *Salm.* leg. λ. θύια, κἀθάρις, λύχνος, Ὑπηρεσία σοι  
 παντ. γραῦ κ. pro λεκάνη C. A. λεκάνη pro σίφωνα λύχ-  
 νος σίφωνολύχνος, unde fit σίφωνολύχνος, vel σίφω λύχ-  
 νος σίφωνολύχνος esse *lychnus cum tubulo opera figlina-  
 dia*, vel *siphon* est & *lychnus*. C. V. ultimum verbum  
 ita legit: ὑπηρεσίας οὐ π. γραῦ κεραμίων· nimirum ani-  
 cula recensuit suam curtam supellectilem, quæ tota *Sam-  
 mia* erat, cui alius respondit; ὁ ἀπὸς! totum est tibi *figli-  
 norum ministerium*: in Ἀξιόνικου χαλκιδικῶ leg. *Salm.*  
 notatque V. C. habere in ἀξιόνικου χαλκιδικῶ. Κῆνη.

Ἀναξιόνικου χαλκιδικῶ] MS. ὀνόματα ἐν Ἀξιόνικου  
 Χαλκιδικῶ τρυβλία &c. quæ profecto vera est lectio,  
 & ita statim restituenda *Polluci*. Invenit eam & in  
*Salmanticensi* MS. *Schottus* nosster, nisi quod ibi male  
 χαλκιδικῶ contra MS. *Seber*i nosster recte habet Χαλ-  
 κιδικῶ, sed male ἀναξιόνικου. Verissima itaque conje-  
 ctura *Clariss. Haschelsii* nostri, qui legit etiam Ἀξιόνι-  
 κος, ut sit viri proprium vel *Comici* alicujus. Sed quod si  
 ipsos versiculos ex hoc *Axiōnici Chalcidico* possemus con-  
 stituere. Latent enim hic versiculi, ni fallor, tres, in  
 quibus vasculorum figlinorum talis instituitur enume-  
 ratio. Et conabimur, indicata prius MS. nostri scri-  
 ptura. Is habet mox λεκ. θύια & tum κἀθάρος, σί-  
 φων λ. ὑπηρεσίας οὐ παντελής γραῦ κεραμίων ubi κἀ-  
 θάρους ποτήσιου εἶδος, ut ait *Hesychius*, ἀπὸ τοῦ κατασκευά-  
 σματος· de quo plura *Athenæus* lib. XI. apud *Latinos*  
 etiam nomen satis notum jam; sed fistilem fuisse can-  
 tharum, & recte inter figlini operis vasa referri ab  
*Axiōnico*, etiam aliunde patet, ut ex *Erigenis* Ἡραίων  
 apud *Athem.* lib. XI.

Ἄλλ' οὐδὲ κεραμίουςι νῦν τοὺς κἀθάρους.

Et ibidem in *Polemonis* περὶ ζωγράφων ἐκπέματα δε  
 κεραμίους κἀθάρους, καὶ λύχνος ὁμοίως ἐκ τῆς ὁμοφῆς  
 ἐξηρημένον· ubi vides κἀθάρους & λύχνος conjunctum,  
 sere ut hic. Unum addo ex eodem lib. XI. *Athenæus*,  
 pro *Hesychii* verbis illustrandis: ὅτι καὶ ἀπὸ Κανθάρου  
 κεραμείος ἀνομάσθη τὸ ἐκπέμα, φησὶ *Φιλέταιρος* ἐν Ἀ-  
 χιλλαί.

Πηλεύς ὁ Πηλεύς δ' ἐστὶν ὄνομα κεραμείας,  
 Πηροῦ λυχνοποιοῦ Κανθάρου πενιχρῶ πάνυ.  
 Ἄλλ' οὐ τυράννου νῆ Δι' —.

Quæ etiam *Notrum* illustrent, quod supra VI. 96.  
*Θηρικλείου* μὲν καὶ κἀθάρου ἀπὸ τῶν ποισάτων. Facet-  
 sar itaque ista impudens vulgata κἀθάρις. Sic itaque  
 versiculi vel χρεῖσις *Axiōnici* concinnari potest, ut MS.  
 lectioni adhæreamus:

Τρυβλία, χύτρα, λοπάδιον, ὄξις, χούς, ἀμείς,  
 Λεκάνη, θύια, κἀθάρος, σίφωνα, λύχνος,  
 Ὑπηρεσία σου παντελής, γραῦ, κεραμίων.

Ut anum adloquatur: quamvis ultimi versus princi-  
 pium doctiss. viri forte rectius concinnent: versu me-  
 su-





tula, pelvis, mortarium, cantharus, se-  
sum, candelabrum : quæ omnia figuli-  
na opera conficiuntur : pleraque tamen ho-  
rum etiam ex alia materia sunt : quo-  
niam & Hermippus in Thesmophoris,  
Cyathum, Vas vinarium, Candelabrum,  
& hujusmodi vasa ænea vocat, & æ-  
rea veluti ex ære fabricata.

μῖς, λεκάνη, θυεῖα, κάνθαρος, <sup>38</sup> σείσων, λύ-  
χνος ὑπηρεσία σου παντελής, γραῦ, κεραμίαν τὰ  
πλείω δὲ τούτων καὶ ἄλλης ἀν ὕλης <sup>39</sup> γένοιτο  
ἐπεὶ καὶ Ἑρμιππος <sup>40</sup> ἐν Θεσμοφόροις τὸν κύαθον,  
καὶ τὴν οἰνοχόην, <sup>41</sup> καὶ τὸ λύχνιον, καὶ τὰ τοιαῦ-  
τα σκευὴ <sup>42</sup> χαλκίδια καὶ <sup>43</sup> χαλκία καλεῖ, ὡς  
ἐκ χαλκοῦ πεπονημένα.

• CAPUT XXVII.

• Κ Ε Φ Α Λ Α Ι Ο Ν Κ Ζ.

*De his quæ totis conveniunt.*

<sup>44</sup> Περὶ τῶν ἐπὶ κοίτης ἐπιτηδείων.

Cœnanti vero, & ad toros se reci-  
pienti, stragularum, & infrato-

Δ Εἰπνήσαντι δὲ, <sup>45</sup> καὶ πρὸς κοίτην τραπο-  
μένῳ, τὰ μὲν στρώματα, καὶ ἐπιβλή-

dio scripti σείσων, quod ita supra *Segm.* 100. etiam  
in MS. erat, ubi hoc vocabulum explicatur, & pa-  
roxtonne quoque in suo MS. extare *Seberus* no-  
liter notavit. In nostro MS. accentus hic omisus. In-  
terim literæ a *Salmasio* meo, quem scias hos ver-  
sus cod. modo constituisse, & *Comici* dramatisque no-  
men corruptum ex conjectura, quæ nos vix MS. ore,  
emendasse; & addit quoque absurde vulgo recepta fuisse  
χαλκιδικὰ τρυβλία, quum in versibus *Axionici* tan-  
tum contineri nomina fictitium vasorum moneat *Pollux*:  
χαλκιδικὰ τρυβλία essent ænea: neminem enim  
ignorare χαλκουργίᾳ τῆς Χαλκίδος, unde illam etiam  
quidam nomen accepisse autumant; apud *Aristophanem*  
χαλκιδικὸν ποτηριὸν se legere. Dubitat tamen do-  
ctiss. *Juvenis* an verum nomen fabulæ illius Χαλκιδι-  
κόν, prætereaque primum verbum claudicare, itaque  
legeret: ἐν Ἀξιότικου χαλκίδι, καὶ τρυβλία, χύτρα  
&c. JUNG.

Ἀξιότικου χαλκιδικὰ τρυβλία] Lectionem elegan-  
tissimam MSS. conservarunt: ἐν Ἀξιότικου χαλκιδικῶ,  
quod tuto sine causâ dictione textui restituendum du-  
xi: cum ceteris MSS. etiam *Falckenburgii* Codex ἐν Ἀ-  
ξιότικου &c. Sed de hac *Axionici* fabula quiddam ad  
*Pollucem* illustrandum non prætereundum videtur: *Salm-  
asius*, uti nos ex ejus literis docuit *Jungermannus*,  
emaculaverat ingeniose locum *Onomasticographi* hac le-  
ctione reposita: ἐν Ἀξιότικου χαλκίδι, καὶ τρυβλία &c.  
ne scilicet prior versiculus claudicaret: & ille profecto  
nonnullam habuit rationem, ob quam Χαλκίδι προ-  
barat potius quam Χαλκιδικῶ: nimirum *Athenæus* *Di-  
gnos.* lib. III. c. 15. ita scribit: Ἀξιότικος δὲ ἐν Χαλκί-  
δι φησὶ: notandum tamen apud eundem *Diagnosiphistam*  
lib. VI. cap. 19. legi: καὶ Ἀξιότικος δ' ἐν Χαλκιδικῶ φη-  
σὶν: non distat equidem *Menysium* in *Biblioth. Græca*  
posteriori hoc *Athenæi* loco scribere ἐν Χαλκίδι ποῦ-  
sed hac in parte diligentissimi viri sententia non ac-  
cedam: contra ea mihi dubium non est priori *Diagnosi-  
phista* loco reformandum Χαλκιδικῶ, siquidem istam  
tituli descriptionem MSS. *Pollucis* nostri vindicent, nisi  
quis malit, me tamen invito, *Axionici* edidisse du-  
as fabulas Χαλκίδα & Χαλκιδικόν. Eadem opera, quod  
manus hæc loco adjicio, conficitur præpostere *Menysium*  
in *Athenæo* emendasse titulum alterius *Axionici* fabulæ  
Τυρρητικῶ in Τυρρητικῶ: ego potius vice versa Τυρρητικῶ  
scribendum dixerim, ut Χαλκιδικῶ, illumque in *A-  
thenæo* locum emaculandum, ubi editum est Τυρρητικῶ.  
In *Axionici* verbis e Codicibus exaratis κάνθαρος emen-  
davi: *Falckenburgii* liber κάνθαρον, quod parum a ve-  
ra scriptura abest: versiculus extremus sic legebatur  
aute nos: Ὑπηρεσία σου παντελής γούν κεραμίαν in quo  
intelligendo plurimum MSS. nos adjuvant: conficimus  
enim ex eo, quod γραῦ pro γούν exhibent, aliam hæc  
personam eloqui, quam quæ priora protulerat, ut bene  
*Kühni* observavit: σου vero an σοι præferas parum  
refert: κεραμίαν certe melius est lectione vulgata:

ὑπηρεσίας hoc loco significatio latuisse videtur *Inter-  
pretibus* nostris: rarior est illa pro *supellestie*, vel *πεν-  
silibus*.

38 Σείσων] MS. σείσων ut est supra *Segm.* 100. SEB.

39 Γένοιτο.] MS. γένοιτο. JUNG.

Γένοιτο.] Γένοιτο MSS. recte: *Falckenburgii* li-  
ber: λέγοιτο: quod ipsum neque sensu commodo de-  
ficitur.

40 Ἐν \* Θεσμοφόροις] Ita & MS. *Casaub.* scribit ἐν  
Φορμοφόροις in *Athen.* XV, 20. SEB.

Ἐν \* Θεσμοφόροις] C. V. καὶ ἐν Θ. C. A. plane omit-  
tit καὶ τὴν οἰ. κ. τό. KÜHN.

Ἐν \* Θεσμοφόροις] MS. Ἑρμιππος καὶ ἐν Θεσμοφό-  
ροις τὸν κύαθον, καὶ τὴν οἰνοχ. &c. bene alterum καὶ  
ante τὴν οἰνοχ. prius vero male repetatur ante ἐν. Ce-  
terum Θεσμοφόροις & MS. *Seberus* habet: nos *Casau-  
bonius* tamen ult. *Athen.* ult. scribendum ait Φορμοφό-  
ροις. JUNG.

Ἐν \* Θεσμοφόροις] Nihil erat rationis, cur voca-  
bulum illud stellula notaret *Seberus*, quod, me judice,  
bene se habet, neque ullo pacto sollicitandum est:  
mox plenius Codices scripti καὶ τὴν οἰνοχόην tum pro  
χαλκία ut reponamus χαλκία conspirate MSS. suade-  
rent; ipse etiam Codex *Falckenburgii*. Ab omni tamen  
macula, quæ forsitan altiores egerit radices, vacu-  
m esse locum hunc præstare nolim: *Falckenburgii*  
liber, cujus præstantiam ubique maximi fecimus, ha-  
bet εἴπερ καὶ Ἑρμιππος &c. qua lectione admittitur alius  
& diversissimus a vulgata ortus sensus, qui tamen  
cum præcedentibus haut conveniat, nisi sic scripteris:  
τὰ πλείω δὲ τούτων οὐκ ἄλλης &c. sed accuratius eru-  
diti rem totam considerabunt.

41 Καὶ τὸ λύχνιον] *Luχτίον* C. V. καὶ τὰ τοιαῦτα  
non habet C. A. KÜHN.

Καὶ τὸ λύχνιον] MS. καὶ τὸ λυχνίον & ita scribendum  
certe est: vel λυχνίον, ut supra *Segm.* 115. ubi  
dixi. JUNG.

42 Χαλκίδια] *Noster* ita nominata vult ἀπὸ τοῦ χαλ-  
κοῦ: alias χαλκιδικὰ sunt quævis opera ex ære, ferro  
aliave materia confecta ab urbe Eubœa *Chalcide*, ubi  
primum volunt nata χαλκουργία: *Casaub.* in *Athen.*  
lib. XIV. c. 6. KÜHN.

43 Χαλκία] MS. χαλκία. SEB.

Χαλκία] *Salmas.* χαλκία scribendum censet.  
KÜHN.

Χαλκία] Pro χαλκία MS. tam *noster* quam *Seberus*  
χαλκία habet: quod vulgato non cedat, utrumque  
fane rectum videtur. JUNG.

44 Περὶ τῶν &c.] C. A. & *Salmas.* ὅσα δι' ποιεῖν  
πρὸς κοίτην τραπομένη, quæ facere debeat cubitum iu-  
vens. KÜHN.

Περὶ τῶν &c.] Caput hoc annexitur in MS. præ-  
cedenti, titulo carens. JUNG.

45 Καὶ ἐπὶ κ.] MS. πρὸς κοίτ. SEB.

Καὶ ἐπὶ κ.] C. A. & *Salm.* πρὸς κοίτην. KÜHN.





ματα <sup>46</sup> προείρηται· ἐν καιρῷ δ' ἀν εἴη τὸ παρ' Ὀμήρῳ ἱμάτιον <sup>47</sup> ἐνευναῖον καὶ παρευναῖον μέγα καὶ δασύ καὶ ὁ παρὰ <sup>48</sup> τοῖς Κωμικοῖς χιτῶν <sup>49</sup> εὐνητήρ, ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμητήρ ἰδίαν· <sup>50</sup> ἥπου δὲ καὶ χλαῖναι, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα· καὶ οἱ παρὰ

rum nomina prædicta sunt. Huc autem quadraverit vestimentum illud Homeri Cubatorium, & instratum: magnum scilicet, & hirsutum. Et apud Comicos Tunica toralis. Fortassis & lænæ, & stragula artificiosa. Tum & il-

Καὶ ἐπὶ κ.] MS. δειπν. δὲ καὶ πρὸς κοίτην τρ. Sicut & *Seberi* MS. JUNG.

Καὶ ἐπὶ κ. τραπ.] Consentientibus MSS. obniti æquum non est, & ab instituto nostro alienum: igitur, ut illi habent, in textu resoluti pro ἐπὶ, πρὸς, quamvis non nesciam superius *Aulorem* nostrum dixisse cap. XVI. Ἐπὶ δὲ γυμνασίου ἐντεῦθεν τραπομένην & cap. XIX. Τραπομένην δὲ ἐπὶ τὸ πίνειν, quod ipsum forsitan recordanti librario causam dederit, ut hic mutaret πρὸς in ἐπὶ.

<sup>46</sup> Προείρηται.] Absit προείρηται a C. A. KÜHN.

Προείρηται.] Hoc ipso libro cap. 8. JUNG.

<sup>47</sup> Ἐνευναῖον καὶ \* παρευναῖον.] Ita MS. leg. ἐνευναῖον· *Odyss.* ξ, 51.

Ἐστέρσαι δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς  
Αὐτοῦ ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ.

Quod sequitur παρευναῖον, pro quo MS. παρευναῖον, nondum vel apud *Homerum* vel alibi reperi. *SEB.*

Ἐνευναῖον καὶ \* παρευναῖον.] Copula non extat in C. A. nec alia omnia post δασύ. KÜHN.

Ἐνευναῖον καὶ \* παρευναῖον.] MS. noster, ἐνευναῖον καὶ παρευναῖον, ut & *Seberus* in suo norat. Sed malim cum *Sebero* nostro ἐνευναῖον, de quo plura supra ad VI, 10. Sique non esset audacior conjectura, suspicarer *Pollucem* ita scripsisse, ut attulisset ipsa ex Ὀδυσσ. ξ. *Homeri*, quæ *Seberus* noster profert, verba: Ὀμήρῳ ἱμάτιον ἐνευναῖον

Αὐτοῦ ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ —.

Carmen *Homeri* totum est:

Εἶσαν δ' εἰσαγαγῶν, ῥῶπας δ' ὑπέχειν δασείας.  
Ἐστέρσαι δ' ἐπὶ δέρμα ἰονθάδος ἀγρίου αἰγὸς  
Αὐτοῦ ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ —.

Certe istud παρευναῖον apud *Homerum* frustra quæri *Seberus* noster adnotavit: & legere in eo versu, vel ita legisse *Pollucem*, καὶ παρ' ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ, locus admittere non videtur. Alii itaque, quibus hæc non satisfaciunt, loco huic medebuntur alio modo migliore. JUNG.

Ἐνευναῖον καὶ \* παρευναῖον &c.] ἱμάτιον ἐνευναῖον, nisi mavelis ἐνευναῖον, perbene restituit *Seberus*, cum prius vitiose legeretur εὐναῖον, eandem ego lectionem notatam reperi et *Falckenburgiano* Codice: hæcenus hæc facilia; sed quæ sequuntur, etsi in re vili parvique ponderis, scrupulum objiciunt: quid enim illud παρευναῖον μέγα καὶ δασύ; ut editur in vulgaris; aut, quod MSS. habent, παρευναῖον; crediderim equidem hæc *Pollucea* cum pluribus aliis infaustam libratorum manum esse experta; id sane nemo prudens negaverit μέγα καὶ δασύ petiisse *Pollucem* ex *Homero*, apud quem cum ista pertineant ad ἐνευναῖον, haut dubitandum, quin par sit, ut res eodem se modo *Pollucis* hoc loco habeat: igitur ab *Onomasticeographo* nostro ita fuisse scriptum arbitror: ἐν καιρῷ δ' ἀν εἴη τὸ παρ' Ὀμήρῳ ἱμάτιον ἐνευναῖον μέγα καὶ δασύ, καὶ παρευναῖον, seu cum MSS. παρευναῖον, nihil enim impedit, quo minus existimemus stragulam recte dici παρευναῖον vel παρευναῖον.

<sup>48</sup> Τοῖς Κωμικοῖς.] MS. τοῖς Κωμικοῖς χ. JUNG.

Τοῖς Κωμικοῖς.] In nostris Codicibus κωμικοῖς, quam ego lectionem, *Jungermanno* non invito, in textu recte sequutus sum: frustra cavillatur aliquis κωμικόν, comediam dici proprie, qui fabulas agit, κωμικὸν vero, qui comedias componit & in scenam edit: non equidem hoc nescio; sed id etiam concedas ne-

cesse est, non raro utriusque vocis usum esse promiscuum: id in ipso *Polluce* frequenter observari potest: sed præterea ipsi Grammatici accuratioris nitidiorisque loquelæ auctores confusam utriusque vocabuli notionem nobis impertiunt: *Αμμοτιμῆς*: Κωμικὸς καὶ τραγικὸς λέγεται ὁ χορεύτης καὶ ὑποκριτής. Κωμικοποιὸς δὲ καὶ τραγικοποιὸς, οἱ ποιηταὶ ἐπιότι δὲ συγχέουσι τὴν διαφορὰν. Adde, sis, *Hesychium*: possem in eam rem plura conferre loca, si res ita postularer: non igitur erat idonea causa, cur cruditissimo viro *Malalas* acerbè vapularet, quod *Pharaonem* dixerit κωμικόν, non κωμικόν, quanquam in ceteris plerisque homini stolidissimo illiusque erroribus absit ut patrociniari velim.

<sup>49</sup> Tunica torali.] Χιτῶν εὐνητήρ, tunica dormitoria, vulgo *camisia nocturna*. *Horatio* I. *Sat.* 5. *nocturna vestis*. *Laz. Bayf.* de *Valc.* pag. 244. *SEB.* 2.

Εὐνητήρ.] C. V. subjicit ὅς τοῦ (τὸ) νῦν ἐγκοιμητήρ ἰδίαν &c. leg. ἐγκοιμητηρίδιον. *Gloss. ἐγκοιμητήρ, dormitorium: ἐγκοιμητήρ, dormitoria.* KÜHN.

Εὐνητήρ.] *Quam nos verbum e verbo, si volumus, tunicam dormitoriam dicemus, vulgo camisiam nocturnam. Quin & Horatius Sermonum primo nocturnam dixit illo versiculo:*

*Nocturnam vestem maculant, ventremque supinum.*

Hæc doctiss. *Baysius* initio lib. de *Vasculis*, ad *carucam dormitorium* quam *Scavola* libr. XIII. *Uxori* quis. *D. de Aur. Arg.* nominat, eundem ait dormitorium dixisse, ut *Pollux* referat hic a *Comicis* dici χιτῶνα εὐνητήρα. Bene & docte omnia; longe tamen aptiora, quod cum pace ejus dicam eruditionis quidem, e *Polluce* nostro adferre potuisset pro *caruca dormitoria*: nempe quod supra *Segm.* 51. πρὶ ὀχημάτων ubi *Pollux*: τὰ μὲν τῶν ὀχημάτων σκευήματα ἀν εἴη, τὰ δὲ ἐνθρόνια, τὰ δὲ εἰς τὸ ἐγκάτα κλίνας ἐνευναῖα, τὰ δὲ κατὰ στῆμα &c. ὄχημα enim ἐνευναῖον, ni fallor geminum fuerit *caruca dormitoria*: & eo etiam pertinet, quæ idem doctiss. vir ibidem vel potius initio de *Re Vestiar. de cubilibus viatoris*, ut *Plinius* dixit, adfert. Post εὐνητήρ vero egregie noster MS. auctior: ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμητήρ ἰδίαν. Scribe itaque cum MS. totum locum: καὶ ὁ παρὰ τοῖς κωμικοῖς χιτῶν εὐνητήρ, ὅς τοῦ νῦν ἐγκοιμητήρ ἰδίαν. Ait *Comicam* vocem χιτῶνος εὐνητήρος suaviter esse, quam τοῦ ἐγκοιμητήρος, ut jam loqui soleant. JUNG.

*divitiarum* exponant, ut scilicet, כִּיטָר κίταριν, coro-  
nam designet, cujus opinionis auctorem existimo *Po-  
cockium* Orientalis literaturæ scientissimum: nos in istis  
hæremus nimirum, horumque omnium uberiolem ex-  
positionem expectamus ab *Adr. Relando* eruditionis spe-  
ctata viro, quem Persicas voces, quæ in antiquorum  
monumentis reperiuntur, explicaturum se & interpre-  
taturum singulari libro non semel promississe memini,  
quod opus utinam reip. literariæ bono quamprimum  
in lucem proferat.

14 Κίτταριν. ] MS. κίταριν. SEB.  
Κίτταριν. ] C. V. & *Salm.* κίταριν. KÜHN.

Κίτταριν. ] Pro κίτταριν, MS. κίταριν, uno τ & sic  
scribe, ut etiam supra VII, 56. MS. habebat, nec ali-  
ter hic agnoscit *Brissonium* libr. I. de *Reg. Pers.* qui  
tamen locum *Herodoti* non indicat, quo libro extet.  
Et ut ingenue fatear, nec mihi is in promptu, nec  
apud eum legere memini. Apud *Ctesiam* in *Eclogis*,  
quas e Persicis ejus excerptit *Photius*, quidem observa-  
vi c. 46. de *Ocho*: καὶ ἐπέθετο αὐτῷ τὴν κίταριν, οὗτος  
ἐκόντι. JUNG.



*De pictoris instrumentis.*

<sup>15</sup> Περὶ ζωγράφου σκευῶν.

**P**ictoris autem arma, tabulæ, tabellæ, tripodes tabularum, pulpita, styli, penicilli, buxæ tabulæ.

**Ζ**ωγράφου δὲ σκευή, πίνακες, πινάκια, καὶ κιλλίβαντες, καὶ ὀκρίβαντες, γραφίδες, ὑπογραφίδες, πυξία.

*De epheborum habitu, & aliis quibusdam miscellaneis.*

<sup>16</sup> Περὶ τοῦ ἐφήβων φορήματος, καὶ ἐτέρων συμμικτῶν τινῶν.

**E**pheborum sane habitus erat, Petasus. Philemon in Janitore, Ego enim cum chlamyde deponerem & petasum. Teleclide autem in Amphictyonibus dicente,

**Τ**ὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα, <sup>18</sup> πέτασος, καὶ χλαμύς. <sup>19</sup> Φιλήμων ἐν Θυρωρῶ, Ἐγὼ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κατεθέμην ποτὲ καὶ τὸν πέτασον. Τηλεκλείδου δὲ ἐν <sup>20</sup> Ἀμφικτύοσιν εἰπόντος,

<sup>15</sup> Περὶ ζωγρ. σκ.] Totum caput non agnoscit V. C. Salm. & hoc ipsum jam supra extat in Codice Vossii c. 31. ut ibi adnotatum. KÜHN.

Περὶ ζωγρ. σκ.] Caput 37. hic in MS. non habetur: sed ejus verba supra Segm. 148. dixi fuisse ante νεαλοῦ σκευῆ. JUNG.

Περὶ ζωγράφων &c.] Etsi in MSS. quæ titulum hunc sequuntur, alio loco superius extant, ordinem tamen editionum ea propter turbare & interpolare operæ pretium non duxi, ideoque pictorum hæc instrumenta sua sede, quam in omnibus obrinuerunt editionibus, non movi: horum autem pleraque recensuit Auctor noster VII, 129. ubi qui fuerint κιλλίβαντες & ὀκρίβαντες accuratius exponit: quævis ὑπέμματα seu *suppositoria* ita fuisse dicta docet Hesychius.

<sup>16</sup> Περὶ τοῦ εὐφ. &c.] Ἐφήβων. Hesych. Πέτασος, τὸ τῶν ἐφήβων φόρημα. SEB.

Περὶ τοῦ εὐφ. &c.] Integer titulus abest a C. A. & Codice Salm. in quo etiam ἐφήβων abest initio capituli. KÜHN.

<sup>17</sup> Τὸ δὲ εὐφίβων φ.] MS. τὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα, πίτασον. Sed scribe τὸ δὲ τῶν ἐφήβων ut in MS. correctum erat, & Seberus etiam in Notis suis emendavit: nec aliter agnoscit Leopardus IX. Emend. 19. JUNG.

Τὸ δὲ εὐφίβων φ.] Facilis emendatu corruptela: locum refeci ad fidem MSS. Τὸ δὲ τῶν ἐφήβων φόρημα, quæ verbis iidem apud Hesychium leguntur: post hæc e Codice Anon. supplevi καὶ χλαμύς, quod nemini displicebit. In Philemonis autem loco ἐς intelligendum credo *præter*, vel, ut non male *Interpres*, cum *chlamyde*: offendit tamen eam vocula, maluique jam olim legere Ἐγὼ γὰρ τὴν χλ. &c. quod mihi facilius videbatur, nec minus elegans: neque, quod Kuhnium jam modo voluisse video, ei improbarerim: lectori jus sit arbitrari: notandum vero, uti petasus epheborum pileus est, sic propriam eorum vestem fuisse chlamydem: nihil autem aliud apud Philemonem ista loquendi formula significat ille quicunque, quam se juvenilem ætatem superasse & togam sumsisse virilem: non dissimilis est *Teletis* apud *Strabonem* συγκρίσει πινίας καὶ πλούτου locus: καὶ σπαις μὲν ἂν ἐπιθυμῆι ἐφθβος γενέσθαι, ἐφθβος δὲ γενόμενος ζητεῖ χλαμύδιον ἀποθέσθαι: ὅταν δὲ ἀνδρωθῆ, πάλιν εἰς τὸ γῆρας σπείδει. Hinc & ἐφθβικῶν χλαμύδων meminit *Plutarchus* de *Virt. Mul.* *Philostatus* aliique plures. Nescio quis apud *Eustathium*: παιδία χιτῶνας ἔχοντι ἠεροχίμοις καὶ πίτασους. Sed alius hæc loci.

<sup>18</sup> Πέτασος.] C. V. πίτασον. C. A. post πίτασος, δ καὶ χλαμύς. leg. ἢ καὶ χλαμύς. KÜHN.

<sup>19</sup> Φιλ. ἐν θυρ. Ἐγὼ γὰρ ἐς τ. χλαμ. ] Absunt hi duo versus a C. A. tum in Philemonis versu legerem: εἰ τὴν χ. &c. ego enim si chlamydem olim deposui & petasum.

JULII POLLUCIS.

*Versus Philemonis*, inquit *Salm.* Ἐγ. γ. εἰς τ. χ. κ. π. καὶ τ. π. KÜHN.

Φιλ. ἐν θυρ. Ἐγὼ γὰρ ἐς τ. χλαμ. ] Versus forte *Philemonis* ita in numeros redigendi:

Ἐγὼ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κατεθέμην ποτὲ  
καὶ τὸν πέτασον —. JUNG.

<sup>20</sup> Ἀμφικτύοσιν.] MS. Ἀμφικτύοσιν. Hi *Teleclide* *Amphictyones* & a *Suida* in ejus dramasin referuntur, & laudantur a *Vet. Schol. Aristoph.* in *Aves*, de *Droptibe*. JUNG.

Ἀμφικτύοσιν.] *Teleclidis* istam fabulam laudat & *Aristophanis Schol.* ad *Aves*, aliique sæpius: tituli quæ sit causa & origo, nemini, qui non plane literarum Græcarum expertus est, latere potest: συνίδριον Ἀμφικτύωνων vel Ἀμφικτυονικὸν *Demostheni*, *Aischini*, aliisque istius ætatis vel non multum inferioris oratoribus memoratur. Sed adducta *Pollucis Teleclidis* χρῆσις tam obscuris contexta est tenebris, ut dubitem an alius etiam æque difficilis in hoc ultimo *Pollucis* libro locum inveniat: MSS. potiores, a quorum fide & auctoritate in emendando *Polluce* pendemus, hic tacent: sola *Falckenburgiana* Excerpta hanc præ se ferunt lectionem: δουλοπάρηρον ῥυπαρὸν σκελύθρον, κατυστρον ἔμαι ἀκούουσι: quæ tantum abest ut lucem *Teleclidis* affundat, difficilemque loci nodum extricet, ut etiam impedire nos magis videatur: κόλυθρον, quæ vulgata est lectio, ex *Athenæo* aliisque significare didici *sicut maturam*, cui utique nihil proflus est cum speculo commune; adeo ut nulla ratione scripturam editam defendi posse existimem: igitur cum Interpretibus nostris locum, uti videtur, conclamatum delituiam? an quæ cogitanti venerunt in mentem, etsi forsitan illa sint inepta & nullius momenti futura, cum erudito lectore communicem? hoc certe potius, si fortean aliorum acumen & industriam meis conatibus excitare possim; nam a veritate aberrasse in tam densa caligine ab æquis rerum æltimatoribus vitio, credo, non vertetur. Codicis autem *Falckenburgiani* lectio ad scripturam vulgata longe probabiliorem me perduxit: vides ibi σκελύθρον, quod mihi in memoriam revocabat voces σκόλυθρος & σκολύθριον, de quibus abunde dixi ad Segm. 48. quo loco ante nos σκολύθρια fuit publicatum; ipsique ibi MSS. constanti errore σκελύθρια legebant; coque facilius mihi persuadebam σκελύθρον hic fuisse exaratum pro σκόλυθρον vel σκολύθριον, quorum utrum alteri sit anteferendum, mox arbitrabimur: porro σκολύθρους Grammatici interpretantur διφρούς, & σκολύθρια διφρία. *Eustath.* ad *Oδ. Δ.* Ἐν δὲ τῷ παλαιῷ ῥητορικῷ Λεξικῷ εὐρηται καὶ σκολύθρια, διφρία βραχέα: καὶ ἄλλως δὲ, σκόλυθρα, διφρία ταπεινά: καὶ ἴσται τὸ μὲν διφρία ἐκεί ὡς γένος, τὸ δὲ σκόλυθρον ἢ σκολύθριον, ὡς εἶ-



<sup>21</sup> δουλοπόνηρον ῥυπαρὸν κόλυθρον, κάτοπτρον ἔνιαι ἀκούουσι· καὶ <sup>22</sup> ὅταν μὲν ἐν Ἀχαρνεύσιν εἶπῃ Ἀριστοφάνης <sup>23</sup> ἀχάνας χρυσίου, τὸ ἀγγεῖον ἴσως Περσικόν· \* ἔνιαι δὲ τὴν θεωρικὴν <sup>24</sup> κίστην οὕτω κεκλήσθαι νομίζουσιν· <sup>25</sup> ἐν δὲ Ἀριστοτέλους Ὀρχομενίων πολιτεία μέτρον ἔστιν Ὀρχομενίων τετραράκοντα πέντε μεδίμνους χωροῦν Ἀττικῶς· <sup>26</sup> οἱ δὲ κοιτίδας τὰς πυθῶδε ἰόντων· <sup>27</sup> ὅτε καὶ τὰ λεβη-

δουλοπόνηρον ῥυπαρὸν κόλυθρον, sunt qui speculum intelligant. Cumque in Acharnensibus dicit Aristophanes, achanas auri, vas nimirum est Persicum: \* nonnulli tamen theoreticam cistam sic nominari putant. In Aristotelis vero Orchomeniorum Republica Orchomeniorum mensura est, quadraginta capiens medimnos Atticos. Alii vero arculas putant ad Pythium proficiscentium: quoniam & lebe-

δος ἢ δὲ χρῆσις αὐτοῦ ἀναφέρεται εἰς Πλάτωνα ἐν Εὐθύδημῳ· plura protuli citato loco, ubi & σκολύθρου habebas, cum Eustathius hic σκόλυθρα quosque profert: quantum, ut ingenue dicam, in posteriori Lexici ab Eustathio adducti loco σκόλυθρα prave scripta videantur pro σκολύθρια· exponunt enim διφρα nomine diminuto, cui prius necdum corruptum respondisse vero simile est: accedit Hesychius: Σκολύθρια, ταπεινὰ διφρία· hinc forsitan deceptus Eustathius σκόλυθρον posuit, cum a σκόλυθρος masculo genere σκολύθριον descendat; hæc tamen non tanquam omnino certa venditare animus est. At qui poteris, inquires, hæc σκολύθρια cum Pollucis interpretatione conciliare: σκολύθριον enim dissimilimum est κάτοπτρον· bona verba, quæso: κάτοπτρον Falschenburgiani Codicis aliam longe lectionem prodit: ego in eo me vestigia deprehendere puro καθιστήριον, sedis, vel καθέδριον, quæ vox posterior in Glossis exponitur, *sedile, subsellium*: prior est apud Hesychium: Δίφρον, ἄρμα, καθιστήριον, κρῖββατον, ὄχημα· hac itaque voce διφρον Hesychium esse interpretatum vides; σκόλυθρον autem Grammaticos exponere διφρον diximus, ut utrumque sit commodum ad interpretationem τοῦ σκολύθριον· jam vero hæc a nobis restituta lectio καθιστήριον vel καθέδριον ἔνιαι ἀκούουσι haud parum ex eo momento accipit, quod σκολύθρια quoque dicantur τὰ ὑποπόδια, *suppedanea*: monuit itaque Pollux quosdam in hoc Teleclidis loco σκολύθριον intellexisse non ὑποπόδιον sed καθιστήριον. Præterea nec ab instituto Pollucis alienum videri potest, ut hic illa de σκολύθριον interjuncta observatio, cum ipsa capitis inscriptio περί συμμικτων *Ambrosium* nostrum acturum esse promittat: ῥυπαρὸς autem, ne quis hoc forte objiciat minus esse ac commodatum, ut τῶ σκολύθριον jungatur, non tantum de hominibus, eorumque vestitu, sed & aliis quibuscunque rebus, quæ propter forditiam inutiles sunt, usurpari solet: jam vero totum locum sic esse scribendum judico: Τηλεκλίδου δὲ ἐν Ἀμφικτιόσιν εἰπόντος, Δουλοπόνηρον ῥυπαρὸν σκολύθριον, καθιστήριον vel καθέδριον ἔνιαι ἀκούουσι· existimabat autem Jungermannius vel versus causa legendum esse δούλου ποιηρὸν· ego rem illam in medio relinquo; sed editam tamen lectionem retinendam esse puto; siquidem illa multis modis elegantior videatur: facete enim δουλοπόνηρον σκολύθριον, cujus sensum recte cepit Κρήνημα: malitiam servorum & astutiam in decipiendis dominis in nulla non fabula Comædiæ junioris in primis notatam scimus. Hæc adferre volui, ut, si defuerint restituendi locum vires, voluntatem certe non defuisse probarem: si quis alius commodiora & politiora protulerit, mea suo loco & jure cedent.

<sup>21</sup> Δουλοπόνηρον &c.] *Instar servi malum, sordidum κόλυθρον*, id est, *speculum nihili*. KÜHN.

Δουλοπόνηρον] Verba Teleclida ita habet profusus & MS. Annon tamen potius δούλου ποιηρὸν legendum est pro illo δουλοπόνηρον vel versus causa: nec de κόλυθρον quid in hac significatione ubi alibi extet, scio: & hæc non tentare satius fuerit. JUNG.

<sup>22</sup> ὅταν] MS. ὅτ' ἂν. JUNG.

<sup>23</sup> Ἀχάνας χρυσίου] Vide Hesyeh. Eustath. & Schol. Aristoph. fol. 266. prior. edit. ἀχάρνας· forte per ex Αχαρνεύσιν vers. præc. repetito. SEB.

Ἀχάνας χρυσίου] C. A. Αριστοφάνους, ἀχάνας χρυ-

σίον, ἀρχαῖος αὐτοσπιτ. C. V. ἀχάνας. Hesyeh. omnino per ἀχάνας. Salm. C. etiam ἀχάρνας. KÜHN.

Ἀχάνας χρυσίου] Aristophanicus locus, e quo ἀχάνας χρυσίου profert, quamvis noster MS. ἀχάρνας habeat, sicut priores editiones, non recte, sicut & Seberum poster admonuit, est non longe ab initio Acharn.

Δ. οὐκ. ἀλλ' ἀχάνας ὀδύγε χρυσίου λέγει.

Κ. ποίας ἀχάνας —. JUNG.

<sup>24</sup> Κίστην] C. Salm. κύστιν. KÜHN.

<sup>25</sup> Ἐν δὲ Ἀριστ. ἐνορχημ. π.] F. ὁ δὲ Ἀριστοτ. ἐν Ὀρχομ. SEB.

Ἐν δὲ Ἀριστ. ἐνορχημ. π.] C. A. καλοῦσι μέτρον δὲ Ὀρχομενίων τ. μ. χ. Α'. C. V. ἐν Ὀρχομενίων π. μέτρον ἴστιν Ὀρχομενίων &c. Salm. C. ἐν δὲ Ἀριστοτέλους ἐνορχημίων & mox τετραράκοντα πέντε vel μετέgit Salm. KÜHN.

Ἐν δὲ Ἀριστ. ἐνορχημ. π.] MS. ἐν δὲ Ἀριστοτέλους ἐν Ὀρχομενίων πολιτεία μέτρον ἴστιν Ὀρχομενίων τετραράκοντα μ. Bene si alterum, credo, ἐν deleas: nec enim ipsa verba Noster subijcere voluit Philosophi oratione recta, sed oblique saltem, ut indicet ἀχάνας varia significare: sed & in numero vitium; admonuit enim nos Salmasticus ὁ πάνυ legendum τετραράκοντα πέντε, ut apud Aristophanis Scholiasten scribatur (cujus verba ad Aristoph. Acharn. ἐχώρει δὲ μεδίμνους Ἀττικῶς μὲ, ὡς μαρτυρεῖ Ἀριστοτέλης, quod & Suidæ exscriptis) facile errore ex numeris, μὲ μεδίμνους· nam ita olim scriptum fuisse. An itaque totus locus jam ita restituendus? ἐν δὲ Ἀριστοτέλους Ὀρχομενίων πολιτεία μέτρον ἴστιν Ὀρχομενίων τετραράκοντα πέντε μεδίμνους χωροῦν Ἀττικῶς. JUNG.

Ἐν δὲ Ἀριστ. &c.] Locum ex MSS. refeci: sic erat ante nos: ἐν δὲ Ἀριστοτέλους ἐνορχημίων πολιτεία. Μέτρον δὲ Ὀρχομενίων τετραράκοντα μεδίμνους χωροῦν Ἀττικῶς· τετραράκοντα πέντε cur suppleverim Jungermanni docebit nota. Ab hac Orchomenia multum fuit diversa Bœotorum achane, quæ erat æqualis, si standum Hesyehis lectione vulgata, Attico medimno: Ἀχάνη, μέτρον σίτου ἐν Βοιωτία χωροῦν μεδίμνον ἐν Ἀττικῇ Eustathius, ἀχάνη μέτρον Βοιωτίων πολλῶν τινῶν Φασί μεδίμνων, & Suidas: ἐχώρει δὲ μεδίμνους Ἀττικῶς μὲ· quæ quidem ex Aristophanis Scholiasta de more hausit: ex quibus, uti puto, satis deprehenditur vitium Hesyehiani loci: adde debuisset dici μεδίμνον ἔνα· mendæ originem existimo, quod scriptum fuerit aliquando μεδίμνους ἐν· ista sciolus refinxit μεδίμνον ἐν· tu vero mecum repone μεδίμνους μὲ, ut hac in re Hesyehio cum ceteris conveniat. Originem vocis a Persis esse pendam verum; ab his delapsa est ad Bœotos. Orchomenios, & Athenienses, ut & in aliis factum videmus: Thessali vero præcipue non tantum rebus Persarum studuisse dicuntur, sed & vocabula eorum adscivisse.

<sup>26</sup> Οἱ δὲ κοιτίδας,] C. A. subdit καὶ λεβητάρια καλοῦσι π. KÜHN.

<sup>27</sup> ὅτε] An forte οἱ δὲ. JUNG.

ὅτε καὶ τὰ λ. κ. παταγρίδας.] Non quidem hic locus a mendo vacuus est: Interpretes sane, qui nihil minus egit, quam ut recte Pollucem redderet, profusus deliravit: Jungermanni conjectura non vana est: pro ὅτε forte restituendum opinabatur: sed opera danda est ut locus hic accuratius enodetur; nam a distinctio-





tes illos panagrides vocant. Gladii autem nomen Barbarum scalma esse videtur: Sophocle in Troilo dicente, Scalma principes excindens meos. Sporta vero vas contextum, ad ferri repositionem aut aliorum quorundam: apud Homerum vero, Ulyssis securium. Hermippus autem in Demotis inquit, Habentes sportæ simile scutum.

τάρια καλοῦσι ταναγρίδας· ξίφους δὲ ὄνομα εἰ-  
κεν εἶναι βαρβαρικὸν <sup>28</sup> ἢ σκαλμῆ, Σοφοκλέους εἰ-  
πόντος ἐν Τρωίῳ, Σκαλμῆ γὰρ ἔρχεται βασιλεῖς  
ἐκτέμνουσ' ἐμούς· τὸ δὲ ὄγκιον, σκευὸς πλεκτὸν·  
εἰς ἀπόθεσιν σιδήρου, <sup>29</sup> ἢ ἄλλων τινῶν· παρα δὲ,  
<sup>30</sup> Ὀμήρῳ, τῶν Ὀδυσσεῶς <sup>31</sup> πελέκεων. Ἐρμιππος δὲ  
ἐν Δημόταις ἔφη, ἔχοντες ἴσον ἀσπίδιον <sup>32</sup> ὄγκιῳ·

ne mala certe laborat. Primo, cum dixit *Aristophanes* ἀρχαῖας χρυσίου, intelligendum esse movit *Aulis* τὸ ἀγγεῖον Περσικόν, *ναυ Περσικόν*: tum existimasse quosdam tradit, sic esse nominatam τὴν θεωρικὴν κίστην, in qua scilicet ea reponerentur, quibus ad sacram legationem erat opus, quæ quidem Grammaticorum receptior est sententia, quamquam generalius *Etymologus* σκευὸς εἰς ἐπιεικισμὸν χροῖσμον<sup>3</sup> tertio loco ex *Aristotele* perfectus fuit Auctor ἀρχαῖας υἷων apud *Orchomenios*, & quot medimnorum Atticorum capax horum fuerit instituto: tandem sequitur: οἱ δὲ κοιτίδας τὰς πυθῶδες ἰόντων· *cihas eorum*, qui sacram legationem *Pythomet obeunt*: quibus verbis absolvitur hæc tota *Pollucis* de ἀρχαῖας observatio; quæ enim subjiciuntur, ab achæis plane sunt aliena & diversa: distinctione igitur majori hæc ab illis separari debent: exinde patet recte scribi: ὅτε καὶ τὰ λ. &c. *aliquando etiam*: sed cœcum in hoc loco ulcus absconditur, de quo forsitan ne cogitasset quidem, nisi cogitandi dedisset ausam Codex *Falckenburgianus*, qui clare ταναγρίδας præ se fert: & profecto veram illam esse lectionem existimo, si quidem in *Helychio* invenierim Ταναγρία, ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἐν ᾧ ἔρπον τὰ κρέα: nec enim opinor quemquam dicturum esse, *Helychii* culpa accidisse ut ταναγρία legatur pro πανάγρια, librarium autem itidem in libro *Falckenburgii* τ pro π exhibuisse vitiose: nam, etsi revera sapius in ipsum *Helychium* mendarum origo rejicienda videatur, tamen ne sic quidem negari nequit, plura apud eum extare vocabula, quorum nos cognitio perfecta effugit, quæque adeo non sine validis rationibus immutari velim; horum in numero ταναγρία recenseri meretur, quod jam lucem accipit & auctoritatem a *C. Falck*, præterea πανάγρια vel πανάγρον alia longe res est, ut suo ordine & loco *Helychius* te docebit; nec scio an satis apte & ex Græcæ linguæ genio *lebes* per hanc vocem significari possit, si quidem non designet id, quod multa vel omnia contineat, sed capiat: vocis autem ταναγρίδας insolentia movisse quosdam videtur, ut παναγρίδας incepte refererent; in istis enim præcipue dominari solet librarium libido, quæ captum eorum effugiunt: igitur non ægre ferent eruditi viri, si his permotus rationibus veram, me iudice, lectionem restituerim.

28 H' σκαλμῆ] C. A. ξίφους ὄνομα βαρβαρικὸν σκαλμῆ Σ. εἰ. ε. Τ. τὸ δὲ ὄγκιον &c. *Salm.* βασιλίαι, id est, regia: vel βασιλῆς. In *Sophoclis* verbis C. V. σκαλμῆς, Kühn.

H' σκαλμῆ] MS. σκαλμῆ paroxytone: & mox MS. ἐν Τρωίῳ, σκαλμῆς γὰρ & cetera, ut vulgo. Ceterum de *Troilo Sophocle* dramate vid. *Casaubon.* VII. *Athen.* 4. Versiculum ipsum ita profert *Casaubonus* nolter ibi:

Σκαλμῆ γὰρ ἔρχεται βασιλῆς ἐκτέμνουσ' ἐμούς.

At *Salmastius* noster ita emendabat:

Σκαλμῆ γὰρ ἔρχεται βασιλίαι ἐκτέμνουσ' ἐμούς.

Βασιλίαι σκαλμῆ, Scalma regia, hoc est, Persica, & ex eo *Comici* verbum esse *Persicum* & *Barbarum* *Pollux* dixit. Cum enim *Rex Persarum* proprie apud *Græcos* diceretur βασιλεύς, βασιλίαι σκαλμῆ est regia & Persica. Hæc ille: MS. noster & σκαλμῆς, ut dixi: unde quis etiam σκαλμῆς suspicari queat. Sed bene jam locus constitutus est: nisi quod σκαλμῆ paroxytone, ut MS. noster habet, non rejiciendum credam. Ita enim &

*Helychius*: Σκαλμῆ, μάχαιρα Θράκιος· καὶ σιδηράβου δὲ αὐτὴν τινες λέγουσιν. JUNG.

H' σκαλμῆ, Σοφ. εἰπ. &c.] Parum in hoc Tragico loco MSS. nos juvant: *Kühnius* ad sui Codicis marginem sequitur erat emendationem *Casauboni*: σκαλμῆς in C. P. non satis cum ipso *Polluce* convenit, qui inquit, ξίφους δὲ ὄνομα εἶναι βαρβαρικὸν ἢ σκαλμῆ, non σκαλμῆς: alias equidem non ignoro, analogiam si sequamur, haud male dici σκαλμῆς: sic enim & σκαλῆ, σκαλῆς, ἀμῆ, ἀμῆς, στολή, στολῆς, στήλη, στήλης, & similia plurima: postes non incommode vulgatam lectionem interpretari: *Cultellus enim regio testes meos præcindens*: ἔρχεται ἐμὸν βασιλῆς, id est, ἐμοῦ βασιλείας, βασιλῆς καὶ ita τεχνῆ φιλόσοφος innumeris in locis, φιλόσοφος βίος apud *Eusebium*, πάρενος ψυχῆ *Eurip.* *Hippol.* *Coron.* οἶκος ἰδιώτης *Anacharf.* Ep. 7. μέγας τεχνῆ φιλοστ. de V. A. T. lib. I. c. 2. magna artes *Ovid.* *Amor.* libr. I. El. 8. charta virgo frequenter apud *Marcellum Empiricum*: *sama anus*, *Martialis*: sacerdos *Suggestus Tertull.* de *Pall.* *Corinthus* de *Dist. Att.* illam loquendi formam Atticisimam annumerat: nihil itaque rationis video, cur ab illa lectione discedere debeamus: si cui tamen *Casauboniana* magis arriserit, non vehementer resistam: quod autem σκαλμῆ βασιλῆς restituat & exponat *Salmastius scalmam Persicam*, mihi quidem non probatur: nec forte quis de cultello Persico, quo caltratus sit, in *Tragœdia Troilo* loqui poterit: quamquam enim *Persæ primi* & præcipui juvenibus excsecuisse testes tradantur, tamen & inter *Phryges Cybeles* sacerdotes *Galli* non sunt ignoti. Σκαλμῆ quæ sit ostendit ex *Helychio* *Fungermippus*: in verbis illius *Lexicographi* hæsitans aliquando reponebam σιδηράβης, ut χρυσολάβης: lectori sit arbitrandi jus: meminit etiam *M. Antoninus* de *Reb. Suis* XI. §. 15. ἐπιτήδευσες δὲ ἀπλόττες σκαλμῆ ἴστιν· ubi nodum in scirpo quarunt eruditissimi viri: recte lectionem retinuit & explicuit præstantissimus *Mer. Casaubonus* adductis *Pollucis* & *Helychii* verbis: ejus e sequentibus sententia confirmatur, & ex eo, quod simili ratione loquendi sæpius utatur *Antoninus*.

29 H' ἄλλων τινῶν.] C. A. ἢ ἄλλου τινός· supra scriptum ἄλλων τινῶν. Kühn.

30 Ὀμήρῳ] Ὀδυσσ. φ. initio fere:

Τῆ δ' ἄρ' αἰε' ἀμφίπολοι φέρον ὄγκιον, ἔνθα σίδηρος  
κίττο πολὺς καὶ χαλκός, ἀέθλιον τοῖο ἀνακτος.

Sed ubi hic, ais, πελίκης, ut *Noster* ait. Audi *Eusebium* ibi commentantem: ὄγκιον ἢ ὄγκιον παροξυτόνας· ἢ καὶ ἰφερμενῶν φησὶν, ἔνθα σίδηρος κίττο πολὺς καὶ χαλκός, ἀέθλιον τοῖο ἀνακτος, ἦγον τοῦ βασιλέως Ὀδυσσεῶς· αἰς ἐν τοιαύτῳ κίτθαι κατὰ περιόχην καὶ τοὺς δηλωθέντας πελίκης· mox enim prolatis XII. πελίκισσιν *Ulyssis* (de quibus & sine Ὀδυσσ. τ.) proponitur certamen prociis, διίστινεν πελίκων δυοκαίδεκα πάντων. Eodem etiam respexit *Helychius*: Ὀγκίον, ἀγγεῖον, ἐν ᾧ αἰ ἀκίδες, ἢ πλόγμα κιστοειδῆς, ἐν ᾧ ἀπίκνιστο αἰ πελέκεις· ita enim cum *H. Steph.* leg. ὦν πλίκης, ut vulgatur. JUNG.

31 Πελίκων.] *Salm.* τῶν Ὀδυσσεῶς πελίκων· sic *Helych.* πελίκης, in eadem voce. Kühn.

32 Ὀγκίῳ.] C. V. ὄγκω. Kühn.

Ὀγκίῳ.] Scriptum est in *Falckenburgiano* Codice ὄγκω, quod improbum: observat autem *Eusebius* scribi debuisse ὄγκιον ex analogia, ut κοσμοῖον, κρῖον aliaque similia: sed & observabamus in *Polluce* non dispra-



166 \* 33 παρά δὲ Βοιωτοῖς τὸν κάδον σκύφον 34 κεκλή-  
σθαι λέγουσιν 35 ἢ δὲ σμινύη, κάττυς δερμάτιον  
ἐντιθέμενον τῇ σμινύη, 36 ὅταν ὁ στέλεχος ἀραιὸς  
ἦ· καὶ ἔστι τούνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δρά-  
μασιν 37 ἢ Νιόβη· 38 πτανάκα δὲ ἔστι ψίαθος ἢ 39 ἐν  
τοῖς ἀκατίοις, ἣν καὶ 40 κάνναν καλοῦσιν κραστή-  
ριον δὲ, τέτταρα ξύλα 41 εἰς ἀλλήλα ἐνηρμοσμέ-

\* Cæterum a Bœotis cadum scyphum ap-  
pellari tradunt. Sminya vero, felina pel-  
licula ligoni appofita, si manubrium ve-  
tustate attritum foret: nomenque Auri-  
gæ est in Aristophanicis Fabulis. Ve-  
rum ptacala storea in navibus est:  
quam etiam cannum vocitant. Sed craste-  
rium, ligna sunt quatuor invicem commif-

ri forma nomen VII, 157. λάφιον, quod ab aliis tamen  
λοφίον exaratur: ibi me notantem vide, & Hesych.  
ἐν Ἀγκιον. Μοχ κάδον e MSS. sic enim, non duplici  
δ, solent Attici: Phrygichus: Σάπκος Δωριεὺς διὰ τὸν  
δυό κκ, Ἀττικοὶ δὲ δι' ἐός: ad cum locum vide Nuppes-  
sum hominem eruditum: Eustathius adnotat τὸ κοινὸς  
λεγόμενον σάπκος Atticos exarasse una litera δ: alibi plu-  
ra protuli.

33 Παρά δὲ Β. τὸν κάδον &c. ] C. A. Βοιωτοὶ τὸν  
κάδον σκύφον· C. V. κάδον. C. Salm. κάδον. KÜHN.

Παρά δὲ Β. τὸν κάδον &c. ] MS. κάδον, ut fere sem-  
per uno δ. JUNG.

34 Κεκλήσθαι λ. ] Absunt a C. A. C. V. βεβλήσθαι,  
quod nolim. KÜHN.

35 ἢ δὲ σμιν. κάττυ δ. &c. ] MS. σμινύη. SEB.

ἢ δὲ σμιν. κάττυ δ. &c. ] C. A. κάττυς. C. V. κά-  
ττυς δερμάτιον τι. &c. leg. κάττυς: catta quadam pel-  
licula ligoni inserta, cum manubrium nimis laxum est.  
Salm. C. non habuit κ. δ. ἐν τ. σ. μ. KÜHN.

ἢ δὲ σμιν. κάττυ δ. &c. ] Noster MS. ἢ δὲ σμιν-  
ύη, κάττυς δερμάτιον ἐντιθ. Locus sane corruptus mi-  
hi videtur, nec juvat Seberus MS. nisi quod habeat σμιν-  
ύη. Conjectandum est. Forte legendum itaque, ἢ δὲ  
σμινύης κάττυς, δερμάτιον &c. Certe κάττυς MS. vul-  
gato κάττυς rectius esse, adfirmare me non indubi-  
tanter jubet Hesychius, utut alias locus constituendus  
est; posset enim forte quis uno vocabulo Comichus  
σμινοκάττυς scripsisse suspicari; ita enim ille: Κατ-  
τύν, ἀπότριμμα δερμάτιου. JUNG.

ἢ δὲ σμινύη, κάττυ &c. ] Quam magnam in hoc  
loco corruptelam & difficultatem sibi sunt imaginati vi-  
ri eruditissimi, ego nullam, quæ mea forsitan est igno-  
rantia, video: contra ea expeditum omni menda exi-  
stimo locum, si modo reposueris in textu, ut feci,  
κάττυς pro κάττυ, quæ lectio me jam olim non præter-  
iit: recte vero ἀπότριμμα δερμάτιου, aut quodvis  
cotium ita fuit appellatum, unde & descendisse reor  
καττύν notissimæ significationis verbum: sic vero Pol-  
lucis hæc verba decet interpretari: quod autem ad li-  
gonem adinet, κάττυς coris frustulum est insertum ligoni  
(ferrum ligonis intelligi) cum manubrium tenuius  
est: στέλεχος manubrium est, siquidem fieri solet et sti-  
pitate vel trunco, nisi quis maluerit in Polluce restitui, quæ  
& Salm. sententia, στελεός seu στελεόν. Hesych. Στελεός,  
οὐδὲτέρας τὸ τοῦ πελέκως ξύλον. Illa vero loquendi formu-  
la ἢ δὲ σμινύη, quam reddidi, quod autem ad ligonem ad-  
inet, nec inelegans est, neque rara: fefellit tamen do-  
ctissimos etiam Interpretes non paucis in locis: Pol-  
lux noster sæpius hac loquendi ratione usus est IX. c.  
7. ibique notasse me memini ad Segm. 106. Heliodo-  
tus lib. I. ὁ δὲ αἰγιάλος, μεστὰ πάντα σωμαίων νεο-  
σφαγῶν &c. Elium. V. H. I. c. 5. ἢ ἀλώπηξ, οὐ μόνον  
τὸ χερσαῖον θηρίον, ἀλλὰ καὶ ἡ θαλαττία πανούργος  
ἔστι. Hebræis, Thalmudicis & Syris nihil est hoc lo-  
quendi more frequentius: in sacris voluminibus si ὀ  
accurate Græcismum adhibuerunt: exemplum illustre  
in Daniele I. v. 17. Καὶ τὰ παιδιάρια ταῦτα, οἱ τίσις-  
τες αὐτοί, ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς σίνισιν καὶ φρόνησιν &c.  
Sed alias hæc commodioris magis loco.

36 ὅταν ὁ στέλεχος &c. ] Salm. στέλεος. KÜHN.

ὅταν ὁ στέλεχος &c. ] MS. ὅτ' ἂν ὁ στέλ. ἀραιὸς ἦ.  
Sed emendatum ἀραιός. JUNG.

37 ἢ Νιόβη. ] Non plane nulla scripturæ hujus ve-

stigia in MS. certe ibi β clare apparet: cum pr. edit.  
ἢ Νιόβη· vid. Casaub. in Athen. VII, 14. SEB.

ἢ Νιόβη. ] C. A. ἢ Νιόβη· C. V. ἢ Νιόβη· leg. ut supra  
ἢ Νιόβη. Salm. Δράμασιν ἢ Νιόβη ex C. V. KÜHN.

ἢ Νιόβη. ] MS. noster Δράμ. ἢ Νιόβη· quod tamen  
quis temere in Δράμ. ἢ Νιόβη adgressus ibi fuit emenda-  
re. Sed bene noster Seberus e vestigiis sui MS. quo-  
que, & jussu Magni Casauboni VII. Athen. 14. edidit  
ἢ Νιόβη. JUNG.

38 Πτανάκα &c. ] MS. πτανάκα. SEB.

Πτανάκα &c. ] In margine C. A. τὰ πτανάκα· C.  
V. πτανάκα δὲ &c. KÜHN.

Πτανάκα &c. ] MS. πτανάκα δ' ἔστιν ψίαθος ἢ (e-  
mendatum ἢ) ἐν τ. ἀκ. Seberus MS. πτανάκα. Sed  
mehercle horum cognitio jam valde obscura est, ejus-  
dem modique voculæ penitus evanuerunt, ut nobis præ-  
fertim imperitioribus nihil definiendum sit. Præclara  
autem, si Dis placet librariorum fide factum, qui se  
plerumque tam negligenter & scelerate nonnunquam  
in bonis auctoribus describendis gessere, ut nisi βε-  
βαιωτῆν inveniamus, plerumque de hujusmodi subdu-  
bitare cogimur, ne eorum forma ab istis depravata sit.  
JUNG.

Πτανάκα &c. ] MSS. potiores πτανάκα, quod, cum  
utrumque æque sit ignotum & incertum, haud gra-  
vatim in textum detuli: nulla tamen menda vel recti-  
tura MSS. lectione locum esse deturpatum, non facile  
crediderim: πτανάκα certe quætur videtur a πτανάξ  
casus, ut superius σάλακα legebamus a σάλαξ: an ita-  
que πτανάξ; aut πτανάκα δὲ λέγουσι ψίαθος; maluerit  
forsan aliquis πτανάκα in recto casu fuisse positum:  
sed hæc omnia profecto, & gratiam fecerit, qui nos  
extricabit.

39 Ἐν τοῖς ἀκατίοις, ἣν καὶ &c. ] C. A. ἢ ἐν τοῖς ἀ-  
κατίοις· C. V. ἢ ἐν τοῖς ἀκατίοις· ἣν καὶ κάνναν καλοῦσιν  
&c. vel ἣν κάνναν κ. κ. δὲ τ. &c. Salm. κάννα, unde  
facit κάννακα vel κάννηκα. KÜHN.

40 Κάνναν ] Ita & Segm. 176. sed supra VII, 185.  
κάνναι, quæ scriptio melius convenit cum Hebræa vo-  
ce קננן calamus, unde Græcam originem trahere ma-  
nifestum est. H. Steph. SEB.

41 Εἰς ἀλλήλα ἐνηρμ. τ. ἐνδεδ. ] E MS. prior. edit.  
ἐνηρμ. SEB.

Εἰς ἀλλήλα ἐνηρμ. τ. ἐνδεδ. ] C. A. εἰς ἀλλὰ τ. ἐ. ἐν-  
δεδεμένα &c. tum C. A. ἀκρατήρ· C. V. ἀκρατήρ· leg. ἂ  
καὶ κραστέρες πρὸ τῆς φ. τῶν ὕ. Salm. τῶ ἐνδεδεμένω  
ex C. V. & in Hesychio male legi ait κρατηρίας pro  
κραστήρια. KÜHN.

Εἰς ἀλλήλα ἐνηρμ. τ. ἐνδεδ. ] MS. ἐνηρμοσμένα τόνω,  
ἐνδεδεμένα ἀκρατήρ (sed emend. ἂ) τῶν πρὸ τῆς φάτης  
ὑπὸ ζυγίων &c. Sed locus corruptus est, nec immerito  
a Sebero nostro notatus alterisco. Ingeniose & vere  
emendasse puto Nuppesium Notis ad Phrygich. in κρα-  
στήρια, pro ἂ κρατήρ τῶν reponentem: ἂ κατήρτο  
πρὸ· locumque ita interpretatur: erant quatuor ligna  
colligata, quæ pendebant in præsepibus, aut apia e-  
rant, ut fieret præsepe. Sic & supra VII, 142. ubi  
quoque & noster MS. id firmat. Totum itaque lo-  
cum hic ita lege, & distingue: ἐνηρμοσμένα, τόνω ἐν-  
δεδεμένα, ἂ κατήρτο πρὸ τῆς φάτης τῶν ὑπὸ ζ. Vi-  
deo & Seberum nostrum de hac emendatione admo-  
nuisse. JUNG.



sa & fune colligata, quæ suspensa sunt ante jumentorum præsepe ad pabulum ipsis ferendum: quod & scœnum, & gramen, & κράστιν quidam appellant. Emphatissima autem tabulæ sunt a præsepi surgentes, ut superflua purgent.

να τὸν ἰνδεδεμένα, <sup>42</sup> ἃ κατῆρτο πρὸ τῆς Φάτνης τῶν ὑποζυγίων φέρειν αὐτοῖς τὸν χιλὸν, ὃν καὶ χόρτον, καὶ πῖαν, <sup>43</sup> καὶ κράστιν ἐκάλουν· <sup>44</sup> ἐκφατνίσματα δὲ αἱ σανίδες <sup>45</sup> αἱ ἀναιρούμεναι ἐκ τῆς Φάτνης, ὡς καθαίρεσθαι τὰ περιττά.

67 \* CAPUT XXXIX.

\* ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ. 167

De larva, & similibus, atque catena.

<sup>16</sup> Περὶ προσωπίου, καὶ τῶν τοιούτων, καὶ περὶ αἰλύσεως.

EX vasculorum autem ordine fuerit, persona, larva, Gorgonium. Et per-

<sup>17</sup> ΕΚ δὲ τῶν σκευῶν ἔστω καὶ προσωπίον, καὶ <sup>18</sup> μορμολύκειον, καὶ <sup>19</sup> γοργεῖον, καὶ προ-

<sup>42</sup> \* κράστιν &c.] *Leg.* ἃ κατῆρτο πρὸ τ. vid. supra VII, 142. SEB.

<sup>43</sup> \* κράστιν τῶν] ἃ κατῆρτο in textum reducere non dubitavi: satis huic scripturæ firmamenti adtulit in nota sua Jungermannus, ut me quicquam addere non sit opus: restituitur eruditi viri hanc vocem κράστιον *Hesychio*, apud quem est Κρατήριον, τῶν ἐνηλάτων αἱ κεφαλαὶ, καὶ συμβολαὶ, καὶ τὰ ἄκρα: forte tamen κράστιον: alias & κρίστις ὁ ἡμιζῆρος χόρτος apud *Etymologum*: *Ἡτροκράσιον ἢ πῖα*.

<sup>43</sup> Καὶ κράστιν τινὲς ἐκάλουν.] Τινὲς abest a C. A. C. V. καὶ κράστιν ἐκάλουν. KÜHN.

Καὶ κράστιν τινὲς ἐκάλουν.] MS. καὶ κράστιν ἐκάλουν omisso τινὲς, quo forte hic non adeo opus: supra VII, 142, κράστις, ubi MS. κράστις. Sed κράστιν & *Hesychius* habet. JUNG.

<sup>44</sup> Ἐκφατνίσματα] C. V. ἐκφατνίσματα. *Hesych.* ἐκφατνίσματα pro ἐκφατνίσματα. KÜHN.

*Ἐκφατνίσματα*] MS. ἐκφατνίσματα, pro vulgato ἐμφ. Et sic nos apud *Pollucem* emendare jubet *Hesychius*, apud quem tamen & ipsum mendose legas: *Ἐκφατνίσματα, τὰ ἐκβαλλόμενα, ὅτε καθάρωσι τὰς Φάτνας*: scribe itaque & ibi ἐκφατνίσματα: puto enim ἀπὸ φατνῶν dictum vocabulum. JUNG.

*Ἐκφατνίσματα*] In textu reposui cum MSS. ἐκφατνίσματα: *Hesychium* *Kühnius* non intellexit: τὰ ἐκβαλλόμενα dicuntur αἱ σανίδες ἐκβαλλόμεναι.

<sup>45</sup> Αἱ ἀναιρούμεναι] *Quæ præsepi eximuntur, ut purgentur a superfluis.* *Hesych.* docet non tantum tabulas, quibus exemptis expurgantur præsepia, ita dictas, verum etiam ipsa ἐκβαλλόμενα, *resectamenta, purgamenta*. KÜHN.

<sup>46</sup> Περὶ προσ. &c.] Titulus abest a C. A. ut & Cod. Salm. KÜHN.

<sup>47</sup> Ἐκ δὲ τῶν σκ. ἔστω] C. A. ἐκ δὲ τ. σκευῶν καὶ προσ. κ. μ. γοργεῖον π. ὡς Πλάτων ἀδὸν π. κ. κ. α. κ. μ. KÜHN.

<sup>48</sup> Μορμολύκειον] MS. μορμολύκειον: ut etiam supra IV, 115, habebat. JUNG.

*Μορμολύκειον*] *Hesychius*: *Μορμολύκειον, τὰ τῶν τραγῶδων πρόσωπα*: eadem non raro μορμολύκειον scribuntur, quamquam *Etymologus* μορμολυκεία περισπωμένης præcipiat: inter alia vero & hæc habet: ἢ τὰ τῶν τραγῶδων πρόσωπα λέγονται ubi diligentissimus *Sylburgius* τραγικῶν forte legendum conjecit: vides autem ejus opinioni clare *Hesychii* verba momentum facere, ex quibus tamen τραγῶδων potius quam τραγικῶν restituitas: sic autem quævis reticulamenta puerorumque φάβητρα dicta fuerunt, quas Romani dixerunt *Munias*: vide *Persii Schol.* ad *Saty.* VI. v. 56. & *Festum*; τὰ πρὸς κατάπληξιν τυπωθέντα πρόσωπα, quibus timiditati infantium metum incutiebat: pereleganter *Clemens Strom.* VI. οἱ πολλοὶ δὲ καθάπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκειον, ὅπως δέδοται τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσοφῶν: sed inde & personæ theatralis propter summam earum deformitatem ita sunt appellatæ: utriusque rei auctor est *Schol. Arist.* ad *Racet.* οὕτως δὲ ἔλεγον τὸ ἐκφάβητρον καὶ τὰ πρόσωπα τὰ αἰσχρὰ μορμολύκειον, ἀφ' οὗ τραγικά, καὶ κωμικά: καὶ

ἐν Ἀμφιαράω, ἀφ' οὗ κωμικὸν μορμολύκειον ἔγνω: idem ille, quem dixi, *Clemens Strom.* lib. II. haud p̄ocul principio: καθάπερ ὑπὸ τοῖς μορμολυκείαις τὸ πρόσωπον τὸ ἀλλοθιὸν (λαθθαίνει) De ipsa voce sic semper cogitavi, eam esse compositam: Μόρμω cetera vel Μόρμωτα *latrum*, aut etiam *maniam* reddi posse ex solis *Glossis* est manifestum: λυκείον autem apud *Hesychium* φάβητρον, quod utique ad hanc rem plane non ineptum est, nisi fortean vultus lupinos proprie hæc μορμολυκεία p̄æ se tulisse velis, unde firmamentum accipiat vulgata *Etymologi* lectio, quam juxta cum *Sylburgio* suspectam habebamus, quo de constituant eruditi: ex sane Græcæ linguæ & plerarumque aliarum sunt leges, talisque mos, ut primos & arctiores significationum limites usus postmodum longissime proferat; hinc fieri potuerit quam facillime, μορμολυκεία, cum proprie denotarent lupino vultu personas, postea significasse quævis *θηροσιδῶ πρόσωπα*. Sed huc tamen ut confugiamus non profus esse necessarium, postea perspexi: μορμολύκειον enim appellat *Strabo*, quam alii plerique μόρμων unde μορμολυκεία facili ratione formantur. At de personis scenicis forsitan bene multa eaque hæctenus indicta possent observari, quæ lubens equidem hoc loco prætereo pauca contentus aliquando, prout tempus & animus tulerint, *Pollucis* illustrando adpersisse. Subsequitur μορμολυκείον non multo melius γοργεῖον. *Γοργεῖα, τὰ τραγικά πρόσωπα*: ἐντεῖ μορμολυκεία: verba sunt *Etymologi*: variam accentus habet rationem: γόργια dicuntur apud *Suidam*: sed sciendum vocem illam a Doribus emanasse; illi enim hypocritarum personas eo nomine dixerunt, cujus rei tellis mihi, quem dixi, *Suidas*: *Γόργια παρὰ Δωριεῶσι τὰ τῶν ὑποκριτῶν πρόσωπα, τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς τραγῶδων*: eadem & γοργόνην recte monente *Jungermanno*: ne tamen in *Polluce* nostro IV, 115, quicquam mutare tentes: cur enim ibi γοργόνην probum non sit, et si hic γοργεῖον scribatur nulla est ratio, præcipue cum auctoritate vox illa non careat: γοργεῖα vero restitutum ierunt eruditi viri *Ciceroni* ad *Attic.* Ep. 16. lib. IV. *quomodo ergo absolutus ostipno γοργεῖα γυμνῆ: accusatorum incredibilis insantia* &c. quæ quidem lectio ex MSS. adinventata ita jam placet, ut textum meliorum editionum occuparit: quo tamen id factum sit successu, equidem hic non disputabo: jam enim erimus hoc *Caione* contenti. Devenimus ad *προσωπίδα*, quam sane vocem sui temporis, ut puto, *Pollux* huc intrusit: pluries in his libris id ab eo factum: quæ autem proprie dicantur *προσωπίδες* ex istis *Hesychii* discas: *Προσωπίον, ἢ ὄν καλούμενη τῶν γυναικῶν προσωπίς*: illud personarum muliebrium genus in multo & frequentiori hodierno est usu. Unica posthæc e MSS. adjecta particula καὶ sensum loci haud parum immutavit: neque tamen non necessarium fuit visum: in emendatione vero τοῦ ὀθθῶνιον πρόσωπον cum *Hesychio* sentio: persona scilicet e *rannis* variisque *luteamentibus* confecta.

<sup>49</sup> Γοργεῖον] Supra IV, 115, γοργόνην. Sed ab MS.



σωπίς, καί, ὡς<sup>50</sup> ἐν τοῖς Σοφισταῖς Πλάτων, <sup>51</sup> ὄθ-  
νιον πρόσωπον. <sup>52</sup> καὶ κλωὸς, καὶ κλοιὸς, καὶ ἄλυσις,  
<sup>53</sup> καὶ μονάλυσις. ἢ δὲ ἄλυσις οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ  
δεσμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ <sup>54</sup> γυναικείου κόσμου  
<sup>55</sup> ὠνόμασται <sup>56</sup> παρὰ Ἀριστοφάνει, <sup>57</sup> σφραγι-  
δας, ἀλύσεις. Φιλιππίδης δὲ ἔφη, <sup>58</sup> Ἀλύσιον  
δὲ εἶχε τετταράκοντα δραχμάς ἄγον· δεσμοὺς  
μὲν τοὶ σιδηροῦς καὶ <sup>59</sup> σκύλαξ, οὗ μὲννηται Πλά-  
των ἐν Ἑλλάδι, λαβῶν οὖν τὸν σκύλακα τὸν τοῦ  
προξένου, <sup>60</sup> κᾶπειτα δῆσον αὐτόν.

fonula, ut Plato in Sophistis. Lintea fa-  
cies, tum torques, monile, catena, ca-  
tenatio. Catena autem non vinculi mo-  
do, sed etiam muliebris ornamenti no-  
men est: ut apud Aristophanem, sigil-  
latæ catenæ. Philippides vero inquit, Ca-  
tenulam habuit quadraginta drachmas  
valentem. Vinculum quoque ferreum est  
Σκύλαξ: cujus Plato in Hellade me-  
minit, Arrepto hospitis scylace ipsum  
ligato.

<sup>61</sup> Περὶ ἀναξυρίδων, καὶ τῶν ὁμοίων, καὶ ἐτι  
δι' ὧν παίζει τὰ παιδία.

De subligaculis, & in quibus  
luditur.

Εἰς δὲ σκευῶν καὶ ἀναξυρίδες, καὶ <sup>62</sup> σκελεαὶ, I NSTRUMENTA quoque sunt, subligacula,

omissum ibi: ideo pro illo etiam γοργεῖον malim lege-  
re: sive γόργιον malis, ut Hesychius habet: Γοργεῖα,  
προσωπία· id enim ἀπὸ γοργούς non minus mihi veri-  
simile deducam, quam ἀπὸ γοργόος alterum γοργο-  
εῖον, quomodo apud Suidam legitur. JUNG.

<sup>50</sup> Εἰ τοῖς Σοφ. Πλ. ] De *Platonis Comici Σοφισταῖς*,  
qui alicubi & Σοφιστῆ; numero singulari inveniuntur,  
vid. *Ca.aub.* VII. *Athen.* 17. plurali ἐν Σοφισταῖς & a-  
pud *Aristoph.* *Schol.* ad *Ὀρθίας* laudatur, prolato inde  
versiculo de tonsore *Sporgilo*. Nec vero προσωπίς ex  
illis Sophistis, ut *Interpr.* accepit, si nostro MS. fides,  
qui ita auctius particula καὶ habet: καὶ ὦ. ἐν τ. Σ. Π.  
ὄθνιον πρ. JUNG.

<sup>51</sup> ὄθνιον πρόσωπον, ] F. leg. ὄθνιον πρ. ut ὄθνι-  
ον κειφαλή, *Luciano carnis e linteis confectum.* D. H. SEB.

ὄθνιον πρόσωπον, ] *Salm.* ὄθνιον πρόσωπον. KÜHN.

ὄθνιον πρόσωπον, ] Ceterum ὄθνιον πρόσωπον, quod  
& MS. nolter, qui sane quo ad finem adpropinquamus  
magis, eo minus nos adjuvare videtur, dum cum vul-  
gariis libris fere consentit, habet, non intelligo: & in-  
geniosa videtur conjectura nostri *Hæschelii*, ὄθνιον  
πρόσωπον. *Vulnegerus* lib. I. de *Theatro* c. 45. vulga-  
rum quoque quid sit non satis se capere ait, nisi quis  
inquiens, ὄθνιον legendum putet, id est, peregrinum:  
αὐτὸ fuerit οἴο αἰσίου νυκτι διαστοῖο. JUNG.

<sup>52</sup> Καὶ κλωὸς ] MS. καὶ κλωὸς pro καὶ κλωὸς· malim  
vero post πρόσωπον ponere τελίαν στιγμαῖν· nam κλωὸς  
&c. jam aliud quid fuit, quæ, quamvis μικτὰ σκίση  
jam referantur, tamen aliqua distinctione ab ὁμογενέ-  
σι τὰ ἀλλογενῆ separanda videntur. JUNG.

Καὶ κλωὸς ] Atticum hoc est: *Aristoph.* in *Vesp.* κλωὸς  
συνεῖς· ad quæ *Schol.* οὕτως Ἀττικαὶ τὸν κλοιὸν ἔλεγον·  
κολλάριον & ibi inter alia exponit. Paulo post σφραγίδας,  
ἀλύσεις, uti decuit, distincti: ἀλύσιον, quod e *Philip-  
pide* adfertur, & in *Hesychio* reperio: Ἀλύσιον, τὸ πε-  
ρὶ τὸν τράχηλον πλόκιον· melius ἀλύσιον prior vox  
plus una vice legitur apud *Clementem* *Pedag.* lib. II.

<sup>53</sup> Καὶ μονάλυσις. ] C. V. καὶ μονάλυσις non habet:  
*simplex catena, torques.* KÜHN.

Καὶ μονάλυσις. ] In MS. desunt καὶ μονάλυσις. Sed  
μονάλυσις a recentiore manu ad oram adscriptum, ut  
inferatur. JUNG.

<sup>54</sup> γυναικείου ] MS. γυναικίου. JUNG.

<sup>55</sup> ὠνόμασται ] Abest a C. A. KÜHN.

<sup>56</sup> Παρὰ Ἀριστοφάνει. ] C. A. παρὰ Ἀριστοφάνει· ita  
& *Salm.* KÜHN.

<sup>57</sup> σφραγίδας, ἀλ. ] Videtur tamen distinguendum  
in *Aristophaneis*, σφραγίδας, ἀλύσεις. Ea mihi in Co-  
mædiis, quæ extant, videor legisse. Imo fallor, non

tamen in eo, quod memini legisse. Extant in primis  
*Theophrastiazusis*, unde *Noster* cum aliis multis prolu-  
lit supra VII, 95. scilicet: & distingue itaque, ut in-  
dicavi. JUNG.

<sup>58</sup> Ἀλύσιον δὲ εἶχε, &c. ] C. A. ἀλύσιον τετταράκοι-  
τα ἄγον δραχμάς, pondus habens drachmarum quadra-  
ginta. *Salm.* putat legendum: ἀλύσιον εἶχε τετταρας  
δραχμάς ἄγον, ut stet versus: sed ἔτετταράκοιτα τε-  
τιπερι ποιεῖ. KÜHN.

<sup>59</sup> Σκύλαξ ] C. A. Πλάτων λαβ. οὐ. τ. σ. τ. τ. προ-  
ξένου· cætera absunt. *Salm.* legit: λαβῶν μὲν οὖν τὸν  
σκύλακα τ. τ. π. κᾶπειτα δῆσον αὐτόν. KÜHN.

Σκύλαξ ] Sic apud Latinos *canis, catulus* vel *catel-  
lus ferreus*, ut docuit *Turnebus* VII. *Advers.* 12. &  
*Marsilius* Interpretamento legis XII. tabul. c. 18. JUNG.

<sup>60</sup> Κᾶπειτα ] MS. mendole κᾶπειτα. Sed recte cre-  
do ad modum vulgatum correctum. Versiculos facile  
distinguas:

λαβῶν οὖν τὸν σκύλακα τὸν τοῦ προξένου,  
κᾶπειτα δῆσον αὐτόν —. JUNG.

<sup>61</sup> Περὶ ἀναξυρίδων. ] Titulus integer abest a C. A. &  
Cod. V. *Salm.* KÜHN.

<sup>62</sup> Σκελεαὶ ] MS. σκελεαὶ paroxytone: ut supra vul-  
gati etiam VII, 59. JUNG.

Καὶ σκελεαὶ ] In Codice *Falckenburgiano* Σκελεαὶ le-  
gitur, sed, ut puto, male: nisi existimes ibi nume-  
ro singulo vocem esse positam, quod tamen fieri no-  
lim, cum & ceteræ, quæ hic recensentur, voces in  
multitudinis adscriptæ sint numero. *Ποδῖδες* hoc in lo-  
co me male habent: superius enim VII, 92. ποδῖα &  
X, 42. ποδῖα· ubi simili vel potius hac eadem agebat de  
re; ut itaque malim hoc ipso loco sic restitui: ποδῖ-  
δες enim certe nec ab analogia, nec ab usu, credo,  
præsidium habent. De *Perficis*, inquit Auctor videri  
*Aristophanem* in *Nubibus* ea voce pro *tibialibus* usum  
fuisse: & recte, quod ea de re dubitet; nam veteres  
Grammatici reddiderunt ἴδος ἰποδημάτων, *calceorum*  
*genus*, quo primi *Perfæ* fuerint usi, a quibus demum  
ad alios etiam populos devenerunt: non infrequens ha-  
rum *Perficarum* mentio est in veterum monumentis,  
ut declaravit *Brissoni* de *Regn. Perf.* lib. III. *Perfi-  
cas* autem cum *tibialibus* seu ἀναξυρίσι aliqua ratione  
fuisse easdem veterum, quantum quidem ego memi-  
ni, nemo tradidit: ἀναξυρίδες inter alia redduntur ab  
*Hesychio* ἰποδήματα βαβία ἢ βασιλικά· sed hoc nihil ad  
hunc *Vacibum*, ut quisvis humanior facile perspiciet:  
itaque seu veteris alicujus *Cristici*, seu sua ipsius aucto-  
ritate id *Auctor* nolter scripserit, illum aberrasse a ve-  
ro existimo. Post hæc quæ sequuntur insigniter aucta  
sunt & emendata e MSS. ita lectum fuit aut nos:



tibialia, caligæ, & Persicæ, ut Aristophanes in Nubibus subligacula appellare videtur. In Scythiis vero & Tauris, Sarabara, & tunicas omnes induit. Sed & hamaxis, currus quidam minor, quo pueri ludunt. Nola quoque instrumentum fuerit, trutina quoque, &

καὶ ὅς ποδίδες, καὶ Περσικαί, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Νεφέλαις τὰς ἀναξυρίδας ἔοικε καλεῖν Ἀντιφάνης δὲ ἐν Σκύθαις ἢ Ταύροις, Σαράβαρα καὶ χιτῶνας πάντας ἐνδεδυκότας. ἢ δὲ ἁμάξις, ἁμάξιον μικρὸν, καὶ παίζειν τοῖς παιδίοις καὶ κώδων δὲ ἔστι τῶν σκευῶν, καὶ τρυτάνη, καὶ

ἔοικε καλεῖν ἐν δὲ Σκύθαις ἢ Ταύροις &c. cum vel ex ipso lib. VII, 59. liquere posset, fabulam hic *Antiphantis* nominari: ejusdem & titulus erat *Σκύθης*, quod ex *Athenæo* discimus: miror autem hominem accuratissimæ diligentiæ *Menysium* hos *Pollucis* utrosque locos silentio præterisse in *Attica Biblioth.* nec quicquam de duplici hac inscriptione *Σκύθαις ἢ Ταύροις* adnotasse: ipsum autem *Antiphantis* locum nulla ratione mutandum existimo: una enim erit eademque res, seu πάντες ἐνδεδυκότες scribas, seu πάντας ἐνδεδυκότες. *Σαράβαρα* vero quæ vestimentorum genera fuerint dicta, varie veteres tradiderunt: hac autem de re plerisque omnibus est dictum, qui *Danielis* librum commentariis illustrarunt: sed præter alios erudite, ut solet, vir summus *Joh. Brunnius* de *Vest. Sacerd.* qui braccas vel femoralia *Bocharium* sequutus exponit, cum alii togam seu vestem exteriorem intelligant, quorum sententiam non inepte defendit vir præstanti eruditione *Ant. Bynas* lib. II. de *Calceis Hebræorum* cap. 10. sed mihi non dubium est, quin utraque significatio τοῖς σαράβαραις pro loci ratione possit attribui, cum originis causa, quam luculenter eruditi viri exposuerunt, tum quod ipsi veteres duplici modo soleant explicare: sic enim præter aliorum ab aliis adducta loca *Glossæ* meæ MSS. quæ *Francis*, qui patrem non habuit hoc nostro seculo oratorem, quondam fuerunt: *Σαράβαρα*, παρὰ Πάρθους τὰ τῶν σκευῶν σκεπασµατὰ παρὰ τοῖσι δὲ λέγονται (λέγονται) ἱκανοφόρια· ἱκανοφόρια sunt, quas recentiores *superulas* appellarunt: meminit etiam *Isidorus Orig.* XIX, 23. apud quem in *Publii* loco scribendum est MS. *Et quid ergo in ventre suo Parthi sarabara suspendebunt?* ubi sanequam, nisi me ratio fallit, pro feminalibus accipiendum: quo modo & in *Antiphantis* loco intelligi non incommode potest: quin id ipsum forsitan, si germanam ejus haberemus manum, voluisse *Pollucem* pateret: sed ætas longa caliginem obduxit huic loco, adeo ut, me judice, ne in ipsis quidem MSS. vera lectio superstes sit: quam possum a me operam dabo, ut illa turpi & inveterata corruptione evolvatur & luci restitatur: dixeram modo *Περσικὰς* a nemine alio *ἀναξυρίδας* exponi, quod hic a *Polluce* fieri videtur, eaque de causa *Ἀντοῦ* nostro dicam scripturam, qua ego quidem eum profusus abolvo, si hæc erudito lectori conjectura nostra placuerit: una scilicet manus vulnus operumque feret: nimirum *Ὀνομαστικῶς* *Ἀντοῦ* locum ea ratione scribendum existimo: καὶ Περσικαί, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις τὰς δὲ ἀναξυρίδας ἔοικε καλεῖν Ἀντιφάνης ἐν Σκύθαις ἢ Ταύροις σαράβαρα. Σαράβαρα καὶ χιτῶνας &c. cum sarabara vulgo dicantur exteriora vestimenta, *Antiphanes* ita videtur feminalia appellare: sensus, ut quidem puto, expeditus, & clausus; nec quisquam erit, qui *σαράβαρα* per *ἀναξυρίδας* 2pte exponi posse negabit: atenim, inquis, ne sic quidem constituto loco *Περσικαί* aliter intelligi possunt, ac antea, junguntur enim ταῖς ἀναξυρίσι, σκευαῖς &c. tanquam ejusdem generis & notionis: sed qui paululum se triverit in *Polluce*, non ignorabit, sæpe ab eo colligi & componi, quæ saltem non plane sunt diversa: accedit, quod ipse *Περσικὰς* calcamenti muliebris genus agnovit VII. c. 2. Cognosce, lector, & arbitrator.

63 *Ποδίδες* Pro *ποδίδες Salm.* V. C. *ποδίσκαις* ipse leg. *ποδία* vel *ποδία*. *Vales.* pro *ποδίδες* leg. *ποδίας, pedales.* KÜHN.

64 ὅς Ἀριστ. ἐν Ν. ] MS. ἐν ταῖς Νεφ. SEB. ὅς Ἀριστ. ἐν Ν. ] C. A. ὡς Α'. τὰς α. i. κ. KÜHN.

ὅς Ἀριστ. ἐν Ν. ] MS. ἐν ταῖς Νεφέλαις: ut & *Seberus* MS. Locus est, ni fallor, iste, ubi *Comicus* illudit *Socratem*, quo artificio fuerit dimensus intervallum, ὁ πόσους ἄλλοιτο τῆς αὐτῆς πόδας πύλεξ, κερὸν διατήξας, εἴτα τὴν ψύλλαν λαβὼν, ἰεβαψει εἰς τὸν κερὸν αὐτῆς τῶ ποδὶ.

Κατὰ Ἰουλίση περιέφουσαν Περσικαί· Ταύτας ὑπολύσας ἀνμέτρις τὸ χαρίον. JUNG.

65 *Καλεῖν.* ἐν δὲ Σκ. ἢ Τ. ] MS. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκύθ. sed scribendum erat *Ἀντιφάνης*. Vid. supra VII, 59. & *Casaub.* in *Athen.* lib. VI. c. 10. SEB.

*Καλεῖν.* ἐν δὲ Σκ. ἢ Τ. ] Post *καλεῖν* C. V. recte ex lib. VII. c. 13. Ἀντιφάνης δὲ ἐν Σκύθαις ἢ τ. & sic *Pollux* liberatur ab incogitantia vel inconstantia, quam ei impingit *Casaub.* in lib. VI. *Athen.* c. 10. KÜHN.

*Καλεῖν.* ἐν δὲ Σκ. ἢ Τ. ] Rectissime MS. nolter *καλεῖν* Ἀντιφάνης δ' ἐν Σκύθαις ἢ Τ. ut scribendum etiam nolter *Seberus* monuit ex superiore loco VII, 59. JUNG.

66 Πάντας ἐνδεδυκότες. ] MSSti, πάντα ἐνδεδυκότες *Salm.* etiam πάντα e V. C. legit: & versum ita constituit: Σαρ. κ. χ. ἐνδεδυκότες Πάντες — de *Persicis* *Stephanus* de *Urb.* in *Πέρσαι.* de *Sarabara* *Hieronimus* in cap. 3. *Daniel.* KÜHN.

Πάντας ἐνδεδυκότες. ] MS. πάντα ἐνδεδ. supra sane aliter in MS. erat, uti ibi indicavi; nempe πάντες ἐνδεδυκότες. JUNG.

67 ἁμάξις ] MS. ἁμάξις & mox ἁμάξιον & malim certe ἁμάξις scribere, ut apud alios est: mirum vero ni & in isto respexerit ad locum *Aristophanis*, qui quoque in *Νεφέλαις* est;

Τούτου πρῶτην σοὶ Διασίσις ἁμάξιδα.

Ubi *Scholias* etiam τὸ μικρὸν ἁμάξιον exponit. JUNG. ἁμάξις &c. ] Ut restituumus accentum ἁμάξις, habuit etiam *Falckenburgii* Codex: *Ἑλεγχίμης*: ἁμάξις, γένος σταφυλῆς ἀπὸ ἀναδενδράδος καὶ τὸ μικρὸν ἁμάξιον Ἀττικῶς οὕτως καλοῦσιν totum tamen hunc locum qui præterire poterint *Commentatores* nostri sic sine vitii suspitione, non video: sensum nescio qua meliori fortuna perspexit nugacissimus alias *Interpres*, *ἐνὶ τῷ μικρῷ* *minor*, quo pueri ludunt: sed talem sententiam, si quid in istis video, e textu Græco nullis fiduculis extorqueas: facile quidem talem emendationem dederim, quæ sensum istum contineat, ὃ παίζουσι τὰ παιδία: sed neque diffiteor, mihi met ipsi hoc pacto non satisfacio, siquidem a vulgata lectione longius, ac par erat, recedat: rem ipsam & in *Eustathio* reperio ad *Il.* M. ὅτι δὲ ὑποκοριστικὸν τῆς ἁμάξης ἢ ἁμάξις, ὃ δηλοῖ μικρὸν ἁμάξιον ποιούμενον εἰς παιγνίον τοῖς παισὶ, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί: hoc filum si sequamur, non inepte forsitan in *Polluce* reposuerimus, ὃ καὶ παῖγνον τοῖς παιδίοις: sed alii fortè feliciter, quos libenter audiemus: ἁμάξις & apud *Etymologum* & in *Gl. Vet.* extat: observare autem te velim illud ludi puerilis genus, quod nescio an a *Menysio* aliisque, qui hac de materia scripserunt, sit adnotatum: eos enim revolvere per temporis angustias non licet.

68 Καὶ κώδων δὲ ἐν τ. τ. &c. ] Καὶ abest a C. A. ut & ante ὑστρίχης, item, τάχα δὲ καί, & copulæ quæ sequuntur. C. V. ἐν ἔστι τ. σ. KÜHN.

Καὶ κώδων δὲ ἐν τ. τ. &c. ] MS. καὶ κώδων δὲ ἔστι τῶν σκ. JUNG.

Καὶ κώδων δὲ ἐν τ. τ. &c. ] Melius in MSS. ἐστὶ, quod restitui: languida est & inepta lectio vulgatorum: περὶ τοῦ κώδωνος, κωδωνίζω, κωδωνοφορεῖν &c. plura no-



69 ὑστριχίς· τάχα δὲ καὶ κώδιον, καὶ κωδάριον,  
70 καὶ ἀρνακίς, καὶ βακτῆριον, 71 καὶ σάκκος,  
καὶ λυχνίς, καὶ πυξίς, 72 καὶ ἕτερον τι τοιοῦτον  
καλαμίσκος· 73 ὡς ὅταν Φῆ Ἀρισταφάνης ἐν Ἀ-  
χαρνεῦσι,

Σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν 74 εἰρήνης ἕνα  
Εἰς τὸν καλαμίσκον 75 ἐνστάλαξον τουτονί.

flagellum. Fortassis & pellis villosa, &  
crepitaculum, pellis agnina, baculus,  
scutum, candelabrum, pixis. Aliudque  
quippiam calamus: ut Aristophanes in A-  
charnensibus:

Tu autem mihi guttam pacis  
Unam in calamum instillato.

76 Περὶ τῶν ἐφ' ὧν οἱ ἄλλες ἐντρίβονται, καὶ τῶν  
τοιούτων παραπλησίων.

De his in quibus sal teritur, &  
similibus.

77 **Κ**Αὶ ἀλία δὲ σκευῆς τι ἦν πύξινον, ᾧ τοὺς  
ἀλας ἐντρίβουσιν. 78 Ἀρχίππος μὲν τοι ἐν  
Ἡρακλεῖ γαμοῦντι Φησὶν, Ἀλία πύξινη. Στρά-  
τις δὲ 79 ἐν Κινησίᾳ, Ἀλμυρὸν θ' ὕδωρ, ἕτερον

**Ε**Τ ἀλία vas fuit buxum, in quo sal  
conterebant. Archippus siquidem in  
Hercule nupto inquit, Salinum buxum.  
Strattis vero, Si moverit falfam aquam, aliud

tavit *Schol.* *Aristoph.* multis in locis: ἀρνακίς & βακτῆ-  
ριον utraque non bene antehac praeposita particula καὶ  
carebant. Paulo post vulgo fuit ὡς Ἀρισταφάνης, quod  
nec improbum erat: sed MSS. sequi, si qua fieri po-  
terat cum ratione, proposueram: *Comici* locum cor-  
ruptissime ante *Seberum* ediderant: ille ē MS. suo re-  
stituit: sed *Falckenburgii* tamen Codex mire variat tam  
a MSS. quam editionibus: Οὐ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν  
εἰρήνης ἐν αἴστων καλαμίσκον ἐνστάξον τουτονί· non erit  
sine sensu hic locus, ita si scripseris: Οὐ δ' ἀλλά μοι  
σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα Εἰς τὸν καλαμίσκον ἐνστάξον του-  
τονί· sed ἐνστάξον parum idoneum ad metri legem;  
cle suo, & qui hunc plerumque sequitur, vir singu-  
lari eruditione & industria Fabricius in Biblioth. Grae-  
ca: rantis igitur defensoribus tutus absque omni scrupulo  
lectionem illam in textu reposui: nemo, spero, rem istam  
mibi vitio dabit. In Tragicis verbis ψαλίδες  
quæ sunt? sane recentuisse videtur, quæ ad vestitum  
forte Mysorum pertinebant: quem vero locum aut ordi-  
nem in amictu vel ornamentis ψαλίδες habent? Hesychius:  
Ψάλια, κίρκοι, δακτύλιοι: origo non diversa  
est, si Grammaticis fides est habenda, τῶν ψελίων, quo-  
modo armillæ, quod notissimum est, dicuntur: itaque  
ψελίων & ψάλια ejusdem sunt notionis ac ψαλίς,  
quam igitur vocem a Sophocle pro armillis aut unguibus  
usurpatam esse credo: alii forsitan alia ratione lo-  
co succurrunt, quos equidem libenter audiam. Σισυρνῶδη  
στολήν debere reponi ratio Hesychique locus MSS.  
auctoritate non inferior planissime suadent.

<sup>57</sup> Κήρυξι Σατυρικοῖς ] Alibi simpliciter Κήρυκας nomi-  
nat. vid. Casaub. de Satyr. Poese p. 169. SEB.

Κήρυξι Σατυρικοῖς ] MS. Σατύροις: sed emendatum Σα-  
τυρικοῖς, quemadmodum vulgo legitur. JUNG.

<sup>58</sup> Κ. τ. σισυρνης λεοντίας ] MS. λεοντίας. SEB.

Κ. τ. σισυρνης λεοντίας ] C. A. καὶ τῆς τε συρνης τ. λ.  
Σοφοκλῆς δὲ ψαλίδας τ. καὶ παρῶδη στ. C. V. σισυρνῶ-  
δη στολήν: vid. Hesych. in σισυρνῶδης στολή: ita etiam  
legit Salm. deinde ait, forte scribendum ἐν Κίρκοις Σα-  
τυρ. KÜHN.

Κ. τ. σισυρνης λεοντίας ] MS. κατὰ τῆς σισυρνης τῆς λεον-  
τίας. JUNG.

<sup>59</sup> Σοφ. δὲ ἐν Μούσαις ] Sic & MS. Casaub. scriben-  
dum suspicatur ἐν Μυσοῖς, cujus fabulæ frequens apud  
alios laudatio: vid. Anim. in Athen. lib. VII. cap. 4. ubi  
omnium fabularum Sophoclearum tituli recitantur.  
SEB.

Σοφ. δὲ ἐν Μούσαις ] MS. δ' ἐν Μούσαις. JUNG.

<sup>60</sup> Καὶ σισυρνῶδη στολήν ] MS. καὶ σισυρνῶδη στολῶν  
quamvis manus nescio quæ id in σισυρνῶδη, sive τισυρνῶ-  
δῃ voluit mutare, cujus ineptas mutationes sane non  
curamus: pro στολῶν tamen mallem legere στολήν, quum  
eundem locum ut alios multos Sophocleos videatur  
Hesychius ob oculos habuisse, cum scriberet: Σισυρνῶδης  
στολή, τὸν ἐκ τῆς σισυρνης στολισμῶν: jam totus  
locus videtur ita scribendus: φάλης δ' αὐτὸ καὶ σισυρ-  
νην, Αἰσχύλου μὲν ἐν Κήρυξι Σατυρικοῖς λέγοντος:

Κατὰ τῆς σισυρνης τῆς λεοντίας.

Σοφοκλέους δ' ἐν Μούσαις

Ψαλίδας, τιάρας, καὶ σισυρνῶδη στολήν.

Noster tamen Casaubonus Sophocles drama potius ἐν Μυ-  
σοῖς scribendum putabat, ut jam indicavit ex eo Sebe-  
rius. JUNG.

<sup>61</sup> Περὶ ἀσκού ] Nihil hujusmodi extat in C. A. nec  
apud Salm. KÜHN.

<sup>62</sup> Ἐπι δὲ ἀσκὸν &c. ] MS. ἐπι καὶ ἀσ. SEB.

Ἐπι δὲ ἀσκὸν &c. ] Textus ipse in C. A. ita habet:  
ἀσκὸν δὲ καὶ ἀσκιδίων &c. οὐδὲν δὲ κωλύει. KÜHN.

Ἐπι δὲ ἀσκὸν &c. ] MS. plenius ἐπι δὲ καὶ ἀσκὸν &c.  
quod καὶ etiam Seberi MS. agnoscit. JUNG.

<sup>63</sup> Ὅς ἐστι κατὰ τὴν τῶν Τ. γλ. &c. ] MS. μολγὸν εἰ-  
πεῖν, ὅς ἐστι κατὰ τ. τ. Ταραντινῶν γλώσσαν βόειος &c.

Et melius profecto ὅς ἐστιν & possit etiam ὁ ante βό-  
ειος omitti. Sed ne nimis nostro MS. favere videar,  
quamvis ob ejus bonitatem nihil absurdi puto me fa-  
cere, in talibus cum nemine litigo; utatur suo quivis  
judicio, quod & liberum mihi permittat. Hanc vero  
expositionem nec Hesychius oblitus est, quum in μολ-  
γῶς scribat: ἄλλοι δὲ μολγὸν τὸν βόειον ἀσκόν. Et hoc  
debet inferere suo Lexico dialocho Tarentinæ Joh. Ζη-  
νενί, cum alia plane oborto collo trahat in suam ci-  
vilitatem. JUNG.

Ὅς ἐστι κατὰ τὴν &c. ] Melius in MS. P. ὅς ἐστι & mox  
βόειος ἀσκὸς sine ὁ. Ab hac Tarentina voce descende-  
rit forte bulga, quod fieri facillime potuit, cum β  
& μ literæ sint ejusdem soni, quæque adeo frequen-  
ter inter sese commutantur: vid. ad Segm. 38. adnotant  
eruditi viri Xiphilinum in Dionis Epistole hanc utraf-  
que vocem: quosdam enim ibi refert statuarum Neronis ap-  
pendisse μολγὸν, ac si significaret dignum eum esse,  
qui in culeum insueretur: μολγῶς enim, quem Roma-  
ni culeum dicunt: optimæ Glosse: Culeus, ἀσκὸς βό-  
ειος: eodem scilicet modo μολγὸν exponit Anstos no-  
ster: at vero non tantum veteres scripsisse videntur  
μολγῶς, sed & μοργῶς: eam enim vocem Hesychius in-  
terpretatur σκύτιον τεύχος vel τεύχος βόειον ex aliorum  
opinionem, non τευχοβόειον, ut male editur, quod vi-  
tium jam a Salmatio sublatum est: rem extra dubi-  
tationis aleam ponit Eustathius, qui ipsammet eam  
vocem adnotat, alia quamvis significatione ad Od. θ.  
ἐξ ἄν, inquit, scilicet μέργειν & ἀμέργειν pro μέλγειν  
& ἀμέλγειν, καὶ ἀμέργοι φασί, πόλεως ἕλεθροι: οἱ δὲ  
αὐτοὶ καὶ μέργοι οἱ ἀμέλγοντες δηλαδὴ τὸ κοινὸν καὶ ἐκ-  
μυζῶντες οἰοῦντὶ τὰ ἀλλότρια: μολγῶνιοι Φυσπητῆρες Theodo-  
tida folles sunt e corio bovillo confecti: vocis autem ori-  
go ὅπῃ τοῦ μέλγειν repetenda est, me judice, pro quo  
Attici ἀμέλγειν, ut στάχυς, ἀσταχυς, σταφίς, ἀσταφίς  
&c. adi ad Eustath. d. l. videntur igitur ubera vaccarum  
sic proprie dicta: forsitan etiam iis olim pro sacculis aut  
utribus usi sunt: sed quo magis carceribus inimicemus,  
eo nos magis, ut fieri solet, longi laboris tadium cap-  
it: ad alia igitur pergamus. Pro Θεοδωρίδας vulgo le-  
gebatur Θεοδωρίτας: MSS. lectionem comprobavit Ζη-  
νερμαννίς: dithyrambis autem inclaruit hic poeta,  
ejus enim Κενταύρους διθράμβων laudavit Athenæus, &  
ex eo Eustathius: tum Φυσπητῆροι pro Φυσπητῆροι red-  
didi, quale navi genus superius etiam Polluci ademi.  
Sequitur Αριστοφάνης ex nescio qua fabula locus; in  
eo pro αἰνίτῃ Codex Falckenburgii ἀνείτῃ, nisi literæ du-  
ctus oculus meos deludat: non certe; nam & in C. V.  
ἀνείτῃ: ut versui satisfaceret, scribenti αἰνίτῃ ἀνείτῃ quod pro-





rum lingua bovillum utrem significat. Unde & Theodoritas Vulcanum bovillis uti follibus tradit. Et Aristophanes hīdo oraculo ludit:

*Ne mihi Cecropidas utres laudate fueros.*

In utensilium quoque ordine sunt, Iorum, flagella, rotulae, pedicæ, tormenta. De poculo vero, aut alio vasculo, forte gemmatum esse, dicere licebit: ut in Pædio Menandri, Aureum præbuisi, aut gemmatum; sic enim decebat.

ων γλωτταν βόειος ἀσκός· ὅθεν καὶ <sup>64</sup> Θεοδωρίδας τὸν Ἡφαιστον ἔφη <sup>65</sup> Φυστηῆρσι μολγίνοις χρῆσθαι· <sup>66</sup> καὶ Ἀριστοφάνης δὲ χρησμόν τινα παίζει,

<sup>67</sup> Μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖτ' ἄν, μολγοὶ ἔσονται.  
<sup>68</sup> τὸ ἀπλοστον αὐτῶν ὑπαινιττόμενος· τῶν δὲ ἐν οἰκίᾳ σκευῶν, καὶ σκύτος, καὶ μᾶστιγες, καὶ τροχοὶ, καὶ πέδαι, καὶ στρέβλαι· καὶ <sup>69</sup> ἐπὶ ἐκπώματος δ' ἄν εἴποις, ἢ ἄλλου κατασκευάσματος, ὅτι λιθοκόλλητον ἦν, ὡς ἐν τῷ Μενάνδρου <sup>70</sup> Παιδίῳ, Χρυσοῦν ἐπόρισας, εἶθε λιθοκόλλητον <sup>71</sup> ἦν, καλὸν ἦν ἄν οὕτως.

xime videbatur ad MSS. lectionem accedere: alius forte refinget accuratius: post ea egregio supplemento *Pollucem* restituvimus, quod quidem nobis aperit quodammodo sententiam istius *χρῆσις*, in qua *Comicum* ad oraculum quoddam allusit ait *Noster*; nisi potius *Interpretem* hic sequaris, qui huiusmodi quoddam oraculum *Aristophanem* ipsum finxisse credit: illud ipsum oraculum qualecunque fuerit, id enim necdum habeo compertum, nec ubi ea de re dixerit *Kühnius*, quod in *Noius* testatur, meminisse, prae oculis habuisse videtur *Aristophanes* in *Equitibus* pag. 345. Κλ. ἀλλ' ἴαν τοῦτω πινῆ Μολγὸν γεινέσθαι δέισι· cetera quoque sunt legenda, in quibus *χρησμών* fit mentio: *Symmachus* etiam inter *Aristophanis* antiquos Commentatores nobilis inquit: ἴοις χρῆσις τις εἶται· alii hanc rem accuratius enucleandi cura sit commissa, nobis terigisse sufficit. In sequentibus ita vulgo σκύτος, καὶ μᾶστιγες, τρ. π. στρ. sine particula καί.

<sup>64</sup> Θεοδωρίδας ] Θεοδωρίδας, qui Poëta Syracusanus doctis non incognitus. *Casaub.* in *Athen.* libr. XI. cap. 7. SEB.

<sup>65</sup> Θεοδωρίδας ] C. V. & *Salm.* C. Θεοδωρίδας. *Athenaus* Θεοδωρίδας, quod rectum est: vid. *Casaub.* in *Athen.* lib. VII. c. 14. de hoc Syracusano Poëta dithyrambico. KÜHN.

<sup>66</sup> Θεοδωρίδας ] MS. noster Θεοδωρίδας. Et sic scribendum huius Poëtae Syracusani dithyrambici nomen hic docuit etiam *Cl. Casaubonus* VII. *Athen.* 14. ubi locum *Pollucis* ita interpretatur: *Theodoridas dixit Vulcanum pro follibus uti coriis bubulis utribus.* JUNG.

<sup>67</sup> Φυστηῆρσι μολγίνοις ] C. A. τὸν Ἡφ. φησ. μολυβοῖς· C. V. φησ. ἡρσι μολίβοις· leg. φησ. ἡρσι μολγίνοις, follibus ex corio bubulo uti. *Salm.* C. φησ. ἡρσι μολίβοις, repergam: leg. φησ. ἡρσι μολγίνοις. KÜHN.

<sup>68</sup> Φυστηῆρσι μολγίνοις ] MS. φησ. ἡρσι μολίβοις. Sed scribe φησ. ἡρσι (vel φησ. ἡρσι, ut *Casaubonus* agnoscit) μολγίνοις. JUNG.

<sup>69</sup> Καὶ Ἀριστοφ. δὲ χρ. τ. π. ] *Χρησμόν τινα π.* absunt a C. A. KÜHN.

<sup>70</sup> Καὶ Ἀριστοφ. δὲ χρ. τ. π. ] MS. καὶ Ἀριστ. χρ. τινὰ π. sine δὲ. JUNG.

<sup>71</sup> Μή μοι Ἀθ. αἰνεῖτε, μολγοὶ ἔσ. ] In C. A. versus *Aristophanis* post αἰνεῖτε insertum habet oi, adeoque ita formandus esset:

*Μή μοι Ἀθηναίους αἰνεῖτ' οἱ μολγοὶ ἔσονται.*

*Ne mihi laudatis Athenienses qui utres fiunt.*

C. V. αἰνεῖται quo alludatur hoc hīdo oraculo, alibi dictum memini: addit C. V. τὸ ἀπλοστον αἰνιττόμενος· *subindicans inexplēbilem cupiditatem Atheniensium.* KÜHN.

*Μή μοι Ἀθ. αἰνεῖτε, μολγοὶ ἔσ.* ] MS. μή μ. Ἀθ. αἰνεῖται· μολγοὶ (iterum πατοχτυσιως) ἔσ. quibus MS. noster explicatiunculam subjicit, & cetera etiam pleniora. Non itaque dubito supplere & restituere MS. lectionem, quae ita post ἔσονται· τὸ ἀπλοστον αὐτῶν ὑπαινιττόμενος. JUNG.

<sup>68</sup> Ἐν οἰκίᾳ σκευῶν &c. ] MS. καὶ τρο. καὶ π. καὶ στρ. SEB.

<sup>69</sup> Ἐν οἰκίᾳ σκευῶν &c. ] C. A. post σκευῶν καὶ σκύτος μᾶστιγες τ. π. στ. ἐπὶ ἐκ. η. α. κ. λιθοκόλλητον ἦν cetera capituli absunt. C. V. τῶν δὲ ἐν οἰκίᾳ σκευῶν. KÜHN.

<sup>70</sup> Ἐν οἰκίᾳ σκευῶν &c. ] MS. τῶν δὲ ἐν οἰκίᾳ σκευῶν, καὶ σκύτος, καὶ μᾶστ. καὶ τρ. καὶ π. καὶ τρ. καὶ ἐπὶ ἐκ π. & istud καὶ repetitum ita in MS. *Seberi* etiam, sicut & ἐπὶ inde reposuit: vulgata ἐν οἰκίᾳ &c. certe ἀκίφρα esse quis videt. JUNG.

<sup>69</sup> Ἐπὶ ἐκπώμ. ] Ἐπὶ e MS. insertum, ut & γὰρ mox. SEB.

<sup>70</sup> Παιδίῳ ] Laudatur & apud *Athenaus*. Vid. *Casaub.* III. *Anim.* 14. JUNG.

<sup>71</sup> Καλὸν γὰρ ἦν ἄν οὕτως. ] Γὰρ abest in C. V. *aurum dedisti* (poculum) *utinam esset gemmatum; tum enim velte se res haberet; lithocollus & lithocollus* frequenter invenitur; *lithocollus* καλῖνος apud *Xenoph.* & *Lucianum* aliosque. Vide *Jungermannum* nostrum ad *Segm.* 145.

*Μαράγδων εἶπαι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια.*

*Salm.* καὶ γὰρ ἄν ἦν οὕτως· describitur homo querulus, qui, cum accipit aurea, conqueritur, quod non sint gemmea facta. KÜHN.

*Καλὸν γὰρ ἦν ἄν οὕτως.* ] MS. noster: καλὸν ἦν ἄν οὕτως· optime sine γὰρ, quod ego tollam lubens, quamvis noster *Amicus* in suo MS. reperit: sed versiculi jam recte habent, & cum nostro MS. ita scribe:

*Χρυσοῦν ἐπόρισας· εἶθε λιθοκόλλητος ἦν  
Καλὸν ἦν ἄν οὕτως —.* JUNG.

*Καλὸν γὰρ ἦν ἄν οὕτως.* ] Egregie P. C. καλὸν ἦν ἄν οὕτως. *Aurum* seu poculum seu quodcunque aliud exhibuisti: *utinam esset gemmatum; tum enim velte se res haberet; lithocollus & lithocollus* frequenter invenitur; *lithocollus* καλῖνος apud *Xenoph.* & *Lucianum* aliosque. Vide *Jungermannum* nostrum ad *Segm.* 145.



72 Περὶ ἤλων, ἐν ᾧ καὶ περὶ πώματος, καὶ τῶν τοιούτων.

De clavibus, & operculo.

73 Ἐπεὶ δὲ ἤλους οἱ πολλοὶ, καὶ ἡλίσκους οἱ Κωμωδῶν λέγουσιν, ἰστέον ὅτι καὶ 74 κυνδάλους τούτους

Quoniam vero plerique clavos, Comici vero claviculos dicunt: sciendum, quod clavos etiam paxillos no-

72 Περὶ ἤλων &c. ] Neque hic titulus est in C. A. nec in *Salmat.* Kühn.

73 Ἐπεὶ δὲ ἤλους &c. ] Textus ipse in C. A. ἤλος, ἡλίσκοι καὶ κινδάλοι ὡς φίλων ἢ Ἀπολλ. κινδάλους ε. ζ. ε. Kühn.

74 Κινδάλους ] C. V. κυνδάλους. Kühn.

Κινδάλους ] MS. κυνδάλους per v, ut & supra IX, 120. MS. ubi sic scribendum putavi, & hic quoque putato: vid. & mox. JUNG.

Κινδάλους ] Vulgatam lectionem e MSS. emendavi κυνδάλους enim paxillus, non κινδάλος eadem erat corruptio IX, 120. ubi rem satis clare *Jungermannus* noster ostendit: sed in medium proferte volo, quod aliquando cogitanti mihi super hac re incidit: apud *Suidam* legitur in *Λιβηρίς*: τυφλότερος λιβηρίδος καὶ κινδάλου· ἔστι δὲ εἶδος ὄριου ἀσάρκου καὶ λιπτου· ἄλλως δὲ γυνώτερος· pro τυφλότερος, quod & *Pansino* non latuit ad *Michaelem Apollonium*, γυνώτερος scribendum existimo ea conditione, ut ἄλλως δὲ γυνώτερος deleatur; quod credo lector eruditus apposuit, cum τυφλότερος falsam esse lectionem agnosceret: & notandum vero *Michaelem Apollonium*, qui magna cum cura parcmias e *Suida* excerptis, illud τυφλότερος non habere: κινδάλος avicula quoddam genus novi ex *Hesychio* & *Suida*, κινδάλον non item: neque de eo quicquam reperio apud eos, quos ea de re me docere posse putabam: κίγκυλος tamen avicula quaedam est parva & macerrima, a qua proverbium emanavit πτωχότερος λιβηρίδος ἢ κίγκυλου vel κίγκυλου, cuius ipse *Suidas* meminit in κίγκυλος & κίγκυλος, *Μεναπάρτη* que in *Thaide* usum esse hac parcmia refert, & *Alisan* de *H. Anim.* unde quis restituendum opinetur καὶ κίγκυλον· in eamque viderit inclinasse sententiam *Schottus* ad *Suida* Prov. & huic per me licet qui voluerit assentiat: ego tamen, nam cuique liberum est quod voluerit arbitrari, existimo eam explicationem, ἔστι δὲ εἶδος &c. additam a sciolo quodam, qui κινδάλος & κίγκυλος confundebat; quibus igitur delectis scribe κινδάλου· ut proverbium hoc fuisse dicatur γυνώτερος λιβηρίδος καὶ κινδάλου· paxillo nudior. Ponderis opinioni meae accedit, quod subjiciat *Suidas*: καὶ ἑτέρα παροιμία, γυνώτερος ὑπέρου καὶ λιβηρίδος, sine ulla ὑπέρου expositione: ut scilicet antea γυνώτερος κινδάλου, ita etiam γυνώτερος ὑπέρου, paxillo nudior non dissimili ratione: nos Belgæ hominem vel macie corruptum & tetrum vel pauperimum paxillo seu clavo comparare solemus; quod huic rei momentum facit: an qua probabilitatis specie nostra se conjectura commendat docti lectoris iudicium facio. Sed satis est istius rei. Ἐν δὲ τῇ τοῦ νεῶ ποιήσιν editum fuit ante nos, cum vera sit scriptura γούν· mox Ἀπολλωδωρος, si MSS obsequamur, est rejiciendus, cum illi prae se ferant Θεόδωρος· sed in ipsis istis Codicibus antiquis tamen vulgata lectio est in margine adnotata: & sane difficulter quis discernat, quæ lectio alteri sit anteponenda: *Apollodorus* enim nobilis architectus *Adriani* Cæsaris ætate vixit, cuius facit mentionem *Alianus* *Stratiam* in *Adriano*: ad eumque Magnus *Casaubonus* notat *Dionem* de eo multa narrare: quin etiam *Apollodori* Commentarius extat de oppugnandis urbibus, quem inter *Mechanicos* Auctores Parisi ediderunt: *Apollodorus* Statuarii præstantissimi meminit etiam *Plinius* H. N. lib. XXXIV. cap. 8. sed MSS. tamen lectionem longo intervallo vulgatæ antistare iudico, ut mox ostendam,

cum prius observavero suaviter errasse *Jungermannum* nostrum, qui sibi persuaserit τῶν τοῦ νεῶ ποιήσιν fabulam esse, de cuius auctore vero dubitaverit antiquitas: non ita profecto est: *Philo* & *Theodorus* architecti fuerunt celebres, qui pluribus inventis, quibus ædificandi artem auxisse narratur, famam suam ad posterum propagarunt: *Philonem* vixisse tradunt plurimi: ego Atheniensem illum nobilem architectum intelligo, cuius & *Ausonius* in *Mosella* fecit mentionem v. 302. Non hoc spernas opus *Corymbus aliger*, adu Conditor *Eubœica*, casus quem fingere in auro Conantem *Leucis paiti* pepulere dolores. Non *Philo* *Cecropius*, non qui laudatus ab hoste *Clara Syracosii* traxit certamina belli. Celeberrimum huius est armamentarium Athenis, quod mille capiebat naves, referente *Linsio* H. N. lib. VII, 37. hunc etiam memorat *Cicero* lib. I. de Orat. aliique: sed vide *Doctiss.* *Vitruvium* ad *Ausonii Mosellam*. Superfuit & *Philonis* sed alterius, uti puto, *Βελοποιεύ*· et si enim videantur viri doctissimi in illam sententiam propendere, eundem esse hunc cum Atheniensis *Philone*, multæ tamen sunt dubitandi causæ, quas, ut instituti nostri rationem habeam, hic non commemorabo. *Theodorum* autem quem fuisse dicamus? apud *Pausaniam* equidem pluries memoratum invenio *Theodorum Samium*, ὃς πρῶτος διαχίλις σίδηρον ὑπὲρ καὶ ἀγάλματα ἀπ' αὐτοῦ πλάσσει inter alia *Lacon*. cap. 12. ibidem hic *Theodorus* construxisse narratur *Sciadem*, locum in quo *Lacedæmonii* comitia habebant, quamvis alibi addimet *Pausanias*, nullum huius *Theodori* opus ex ære factum sibi unquam fuisse visum: *Plattices* inventor *Plinio* traditur, cuius hæc sunt H. N. XXXV. c. 12. verba: sunt qui in *Samo* primos omnium *plattices* invenisse *Rhæcum* & *Theodorum* tradunt multo ante *Battidos Corintho pullos*: hinc quoque *Samo* *Theodorum* hunc oriundum fuisse non obscure constat. Hunc tamen *plattices* repertorem *Milesium* esse prodidit *Athenægorus*: sed ut *Theodorum* nostrum *Samium* penitus cognoscas, erudite lector, binos ejusdem *Plinii* adferre locos lubet, eosque inter sese comparate, si forte possint industria nostra resplendescere: primus est lib. XXXIV. c. 8. *Theodorus*, qui *labyrinthum* fecit *Sami*, ipse se ex ære fudit præter similitudinem mirabilem *Sama* magna subtilitatis celebratus: alter lib. XXXVI. cap. 13. de *labyrintho Lemnio*. *Architecti* illum fecere *Zmisus*, & *Rholus* & *Theodorus indigena*. Scribendum in hoc loco *Zmisus*, cuius & apud *Pausaniam* aliofque mentio: tum *Rhæcus*: vidimus enim & supra *Rhæcum* *Theodoro* junxisse *Plinium*: *Rhæcum* *Theodori* parentem dixit *Diodorus Siculus*, a quo *Pausanias* dislenit, ut observat *Dalechampius* ad *Plin.* XXXV, 12. Sed hic qui possit ab errore *Plinius* excusari non video: cum enim de *Lemnio* *labyrintho* agat, *Theodorum* indigenam hoc opus fecisse ait: *Theodorus* certe *Lemnius* non erat, sed, ut multis probatum, *Samius*: priori loco *Sami* *labyrinthum* condidisse refert: de *Samio* *labyrintho* nihil quidem jam succurrit; cogitabam itaque; *Theodorus*, qui *labyrinthum* fecit, *Samius*: vel: qui *labyrinthum* fecit *Lemni*, *Samius*: nisi quis maluerit illam varietatem ex diversis auctoribus, quibus *Plinius* usus fuit, ortam esse: rem alii considerabunt attentius, & si quid super sit tenebrarum discutient: nobis ad *Pollucem* est redeundum. Opus autem ἢ τοῦ νεῶ ποιήσιν an continerit structuram alicujus templi, an vero nomi-



minant. Sed in Templi Poësi, quam aut Philon, aut Apollodorus composuit, scriptum est, Paxillos enim habeant juga singularia. Idem etiam unumque dices, operculum, epithema dolii, lebetis aut pharetrae. In Aristophanis enim Pace scriptum est, Scutum puteo operculi loco commode imponas. Homerus autem inquit,

--- ut quando pharetra imponas operculum.

ήλους ὀνομάζουσι <sup>75</sup> ἐν γούν τῆ τοῦ νεῶ ποιήσει, ἢν ἡ φίλων, <sup>76</sup> ἡ Θεόδωρος συνέθηκε, γέγραπται, <sup>77</sup> Κυνδάλους δὲ ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον <sup>78</sup> Φαίης δ' ἂν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ πῶμα, καὶ ἐπιθήμα, <sup>79</sup> οἷον πίθου, ἡ λέβητος, ἡ Φαρέτρας. <sup>80</sup> ἐν γούν τῆ Ἀριστοφάνους <sup>81</sup> Εἰρήνη γέγραπται, <sup>82</sup> Τῆν δὲ ἀσπίδα ἐπιθήμα τῷ Φρέατι παράθεσ εὐθέως. <sup>83</sup> Ὀμηρος δ' ἔφη,

--- ὡς εἶτε Φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη.

De imaginum figulo, citharædi instrumenti, & ostracini.

<sup>84</sup> Περὶ κοροπλάθου, καὶ τῶν κιθαρωδοῦ σκευῶν, καὶ ἐτι ὀστρακίνων.

Lignum præterea, cui lutum applicant <sup>85</sup> Τὸ μὲν δὲ ξύλον, ᾧ περιπλάττουσι τὸν

nam & rationem excitandi fani, non ego nec quisquam alius facile affirmet; ne tamen nihil hac de re sciamus, facit *Virruvius* *Prolog.* *lib.* VII. *Postea* *Silepius*, inquit, *de Symmetriis Doricorum cædit volumen; de ade funonis, qua est Sami, Dorica Theodorus*: sane hic ipse liber ἢ τοῦ νεῶ ποιήσεσιν dici potuit, quod nemo diffitebitur: sed & *Philonem* eo ipso loco scripsisse narrat *de adium* [*actarum*] *symmetriis*, & *armamentario quod fuerat* (credo legendum *fecerat*) *in Pyrae portu*: qui vero præcise fuerit liber, de quo *Theodorus* esset aut *Philonem* dubitatum est, nostrum non est pronuciare. In loco *Theodori* seu *Philonis* reddidi cum MSS. *Κυνδάλους δὲ ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον*: alibi quid *ζυγὸν* in re technica dicatur, forsitan exponam; eam tamen suspicionem benivolum lectorem celare nequeo, quam de hoc loco concepi, scilicet numerum clavorum excidisse augurabar, sed facili tamen negotio hoc pacto restituendum: *Κυνδάλους δὲ εἰ* (id est, πάντε) *ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον*: præceptum enim hic locus continet; si placeat hæc conjectura nostra operæ tulimus pretium.

<sup>75</sup> *Ἐν δὲ τῆ τοῦ νεῶ π.*] MS. ἐν γούν τῆ τ. SEB. *Ἐν δὲ τῆ τοῦ νεῶ π.*] C. V. νεῶ: templi delineationem composuerunt *Architecti* vel *Philo* vel *Theodorus* vel *Apollodorus*. KÜHN.

*Ἐν δὲ τῆ τοῦ νεῶ π.*] MS. ἐν γούν τ. τοῦ νεῶ & *Seberis* nostri MS. ἐν γού. JUNG.

<sup>76</sup> *H<sup>o</sup> Ἀπολλόδορος*] C. V. Θεόδωρος. KÜHN. *H<sup>o</sup> Ἀπολλόδορος*] MS. ποιήσει, ἢν ἡ φίλων, ἡ Θεόδωρος συνέθηκε. Et ad otam a manu multica: ἄλλως, *Ἀπολλόδορος*. Examinent itaque viri docti, quis hic *Comitæ* fuerit, cui præter *Philonem* ἢ τοῦ νεῶ ποιήσεσιν tribuitur, *Theodorus* an *Apollodorus*. JUNG.

<sup>77</sup> *Κυνδάλους γὰρ ἔχ.*] MS. *κυνδάλους*: vid. supra IX, 120. SEB.

*Κυνδάλους γὰρ ἔχ.*] C. V. *κυνδ. δὲ εἰ*. &c. KÜHN. *Κυνδάλους γὰρ ἔχ.*] MS. *κυνδάλους δὲ ἐχέτω ζυγὸν ἕκαστον* & *Seberis* MS. etiam hic *κυνδάλους* habet, ut etiam ante scribendum diximus. JUNG.

<sup>78</sup> *Φαίης*] C. V. *Φαίης*, quod melius est. KÜHN. *Φαίης*] MS. *Φαίης δ' ἂν* &c. & sic emenda. JUNG. *Φαίης δ' ἂν*] *Φαίης* MSS. uti mox οἷον pro ἡ, quod non inepte ad sensum scripturi *Seberis* inseruerat. In ultimo capite Codicum scripturam, adsentiente *Jungermanno*, adscivi.

<sup>79</sup> *H<sup>o</sup> πίθου*] Pro ἡ C. V. οἷον. KÜHN. *H<sup>o</sup> πίθου*] MS. *nofter*, καὶ ἐπιθήμα οἷον πίθου ἢ λ. & φ. quæ lectio planior, & restitui tuto possit: nisi quod ἐπιθήμα sive ἐπιθήμα, cujus *χρήσις* subjicitur, scribas, perinde esse puto, idque & supra variavit alicubi. JUNG.

JULII POLLUCIS.

<sup>80</sup> *Ἐν γούν*] MS. ἐν γού. JUNG. <sup>81</sup> *Εἰρήνη γέγρα.*] Absunt a C. A. KÜHN. <sup>82</sup> *Τῆν δὲ ἀσπίδα* &c.] C. V. pro τῆν δὲ leg. τῆν γού. postea C. A. ἐπιθήμα, & non habet εὐθέως. KÜHN. *Τῆν δὲ ἀσπίδα* &c.] In verbis *Aristophanis* MS. τῆν γού. ἀσπ. & ἐπιθήμα ut vulgo est: ea hodie in *Aristophanis* *Εἰρήνη* legi non puto. JUNG. <sup>83</sup> *Ὀμηρος δ' ἔφη* &c.] *Odys.* 1, 314. SEB. *Ὀμηρος δ' ἔφη* &c.] C. A. *Ὀμηρος*, ὡς εἶτε *Φαρέτρῃ π. ἐπιθείης*: quod verbum C. V. omittit. KÜHN. *Ὀμηρος δ' ἔφη* &c.] MS. *Ὀμ. δὲ ἔφη*, ὡς εἶτε *Φαρέτρῃ πῶμα*: omisso ἐπιθείης. Et bene *Φαρέτρῃ* emendandaque --- ὡς εἶτε *Φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη*: verba enim *Homeri* *Odys.* 1. sic de *Polyphemo*:

*Δειπνήσας δ' ἄντρον ἐξήλασε πίονα μῆλα  
ῤῥήιδας ἀφίλων θυρῶν μέγαν· αὐτὰρ ἔπειτα  
Ἄψ' ἐπιθήχ' ὡς εἶτε Φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη.* JUNG.

<sup>84</sup> Περὶ κοροπλ. &c.] Titulus non extat in C. A. nec in *Salmasiano*. KÜHN.

<sup>85</sup> Τὸ μὲν δὲ ξ. εἰς ὁ πλέκ. \* τὸ πῖλον] Leg. εἰς ὁ πλάττουσι τὸν πηλόν. SEB.

Τὸ μὲν δὲ ξ. εἰς ὁ πλέκ. \* τὸ πῖλον] C. A. τὸ ξύλον εἰς ὁ &c. C. V. ᾧ περιπλάττουσι τὸν πηλόν οἱ κοροπλάθει, κἀνάβος &c. *Dio auris oris*: οἱ κοροπλάθει τίπὸν τινα παρέχοντες, ὅσῳ ἂν πηλόν εἰς τοῦτο ἐμβάλλωσιν, ὁμοίον τῷ τυφῶ τὸ εἶδος ἀποτελοῦσι. KÜHN.

Τὸ μὲν δὲ ξ. εἰς ὁ πλέκ. \* τὸ πῖλον] MS. *nofter* ξύλον, ᾧ περιπλάττουσιν τὸν πηλόν οἱ κοροπλάθει, κἀνάβος καλ. & ad oram ab alia manu: ἄλλως ᾧ πλέκουσι τὸν πῖλον. Tu priorem lectionem, quam in nostro MS. esse dixi, (nisi quod *κοροπλάθει* habeat) ita reponere non dubitabis. Eadem profus *Hesychius*: *Κἀνάβοι, τὰ ξύλα, περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλάσται τὸν κηρὸν τιβάσιν ὄθεν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἀσαρκεὶ κἀνάβοι λέγονται*. Vidit & *Leopoldus* XI. Em. 8. istud πλέκουσιν vulgatum mendosum esse, emendareque jubet: εἰς ὁ πλάττουσιν τὸν πηλόν sed MS. nostri lectio recte habet: confirmat insuper hanc lectionem, quam restitui jussi ipse *Polluci* supra VII, 164. ubi etiam *κοροπλάθος*, τῶν δὲ *κοροπλάθει* & mox περὶ ὅ δε οἱ τοῦς πηλίνους (sic ibi MS.) πλάττοντες τὸν πηλόν περιτιθέντες πλάττουσιν, τοῦτο τὸ ξυλῶφιον κἀνάβος καλεῖται πηλὸς variis δημιουργοῖς inferviebat, unde apud *Platonem Theætet*ο: *σκληρὸς ὁ τῶν χυτρίων, καὶ πηλὸς ὁ τῶν κοροπλάθει, καὶ πηλὸς ὁ τῶν πλωθυργῶν*. JUNG.

Τὸ μὲν δὲ ξύλον, &c.] Viri natis emunctioris jam dudum absque MSS. novos loci deprehenderant eosque eluere tentaverant: quin etiam *nofter Interpretes*, in cum enim forte fortuna oculus delabitur, videtur quo-



πῆλον οἱ<sup>86</sup> κοροπλάθοι, <sup>87</sup> κάναβος καλεῖται ὁ-  
 θεν καὶ <sup>88</sup> Στράττις ἐν τῷ Κινησίᾳ, τὸν Σαν-  
 imaguncularum fictores, cannabus voca-  
 tur. Unde & Strattis in Venatione, San-

que mendum in hoc loco detexisse, cui ille pro viri-  
 bus in sua versione suppetias tulit: sed non ignorant  
 exercitati in legendis veterum scriptis viri, quanti sit  
 aestimanda, quæ sine MSS. bonis auctoribus opera im-  
 penditur: fieri enim non potest non, ut solis nixi con-  
 jecturis etsi verisimillimis scripsisse labamur: hoc illi  
 lucide sunt experti, qui ad *Aristarchi* lucernam in po-  
 liendis antiquorum & evolvendis chartis lucubrant. Ve-  
 terem scripturam repræsentare non erit inutile: τὸ μὲν  
 δὲ ξύλον, εἰς ὃ πλείουσι τὸ \* πῆλον οἱ κοροπλάθοι, κά-  
 ναβος καλεῖται & paulo post κάναβον καλεῖ sed MSS.  
 & *Hesychius* κάναβος, quorum auctoritati me dedidi  
 lubens: quanquam & alias viri summi *Scaliger* & *Sal-*  
*masius* κάναβον scribere ament: κάναβος apud *Suidam*  
 suo ordine legitur: Κάναβος, inquit, τὸ εἶδωλον, πρὸς  
 ὃ οἱ πλασταὶ καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάτ-  
 τοντες καὶ γράφοντες. *Ἀριστοφάνης*, καὶ ἄλλοι πολλοὶ  
 ex quibus multis oppido pauci sane supersunt: eadem  
 ferme legas in *Ἀπ' ἀπροφυσίῳ λόγους ἐνδικυῖναι* sed ibi  
 posterior *Ἀριστοφάνης* versus ita scribendus. Παντ' ἅπ' ἀ-  
 προφυσίῳ, καὶ ἀπὸ κίναβιμμάτων μετρί causa: non du-  
 bicabile est κάναβον hunc *Suida* eundem esse omnino  
 cum κάναβῳ, etsi parumper in vocis interpretatione a  
 se mutuo discedat: sed illud tanti non est ponderis,  
 ut nos morari debeat: κάναβος enim, cui luterum cir-  
 cumdabant fictores, vere εἶδωλον quoddam & imagun-  
 cula erat: non deerit fortasse, qui *Suidam* hic suspet-  
 tum habeat: & quidni potuerit hic ipsi contingere,  
 quod aliis pluribus in locis, ut, dum viri visio uter  
 codice, malam Lexico scripturam inseruerit eamque  
 non recte sit interpretatus: probum itaque quis credat  
 κάναβον vel κάναβον & καναβύματα unde eleganter  
 & *Comice* ῥήματα ἀπὸ καναβιμμάτων sed hoc quod-  
 cunque æqui lectoris arbitrio permitto, qui mea, si  
 meliora dederit, per me licet refingat. De nostri vero  
*Pollucis* loco luculenter egit Vir Illustriss. *Exech. Span-*  
*hemius* ad *Julianus Casares* pag. 441. ubi sic locum con-  
 sultuit e *C. Vossiano*, uti nos emendavimus. Romanis  
 autem *Sipites* & *Sipa* dicebantur κάναβοι, ut cognos-  
 cere potes e *Festo* in *Sipitores*, ad quem locum vi-  
 dendus Illustr. *Scaliger*, qui κάναβον a Græcis nomi-  
 nari inquit. Κοροπλάθος, quantum memini, non usi-  
 tati solet: itaque κοροπλάθοι, ut & Illustriss. *Span-*  
*hemius*: κοροπλάστης in *Julianus Casares* extat, quod  
 ipsum tamen purioris Atticissimi doctores *Thomas* aliique  
 damnant: a quo primum hæc ars sit reperta invenies  
 apud *Athenagoram* pro Christianis: Ἀπὸ δὲ τῆς Κόρης  
 ἢ κοροπλαστικῆς εὐρέθη, ubi porro historiolum denarrat  
 istius inventionis lectu jucundam, virginem scilicet  
 istam amore juvenis alicujus correptam, figuram illi-  
 us dormientis adumbrasse in pariete, cujus pulchra  
 & mirabili similitudine captus pater Coræ, ducta in pa-  
 riete lineamenta excavavit, lutoque opplevit: imo ve-  
 ro, quod magis est, istius operis exemplar etiam tunc  
 sua ætate Corinthi adservari tradit: sed prætermitten-  
 dum non est, *Suffidium Petri* in MS. Codice legisse  
 κοροπλαστικῆ, idque alteri præferre; a qua quidem sen-  
 tentia non sim alienus: nescio tamen, an & alterum  
 omnino si emovendum & damnandum, siquidem &  
 ἀνδριαντοποιικῆ & similia dicantur; præcipue vero,  
 quia nec castissimi scriptores voce κοροπλάστης uti eru-  
 buerunt, quod nimis forte morose *Thomas* cum aliis  
 improbavit: *Phrynichus* sanequam exactissimus Atti-  
 cæ phræseos censor hujus ne verbo quidem meminit:  
 præterea videntur veteres *Grammatici* censuisse, non  
 omnino similem esse significationem κοροπλάστου &  
 κοροπλάθου, qua de re legi possunt, quæ *Etymologi-*  
*cæ Magnæ* pater adnotavit: distinctum autem superiori lo-  
 co *Athenagoras* κοροπλαστικὴν & πλαστικὴν, cujus ac-

tis incunabula fovisse scribit *Theodorum Milesum*: sed  
 alii tamen illam differentiam neglexerunt, ut *Lucia-*  
*nus* in *Prometheus es in verbis*: καὶ τὸ μὲν ὅλον ἐν πη-  
 λῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἢ πλαστικῆ κατὰ  
 ταῦτα τοῖς κοροπλάθοις: iidem etiam in facetissimi &  
 bene Græci hominis *Lexiphane* πηλοπλάθοι sed lon-  
 gius nos avertit hujus vocabuli cura: redeundum ad  
*Pollucem*. Fere fueram oblitus monuisse in Excerptis  
*Falckenburgianis* pro πῆλον legi πῆλον. Opportune ve-  
 ro & facere *Strattis* Sannyrionem macie confectum  
 & extenuatum κάναβον appellavit; simili modo κο-  
 δάλου. ut supra notabam, & ὑπέρου γυμνόστριος: talia  
 plura possent conferri, si ista res ageretur. De *Strat-*  
*tidis* autem fabulis, & inter eas de *Cinesia*, erudite  
 disputavit & luculenter Vir Summus *Is. Casaubonus* ad  
*Athenaum*: alibi me quoque dixisse quædam memini:  
 fabulam autem hanc imprimis a *Strattide* composi-  
 tam fuisse, ut *Cinesia* impietatem & scelestissimos mo-  
 res vivide depingeret expressis verbis docet *Horrocrat-*  
*is* & pluribus *Athenais* lib. XII. sed, ut fieri so-  
 let, omnia *Strattis* corripuit ad invidiam *Cinesia* faci-  
 endam: corporis igitur tenuitatem & macilentiam fugillavit,  
 aliosque insuper ea occasione adjecit, qui simili de causa in vulgus etant cogniti: *Sannyrionem* eo-  
 rum in numero recensuit & *Alispius* H. V. lib. X. c.  
 6. Εὐωμωδούντο εἰς λεπτότητα Σανυρίων ὁ Κωμωδίας  
 ποιητῆς, καὶ Μέλιτος ὁ Τραγῳδίας ποιητῆς καὶ Κινησίος  
 κυκλίω χειρῶν &c. oculos autem, cum hæc scriberet,  
*Alispius* conjecit in *Aristophanem*, qui eodem ordine  
 numerum horum gracilium in fabula *Gerytade* exposuit,  
 ut ex *Athenao* liquet: sed & aliis hac eadem de re nota-  
 tum video. Tum quam inepte publicabatur autὸ δὲ τὸ  
 πῆλον lectionem a nobis restitutam ferme sic etiam habet  
 Codex *Falckenburgii*, πῆλινοι, & calculo suo comproba-  
 vit dicto loco *Spanhemius*, qui præterea adfert *Dem-*  
*osthenis* verba e *Philipp. I.* ὁσπὴρ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς  
 πῆλινους: quæ & mihi excerpseram: ita *Noster* VII,  
 164. περὶ δὲ ὃ οἱ τοὺς πῆλινους πλάττοντες &c. ubi pro-  
 fecto melius reduxissem istam MSS. lectionem: vulgata  
 tamen scriptio componenda cum *Festo* in *Sipitores*. Hic  
 vero non prætereunda censeo isthæc *Hesychii*: Κανάβιος  
 κηρὸς, ὃ χρῶνται οἱ ἀνδριαντοποιοὶ πρὸς πλάσιν: siqui-  
 dem mihi persuadeam, vocem illam a κάναβος esse de-  
 rivatam. Paulo post ἐναπολείπεται, probante *Jungert-*  
*manno*, longe magis idoneum est ad sententiam.

86 Κοροπλάθοι ] Ita & MS. *Sylb.* κοροπλάθοι fecit in  
 libro suo, quomodo est & apud *Suid.* qui sic vocari  
 ait τοὺς ἐκ πηλοῦ τινος, ἢ κηροῦ, ἢ τοιαύτης τινὸς ὕλης  
 πλάττοντας κόρας, ἢ κούρους. SEB.

87 Κάναβος καλεῖται ] MS. κάναβ. ut supra etiam  
 editum VII. 72. 94. 164. *Hesych.* Κάναβοι, τὰ ξύλα πῆ-  
 ρι ἢ τὸ πρῶτον οἱ πλασται (iidem præced. ibi versu ἀν-  
 δριαντοποιοὶ) τὸν κηρὸν τιθείασιν ὅσιν καὶ οἱ λεπτοὶ καὶ ἀ-  
 σαρκοὶ κάναβοι λέγονται. SEB.

Κάναβος καλεῖται ] *Suid.* κάναβος in ἅπ' ἀπροφυσίῳ  
 καλεῖται non habet C. A. Kühn.

88 Στράττις ἐν τῷ Κινησίᾳ ] C. A. Στράττις omisso ἐν  
 Κινησίᾳ: *Interpr.* ἐν νεπασίῳ; ac si legisset *Κινησιῶν*:  
 rectius lib. IV. c. 23. sect. 2. *Strattis* in *Cinesia*: nempe  
*Cinesie* Poëtæ Dithyrambici corpusculum macie con-  
 fectum & plane junceum *Comico* sale sæpius defrica-  
 tum est. *Aristoph.* in *Ranis*:

Εἰ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ  
 Ἀίρειν αἶραι πιλωγίας ὑπὲρ πλάκα.

Si Cleocritum *Cinesia* alatum daves,  
 Tolleves aura eum mavis super aquora.

Alibi eundem φιλόριον, *esilium*, vocat. *Plato Comi-*



nyrionem, propter maciem, cannabam appellat. Ipsum vero lutum, quod formatas imagunculas cereas ambit: quoniam ad ignis propinquitatem liquefcunt, multisque patet undique foraminibus, ligdus nomi-

νυρίωνα, διὰ τὴν ἰσχυρότητα, <sup>89</sup> κἀνάβον καλεῖ. <sup>90</sup> αὐτὸ δὲ τὸ πῆλινον, ὃ περιέλιθη ταπλασθόντα κήρινα, ἃ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς προσφορὰν τήκεται, καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα <sup>91</sup> ἐναπολείπεται, <sup>92</sup> μίλιγδος καλεῖ-

cus apud Galenum VII. *Hypomnem.* in *Arthrosi.* *Hirpocreas.*

— μετὰ ταῦτα δὲ

Εὐαγέρου ὁ παῖς ἐκ κλειυρίτιδος Κουησίας, Σκελιτὸς, ἄπυος, καλὰ μίνα σκέλη φορῶν, Φθίος προφίτης, ἰσχυρὰς κεκαυμένους Πλείστως ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι.

— postea vero (proditur)

Εναγογα πάτις ἐκ πλειυρίτιδος Κουησίας, Ἀγίλος, sine rupe, εὐνα ἀντιπιδνεα serens, Tabis propheta, crustis ustulatis quam plurimis Ab Euryphonte Medico totum per corpusculum. KÜHN.

89 Κἀνάβον] *Hesych.* Οἱ λεπτοὶ καὶ ἄσκαροι κἀνάβοι λέγονται. *lib.* II. *Ergyram.* *Grac.* σώμα τὸ κἀνάβιον corpus cannabinum: id est, gracillimum, tenuissimum: conf. *Ελισα.* V. H. *lib.* X. *cap.* 6. *Scholium Αἰσθροφ.* KÜHN.

Κἀνάβον] MS. κἀνάβον iterum uno v. quomodo scribere debes: & *κανάβος* hæc excerpens habet & *Cal. Rhodiginus* VIII. *anig.* *Leß.* 19. ubi tamen crasse labitur, explicans *κανάβον* exite lignum piscium *τετραπνα accommodatum*: scilicet vitiosa lectio ei lapsi causam dedit, quod de pileis hic loquatur, cum de luto vel terra sigillata *Noster* agat. JUNG.

90 Αὐτὸ δὲ τὸ πῆλινον] MS. αὐτὸς δὲ ὁ πῆλος, ὃς περ. SEB.

Αὐτὸ δὲ τὸ πῆλινον] C. V. πῆλινον post C. A. ὅπερ εἴληφε &c. KÜHN.

Αὐτὸ δὲ τὸ πῆλινον] Iterum male πῆλον. *Leopardus* emendat: αὐτὸς δὲ ὁ πῆλος ὃς περιέλι. sed non erat tanta mutatione opus, si sequamur *noster* MS. scripturam, quæ hæc est: αὐτὸ δὲ τὸ πῆλινον, ὃ περιέλιθη &c. & tutius sequamur credo: tantum est in bonum Codicem incidisse. JUNG.

91 Εναπιλήπται] MS. ἐναπολείπεται. SEB.

Ἐναπιλήπται] C. V. ἐναπολείπεται. KÜHN.

Ἐναπιλήπται] MS. tam *noster* quam *deberi*: ἐναπολείπεται, quibus accedit & *Salmatiscensis*, adnotante *Schotio*. Et sensus cogat nos hoc ut apud vulgato ἐναπιλήπται reponere. JUNG.

92 \* Μίλιγδος κ.] *Λίγδος*. *Leopard.* *Emend.* *lib.* XI. *cap.* 8. ubi & ex *Al. Dionys.* affectur: *λίγδος*, *χῶνος* τρήματα ἔχων *συναχῆ* vid. *Enstath.* *Iliad.* fol. 1314. item *Hesych.* MS. similiter editus: nisi quod πῆλινον est pro πῆλον. SEB.

\* Μίλιγδος κ.] C. V. μίλιγδος κ. sequitur hæc nota *μῆλιγδος* a *μηλίω*, propter luteum colorem, ut *ruo*, *δίπλα*: sed videtur legendum *λίγδος* vid. *Enstath.* φ. γλ. p. 1314. hæc tamen nota *Vossiana*: sed senarius *Sophocles*, qui statim sequitur, docet integram vocem *μίλιγδος* esse, & per *ἀφαίρειν* *λίγδος*. *Salmus.* C. V. *λίγδος* habuit. KÜHN.

\* Μίλιγδος κ.] MS. μῆλιγδος καλ. infra tamen etiam *μίλιγδος* habet, ut vulgo est. *Leopardus* *λίγδος* ait esse emendandum ex *Al. Dionysio*: *noster* que *Seberus* *Hesychium* & *Enstathium* videvudum esse ait. Et sane illi aperte hoc *λίγδος* vocant. Nescio itaque quid agam, quum alterum *μίλιγδος* tam constanter MS. *noster* retineat. Et in versu *Sophocles*, quem statim indicabo, id quoque non facile in *λίγδος* mutetur. JUNG.

\* Μίλιγδος] *Eratie* igitur in extremo opere cum loco tam molesto consistendum? *Seberus* stelulam huic vocabulo non sine ratione præfixerat, ac si vitiosum

esset vel obscurum. MSS. tamen *μίλιγδος* & *μῆλιγδος* constanter vindicant: analogiam & formandi rationem si consultum eas, nihil ab ea credo præsidii huic voci invenies: sed ulterius est progrediendum, priusquam certi quid hac de re statui possit. *Sophocles* in *Λίχμαλώτοις*. *Salmatus* & *Mensus* in *Sophocle* suo existimantur *Λίχμαλώτοις* debere reponi, contra quos sensit *Casaubonus*, & rectissime, ut jam e MSS. dicimus, qui expresse *Λίχμαλώτοις*: sed in *Tragicis* loco mirum in modum se viri eruditi torserunt: ad textum quod attinet, Codicis *Palatini*, qui omnium nostrorum est fidelissimus, integram lectionem reduxi: ita defædatam, inquis, & inexplicabilem? imo vero: præstat enim MSS. vel maculosam lectionem in textu conspici, quam longe corruptiorem vulgatam retineri: huic autem *χρήσι* operam non translaticiam navavit *Κύβητις* *noster*, in cujus opinione unus & alter forte acquiescet: non itidem ego tamen, cui illud *ὄμματιν* etsi ingeniose erutum oculos pungit: *ὄμματιν* enim vel *ὄμματιεῖσθαι*, si sequimur *Hesychium*, qui hic omnino audiendus, est oculorum damnum pati, quod qui possit probe ad hunc locum accommodari non video: sensus enim loci talis esse proculdubio debet: *clypus crebris perforatus est telis, tanquam ligdus*: itaque superius monuit: καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐναπολείπεται: ut scilicet clarior hinc *Sophocles* loco lux affulget: præterea si vel maxime probari posset *ὄμματιν* significare *oculos habere oculos*, illam tamen loquendi formam *ἀσπίς πυκνὸν ὄμματιν* tam enormem esse & inlicitam nemo non animadvertit, ut *Sophocles* Poëta politissimo & exacto adungi non debeat. Codex *Vossianus* literis claris *ἡμίλιγδος*: quod *Κύβητις* *noster* dum nimis opere ad finem vergente festinat, non fideliter expressit. Eo jam me devenisse sentio, ut de hoc loco quis animi mei sensus sit aperiri viderem: id autem a me quam brevissime fiet ea ratione eaque modellia, qua me semper usum fuisse confido. Primum itaque seu *μίλιγδος* seu *μῆλιγδος* vocem nauci non esse existimo: quanquam enim pro hac lectione MSS. silent, sapius tamen profectus sum eorum tam superfluitiose rationem non esse habendam, ut rationibus etiam validissimis anteponi debeant: quod *Excerptis* V. C. adscriptum est: *μῆλιγδος* a *μηλίω* propter luteum colorem, ut *puto*, *δίπλα*: tanti non est, ut animum eo attendere opera sit pretium: non enim quis *μηλίω* dixerit sed *μηλίω*: quod ipsum etsi non indecore fieri posset, nulla tamen auctoritate vocabulum hoc munimur est: omnibus enim æque est ignota *μῆλιγδος* ac *μίλιγδος*: cum tamen *λίγδος* hac in notione ab *Hesychio*, *Enstathio* aliisque adnotetur: & jam, spero, vitii fontem monstrabimus. In *Sophocles* versiculo bene est quod *λίγδος* reposuerit *Κύβητις*: ipseque huic eruditissimi viri opinioni jam nunc accedo lubens: sed illud *ἔμοδα* versiculi debito pede & modulo referatur vel nobis tacentibus: ego me satisfacturum puto & sententia & verbum legi, si reposuerim:

Ἀσπίς μὲν ἡμῖν λίγδος ὡς πυκνὸν πατεῖ.

Inde enatum est *ἡμίλιγδος*: eadem corruptela Codicis *Falckenburgiani* fragmentum invavit *Segm.* 76. *ἡμισκάθη* pro *ἡμῖν σκάθη*: sic enim ibi legendum firmissime mihi persuadeo: illud *ἡμίλιγδος* librarius, ut error errorem parit, credidit esse *ἡμίλιγδος*, quod, ne *Pollucis* lectio videretur dissentire a versiculo *Sophocleo*, etiam *Anthori* nostro pro *λίγδος* restituit exscriptorum in-



190 ται \* 93 ὄθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη ἐν Αἰχμαλώ-  
τοις, Ἄσπις μὲν 94 ἢ μίλιγδος ὡς, πυκνὸν πατεῖ  
ἐπιπόρπαμα δὲ κιθαρῶδου 95 σκευή, ὡς Πλάτων

natur. \* Unde & Sophocles in Capti-  
vis inquit, Scutum femiligidum, quasi  
densatio quæpiam sit. Fibula quoque,  
Citharædi instrumentum est, ut Plato di-

scitia: hanc esse hujus erroris originem plane non dubito. Sed altera *Sophocleis* carminis pars enodanda superest, πυκνὸν πατεῖ de Kühnii conjectura quid mihi visum sit exposui supra: sed inquis, an aliud aliquid in promptu, quod melius sit? non enim est, ut æquum nobis lectorem speremus, si quævis aliorum dicta cum supercilio rejiciantur: equidem non diffiteor, cum forte versiculi hujus morbum esse, qui medicum me longe peritiorē requirat: sed illum sapientissimum & esse & haberi, qui miscuit utile dulci, vetus est *Horatii* dictum: ubi itaque nullam utilitatem purgato *Tragicæ* versu lectori adferre possum, id forsitan nugis consequatur, ut cum aliqua saltem delectatione & voluptate perfundam: nemini non notum esse potest, plurimam Romanæ linguæ partem originem suam Græciæ referre acceptam: itidem haud opus esse confido, ut multis ostendam apud veteres *Tragicos* *Æschylum* præcipue & *Sophoclem* multas inveniri voces, quæ alibi auctorum frustra quarantur: inter eas pace tua reponam πατεῖν notio popularis & obvia est *culcare*: altera quæ hic locum habere queat ex lingua Latina derivanda venit: *paterere* enim & *patulus* usus sunt tam frequentis, ut ea de re nemo erudiri possit: nec deicit alius etiam color, quo hæc suspicio mea commendatur: ab illo πατώ vel πατάω (diversam enim conjugandi formam habuisse veteres in uno eodemque verbo supra multis alicubi exemplis confirmavi) πατάω, quam *patinam* Romani vocant, descendere videtur: *patina* certe nomen invenit a patula, quam habet, figura: præterea πετάω, & πετάωμι, *extendo*, *expando* familiari commutatione a in s, versaque in activam, ut ajunt, significatione neutra: sic itaque a πατεῖν vel πατάω, *paterere*, ut a σιγῶν, *silās*, *silvā*, *silere*, *labvā*, *latere* &c. hoc si quis mihi concedat, jam sponte natus versiculi sensus patebit: *multis foraminibus pater*: hæc autem qualiacunque nolum, ut quis majoris pretii faciat, quam ipse ego, qui forsitan his scribendis nihil aliud, quam chartam perdidit. Jam totus *Pollucis* locus sic ex opinione nostra refingendus est: καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐναπολείπεται, λίγδος καλεῖται ὄθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη ἐν Αἰχμαλώτοις

Ἄσπις μὲν ἴμοι, λίγδος ὡς, πυκνὸν πατεῖ.

De significatione vocis qui præter *Pollucem* videri possunt, jam indicatur eruditi viri: res est tamen intricata, si quis inter se loca componat; quanquam vero animus non est in eam me disputationem demittere; apponere tamen lubet *Eustathii* verba ad *Odyss.* X. ἴσως δὲ ἐκ τοιούτου τινὸς τρόπου καὶ λίγδος παρ' Αἰλίου Διονυσίου ὁ χῶνος, περὶ οὗ ἐν ἑτέρῳ Ἑλληνικῷ Λεξικῷ γράφεται καὶ ὅτι λίγδος χωνία, ἀλοιφή καὶ λίγδοι, χωνευτήρια, χῶνα, νομισμάτων διατύπωσις: ego, qui λίγδος exponi possit ἀλοιφή, neque enim ignorantiam meam diffiteri velim, plane non capio: nec etiam *Hesychium* tale quid habere video: & profecto ad aliquo jam tempore in istis citationibus suspectum habui *Eustathium*, tanquam si ex memoriæ peni nimis multa depromserit ipsis scriptoribus non inspectis, aut saltem vitiosus usus fuerit exemplaribus: est ubi in hisce Notis nostris istius rei specimina produxi, alibi forsitan ea de re latius acturus: interim eruditi viri rem perpendant. *Hesychius* de λίγδω. Λίγδος, τύπος χωνίας καὶ ἢ θύσια καὶ ἐν ἢ χωνεύουσιν quæ sic ego scripserim, adscitis etiam, quæ placuerunt, aliorum emendationibus: Λίγδος, τύπος, χωνία, ἐν ἢ χωνεύουσιν, καὶ ἢ θύσια de τύπω, & χωνία res est certissima: *μοιτάνιον* ita appellatum non negaverim quidem: sed errasse si quis *Hesychium* statuat ex similitudine λίγδου

& ἴγδος vel ἴγδος, de quo vocabulo supra a nobis est actum, ego non valde obnitur: alter *Hesychii* locus hic est: Λίγδα, ἢ ἀκόνη καὶ ἢ κωνία pro ἀκόνη *Salmastius*, qui diligentissimam *Lexicæ* hujus auctori præstitit operam, χωνία legit, quod non respuo: sed quid fiet altera voce? restituendum opinor χωνία ex *Eustathio*; aut, si, medelam audaciorē adhibere liceat, sic omnia lego: Λίγδα, αἱ χωνίαι, καὶ τὰ χωνία: λίγδος & λίγδον. talia sunt plurima: *Hesych.* χωνευτήριον, χωνίων. quam facile hæc menda se potuerit insinuare, quisque rei *Criticæ* peritus animadvertit. Idem *Lexicographus*: Λίγδου χωνία. εἰ δὲ τὰ λίγδα τῶν ἀργυρίων assentior viris doctis, qui refingunt: Λίγδοι, χωνία &c. sed velim exponi, quæ sint λίγδα ἀργυρίων in *Eustathio* legebamur νομισμάτων διατύπωσις. Id tandem ex re obscurissima certum est λίγδον significare *formam*, in qua cera includitur, ut imaginis figuram induat, *confistorium*, *insundibulum*. Cetera incerta; neque aliquis omnia credo expediet, nisi major lux aliunde affulgeat.

93 ὄθεν καὶ Σ. ἔ. ἰ. Α. Α. ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμα ] MS. ἄσπι. μὲν ἴμοι. H. Steph. leg. ἡμιλίγδος, accepta nimirum μίλιγδος pro vera voce. Σπρ.

ὄθεν καὶ Σ. ἔ. ἰ. Α. Α. ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμα ] Non extat in C. A. C. V. Σοφοκλῆς ἐν αἰχμ.

Ἄσπις μὲν ἴμοι λίγδος ὡς πυκνὸν πατεῖ.

*Clypeus quidem mihi, ut ligdus crebra habet foramina.*

vel crebris biat foraminibus.

*Salm.* V. C. ἄσπις μὲν ἡμίλιγδος, πύκνωμα τι. KÜHN. ὄθεν καὶ Σ. ἔ. ἰ. Α. Α. ἡμίλιγδος, ὡς πύκνωμα ] MS. ἐν αἰχμωαλώτοις & observat *Magnus Casaubonus* VII. *Athen.* 4. Αἰχμωαλώτους *Sophocleis* etiam apud *Hesychium* laudari, ipseque dubitat, an sit diversum drama ab Αἰχμωαλώσειν, quæ passim citantur, quæque & poster *Salmastius* hic reponendas ait. Sequitur ipsa χωνία *Sophocleis* omnino integritas in MS. nostro sic:

Ἄσπις μὲν ἡμίλιγδος ὡς πυκνὸν πατεῖ.

Qui sane integer senatius est, quem tamen ut mutari facile posse non video, ita nec ejus intellectum capio, quem viri eruditi evolvent. JUNG.

94 ἡμίλιγδος ] Versus *Sophocleis* videtur κατὰ τὸν δεύτερον πλοῦν ita legendus:

Ἄσπις μὲν ἴμοι λίγδος ὡς πύκνωμα.

*Clypeus quidem mihi ut ligdus crebras habet oculos.* id est densis passim perforatus est ictibus. *Hesychius* Ὀμματεῖν, παροῦσθαι, ἢ βλάπτεισθαι ita enim locum istum legerem, cum lectio vulgata, Ὀμματεῖς, παροῦς ἢ βλάπτεισθαι, nec caelum nec terram attingat: at si quis senarium *Sophocleis*, ut a nobis restitutus est, conferat cum *Hesychio*, facile intelliget, Ὀμματεῖν significare παροῦσθαι, mutilari, βλάπτεισθαι, dampno affecti, quod ex clypeo ictibus telorum hinc inde perfosso clarum est: nec improbabile est, *Hesychium* respexisse ad locum *Sophocleis*. KÜHN.

95 Σκεῦος, ὡς Πλ. Δ. τίς ἐστὶν καὶ ἐπιπ. ] MS. ὡς Πλ. ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν δότω. τίς ἐστὶν καὶ τοῦ ἐπ. SEB.

Σκεῦος, ὡς Πλ. Δ. τίς ἐστὶν καὶ ἐπιπ. ] C. V. σκευή ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν δότω τὴν κιθάρην τίς ἐστὶν καὶ τοῦ πιπόρπαμα. C. A. vulgaram lectionem retinet, nisi quod legit etiam καὶ τοῦ ἐπιπόρπαμα. At ἀφ' ἱερῶν Πλάτωνος etiam laudatæ *Athenæo* lib. X. c. 13. ubi *Casaub.* & *Nostro* supra lib. VII. cap. 13. sunt autem, *sacerdotes feminae*: ut alius *Comicus* scripsit στρατιώτιδας *feminas milites*: versus *Platonis* est:



cit, Det aliquis intus fibulam. Licet etiam vasa, testacea, & fistilia dicere. In Poëta enim inquit Plato, Miror dolium testaceum, sive ostreaceum librum habentem

ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν, Δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοῦπιπόρπαμα· ἔξεστι δὲ καὶ ἀγγεῖα ὄστρακινα <sup>96</sup> τὰ κεράμια ἢ γήινα εἰπεῖν. <sup>97</sup> ἐν γοῦν τῷ Ποιητῇ Πλάτων Φησὶ, <sup>98</sup> Θαυμάζω τὸν τὴν δὲ πιδάκην πότερον ὄστρακίην ἢ βίβλον ἔχοντ' ἢν

Δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοῦπιπόρπαμα.

*Efferat quis intus citharam & epirogramma.*

id est, *fibulam*. *Hesych.* ἐπιπόρπαμα. Κίθη. Σκίυος, ὡς Πλ. Δ. τις ἐνδ. καὶ ἐπιπ. ] MS. σκίυη, ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν· an itaque σκίυη? sed σκίυος vulgatum non temere mutem: supple tamen drama *Comici*, & scribe: ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν· ut etiam habet MS. *Seberis*: drama etiam supra a *Nolito* laudatum VII, 46. de quo vid. *Casaub.* X. *Athen.* 13. enumerat & *Suidas* in *Comici* ejus dramatum catalogo, quamvis apud eum ἀφ' ἱερῶν edatur. Sed dramatis titulus fuit: αἱ ἀφ' ἱερῶν id est, *mulieres Deo sacre*, vel *mulieres redeuntis a sacris*: ἐπιπορπάματος hujus meminit hinc & *Colvins* Nor. in lib. II. *Florid.* *Apuleji*: ubi Citharadicus status in *Bathylli* statua describitur: suspiraturque etiam eo loco *Apuleji*: *dextera psallentis gestu suo fabulum Cithara admoveat, ceu parata percussere*: ipsa χρῆσις vetero *Platonis Comici* in nostro MS. auctior & ita legitur: Δότω τὴν κιθάραν τις ἔνδοθεν καὶ τοῦπιπόρπαμα· sed τοῦπιπόρπαμα sine dubio voluit scribere, pro τὸ ἐπιπόρπαμα, sicut præcessit: inde potest vulgatus contextus suppleri. *Jung.*

Σκίυος, &c.] Mutilus erat ante nos hic locus, quem MSS. auxilio rediutegravimus: en lectionem veterem: ἐπιπόρπαμα δὲ καθαρθοῦ σκίυος, ὡς Πλάτων, Δότω τις ἔνδοθεν καὶ ἐπιπόρπαμα· quæ sagaci mente expensa sponte sua vitium inveteratum producit. Fabula *Platonis* Αἱ ἀφ' ἱερῶν· varie titulum exponunt viri docti: quid *Casaubonus* ad *Athenam* dixerit, a quovis legi potest: ego elegantissima loquendi formula *scenarum sacrarum operantes* ita existimo a *Platone* dictas: exempla similia non defunt: eodem enim modo οἱ ἀπὸ παιδείας homines eruditi & literis humanioribus excolti appellantur: *Philo Legat.* ad *Cajum* de *Augusto*: Κατὰ τὰς ἐν δέπνῳ συνουσίας οὐ πλείστος χρόνος ἀπαιεῖτο τοῖς ἀπὸ παιδείας: ita loquitur *Lucianus*, *Athenais*, & quivis poliorios: apud *Galenum* memorantur οἱ ἀπὸ πασῶν τῶν λογικῶν τεχνῶν. *Athenagoras* Πρὸς β. οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας: satis ridicule *Interpres*, qui a *philosophia nomen habent*: nec alia ratione intelligendum censet *Xenophonem* εἰς *Ἀγγεῖον*, cum scribit: καὶ ἐκ τῶν ὀπλιτῶν ἐκίλευε τινὰς ἀφ' ἑβης αἰὲν ὁμοῖος αὐτῶν· sed satis est hujus rei; nam & causam istius phrasos hoc loco explicare si conarer, oblivisci me iustituti quis merito diceret: videndus etiam *Menfius* in *Attica Biblioth.* Quam commode veto & scite τὴν κιθάραν & τοῦπιπόρπαμα· sed inquit *Pollux*: ἐπιπόρπαμα δὲ καθαρθοῦ σκίυος. *Interpres*: *Citharadi instrumentum*: quod instrumentum? ineptit more solito: σκίυος hic amiculum exterius, ut sæpe alias, significat: sed MSS. tamen lectionem præferendam esse duxi, etsi *Jungermannus* non bene contentus: σκίυη enim sæpissime amiculum vel vestis exterior: *Hesychius*: Σκίυη, ὄπλις, στολὴ· audi *Emestium* ad *Iliad.* μ. τοῦτο δὲ καθ' ὁμοίωσιν τῆς πόρπης, ἀφ' ἧς καὶ ἐπιπόρπημα κατὰ τοὺς παλαιούς ἢ τῶν κιθαριστῶν ἱστικίς, ἢ οἱ Δωριεῖς ἐπιπόρπημα φασίν· sed ipsos etiam *Atticos* hac *Dorica* vocis forma fuisse utos ex *Polluce* patet: dicitur & ἐπιπορπίην· *Etymolog.* in *Δωριάζειν*. ἱμάτιον μόνον ἐπιπαιτέρα ἐπιπορπημίναι· quæ tamen paululum aliter ab *Emestidis Scholiaste* ad *Hecub.* v. 934. efferuntur: ἱματίδιον ἔχουσαι πεπορπημίνον ἢ ἱκατέρου τῶν ὤμων· quamquam alias ex eodem fonte hausisse videntur: ab hac tamen significatione alia notio probe distinguenda, qua designat ipsius

Pag. 838. n. 69. De *Falckenburgiani* Codicis lectione opinionem meam explicatius declaravi ad libr. X, 136.

Ead. pag. n. 70. Pausonis, cujus a me facta fuit mentio, nobilissimum est inter veteres pictores nomen; sed in ea tamen vixit paupertate, ut fuerit hoc proverbio jactatus, Πάυσανος πτωχότερος meminit ejus rei *Suidas*, ad cujus paræmias in fasciculum collectas *Luciani* emendationem præcepisse animadverto hominem elegantissimi ingenii *Andr. Schottum*, quam *Junio de Pictura Veterum* latuisse mirum est; huic enim cum multi auctores essent citari, qui Pausonem hunc pictorem appellarent, nullus qui Pausonem diceret in promptu fuit, excepto solo *Luciano*, cui in illo loco macula erat adpersa: post *Schottum* illud in *Luciani* editionibus vitium notavit *Schefferus*, & ex eo *Jac. Perizonius* ad *Aliani* H. V. lib. XIV. c. 15, hæc ideo monenda duxi, ne quis existimaret me gloriam ex alieno labore venari, a qua re, si quisquam, maxime abhorreo. Præterea ad *Aliani* locum commode notavit *Doctiss. Perizonius*, uti qui aliquid faciendum locat dicitur ἐκδίδουσι, sic enim *Alianus*; ἀγανακτοῦτος ὄν τοῦ τὸ πινάκιον ἐκδόντος, ita qui conduxit ἐλαμβάνειν ea scilicet ratione loquutus est *Plutarchus*, ἐκλαβὼν γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἵππον ἀλινδοῦμένοιο γράψαι &c. ubi quamquam antea maluerim ἐργολαβῶν, nunc tamen in gratiam redii cum lectione vulgata; ἐκδίδουσι apud eundem reperio in *Vita Demosthenis*: ἐκείνω τὰ τε ταῦτα ποιῆσαι καὶ παρασχῆναι πιντήκοινα ταλάντων ἐξέδικαν.

Pag. 839. n. 78. *Wolffius* & *Amilius Fortus* ad *Suidam* mecum consentiunt in emendandis *Menandri* versiculis.

Ead. pag. n. 83. Conjungenda cum hisce, quæ scripti ad IX, 29. In *Hesychii* loco, utur mea mihi conjectura nondum displiceat, cum seorsim a me sentiente non contendam: ab ea ductum est origine verbum *καπρῶν*, *μαχλῶν*, πρὸς μίξεις ὀργῶν, quod explicuit *Leopard* lib. II. c. 10.

Pag. 842. n. 13. Legenda sunt, quæ scripsi ad lib. IX, 95. ubi a me producta, quæ *Pantinus* ad *Apostolium* e Veteri MS. super hoc loco observavit.

Pag. 851. n. 8. Lege: *lubens*. Ἰττίσται vox difficilis, nec forte sine vitio: quod ad restitutionem loci adferre nobis placuit, *Stephanum* in suo *Theauro* dudum occupasse monuit præclarum eruditionis Græcæ decus *Jac. Gronovius*: alia tamen & plura dedi X, 57.

Pag. 859. n. 86. Scribe *conjecerit*, & bis paulo post *ἢ*.

Pag. 869. n. 87. Post *convincuntur* adde: *Qua in testes de dato testimonio falso insuetuntur*.

Pag. 873. n. 26. Scribe: *merito*.

Ead. pag. n. 65. Lege *αδρον*.

Pag. 883. n. 43. Præstitit cum MSS. legisse: ὁμολογούμενον ἀδικήματος μήνυσις: etsi enim hac voce absente nihil fere damni sensus patiat, fatendum tamen ea adjecta intellectum loci multo faciliorem esse & expeditiorem: præterea μίνυσις pro *delatione* in Attico foro frequens & hic perquam commodum; inde quoque μίνυσις, *delator* in *Gloss. μίνυτρα*, *delationis praxis*, quorum apud *Andocidem* περὶ Μυστηρίων est mentio. Postea in *Etymologi* & *Haypocratonis* verbis ἀπήγοι reformandum judico pro ἰπήγοι.

Pag. 890. n. 6. Dele *max*.

Pag. 900. n. 23. De illa loquendi formula *καταλοῶν* non perfuntorie a nobis ex actum X, 160. ubi & alia ejusmodi sunt explicata.

Pag. 904. n. 74. Lege *Disturi* pro *dici turti*.

Pag. 905. n. 87. *Arundel*. scribe.

Pag. 917. n. 20. De more vetricalia vendendi paulo luculentius egi ad Segm. 132.

Pag. 929. n. 3. Priori loco *potius* delendum est.

Ead. pag. n. 2. *Falckenburgiani* Codicis lectio *ταιρα καὶ αὐται* aliud quid in se videtur continere. quam quod ego conjectavi: obiter hæc mea revolventi succurrit *ταιρα καὶ* forsitan ex *Γεραραι* esse corruptum, eaque ratione titulus is esset in primo positus casu, quemadmodum §. 101. Πάρεδροι in MSS. inveniebantur, atque a nobis sunt restituti: hoc quidem si placuerit, omnis evanescet mutilationis suspicio, in quam me ista Codicis lectione inducitur esse scripti.

Pag. 930. n. 8. De *καυκλήροις* & *καυκρήροις* res est perquam intricata, quæ meo pro mea parte expedire sum conatus: velim tamen eruditiores eo de negotio sedulo cogitare, si quid reperiri possit, quod omnem tollat difficultatem: nos commodiori loco nostram quoque symbolam conferre destinavimus.

Pag. 932. n. 24. *Antiquiore* typi vitio pro *antiquiora* impressum est.

Pag. 933. n. 46. Lege: *Hom. β. vl. 362*.

Pag. 941. n. 97. Scribe: *ne omnium execr. m. facinus non puniretur*.

Pag. 945. n. 38. Inducenda sunt: *Iidem oi ἐπὶ τιμῆν, atque ita emenda in C. V.*

Pag. 947. n. 56. In hac nota bis pro *μυστικῶν* lege *μυστικῶν* vel etiam *περὶ μυστικῶν*, ut *Auctor* Segm. 141. non ineptum quoque foret *μυστικῶν δικῶν δικάζοντες*.

Pag. 948. n. 62. Scribe: *qui a studiis &c.*

Pag. 949. n. 65. Lege: *effusa*.

Pag. 956. n. 19. *Talantiatioi ἔγγυοι*, sponsores dicuntur divites & opibus abundantes: in *Glossis* MSS. *ταλαντιῶν*, *πλούσιος*: vide, quæ notavi ad IX, 35. In *Novis* loco de *Portitoribus* illam emendationem nostram alios etiam occupasse puto: adi ad *Politii. Merceri* Notas. Sed aurem vellit & admonet, ut paulisper subsistamus, *Varronis* locus, cui in extrema adnotatione mea operam dedi: quod mihi pro *bonam* placuisse dixi *cauponam*, rectissime nec sine ratione dictum censeo: sed *Guiselm. Canterus* Vir Doctissimus Nov. Lect. lib. VI. c. 6. in hanc ipsam incidit conjecturam; quod postquam animadverti, non leve opinioni meæ accessisse firmamentum existimavi: miror tamen, cum hæc tam commoda sit & facilis emendatio, cur præ illa *Turnebi* potius conjecturam probaverit *Canterus* legentis *bonam*, quod vas vinarium est longum & amplum: equidem ego *cauponam* numquam rejecero. Porro in optima *Merceri* editione, quæ e Codicibus MSS. est expressa, posterior istius loci pars hunc in modum profertur: *sum portitores erram duxe*: ex quibus etiam sententia non diversa propius tamen ad antiquam scripturam refingo: *sum portitores ara induxe*: forte maluerit quis *portitoris*, cui quidem ego non refragabor: *erra* vero vetustissimus esse scribendi mos, qui etiam in marmoribus antiquis comparet: præterquam quod non raro in libris veterioribus *diphthongus* in simplicem solvatur vocalem & conso-



nam sequentem: sic enim & apud Græcos παράκλιος pro παράκλιος, cujus generis exempla in nostro Polluce non pauca reperiuntur. Denique induxe antiquum est pro induxisse; quemadmodum *Cacilius* in *Synaristosis prospex* apud *Cell. XV. 15.* *Navius* in *Tyrphallo sumptis*. Apud *Varronem* de R. R. *subdux* legitur in antiquis libris, notante *Victorio*, prout apud *Terentium produxe* in *Adelph. Act. IV. Sc. 2.* Opportune vero *induxe*, sic enim etiam *defraudasse*, *oblevisse*: videtur autem illa loquendi formula prisce nitioris: *aliquem vel alicujus ara inducere*.

Pag. 960. n. 53. In Commentatoris *Sophoclei* verbis *μειροχον* est emendandum.

Pag. 962. n. 69. *Ακαρκτη* pulchre scribitur in vulgatis: sic enim apud *Thucydidem* occurrit, ut observavi ad IX, 115.

Pag. 968. n. 27. In versiculo *Phocylidis* legendum *νεύσει*. Doctiss. *Canterus* etiam ad sui libri marginem adscripserat: *επαρισσασθαι. Aristid. 176.*

Pag. 977. n. 42. Male me in hac emendatione sequutum fuisse *Kuhnium*, professus sum ad Segm. hujus libri 129.

Pag. 979. n. 68. In *Hesychii* loco restituendum putato *καταλύσει*.

Pag. 989. n. 76. Leg. *ήλικιώτην*. In textu vero lin. 6. *γυρῶται*.

Pag. 994. n. 37. Eandem emendationem loci *Meursius* adnotavit in *Attica Bibliotheca* lib. II. ubi etiam fabulæ *Dyadis* ex solo meminit *Polluce*.

Pag. 995. n. 50. Non aliter, atque restitimus, apud *Pollucem* legendum existimavit Vir Doctiss. *Joh. Meursius* in *Euripidis* sui *Τημενιδαις* ibique præterea *Alcianum* profert, & *Stobensem*, apud quos ejusdem sit fabulæ mentio.

Pag. 1005. n. 64. Quam vocis rationem posteriori loco dedi, sola haberi debet pro vera; *Ammonius* etiam huic notationi nomen facit: hinc sane *χορευται* pro discipulis adnotantur ab *Auctore Nostro* IV, 44. ad quem locum eruditissime *Jungermannus* noster bene multa concessit et *Platone* loca, in quibus *χορός* de *Schola* usurperetur.

Pag. 1012. n. 26. Lege: *Sed pene Falckenburgiani Codicis mantissam &c.*

Pag. 1013. n. 30. In *Sophoclis* versiculo mihi jam apprime probatur, *ἔδιμε* quod cum legitima metri ratione non pugnat: priorem itaque conjecturam meam facio missam. Sed de *ψαλιστοῖς* myrtilis, quæ eadem hac explicui nota, quædam mihi videntur adjuvanda: consensu ferme in vocis hujus expositione cum *Eruditis*. *Cantero*: neque analogiæ profecto norma contra nostram itat opinionem: cum enim a *ψαλις*, *ψαλίδος*, *forfex*, deducatur commode *ψαλιζειν*, quid nisi etiam ab eodem vocabulo, cum *arcum* vel *cameram* significat *arcuatam ψαλιζειν*, *arcuare*, *fornicare* manare possit? quod si veterum usus ad analogiæ rationem accederet, nulla mihi potior esset *Hierocles* loci explanatio: nunc invitus ferme ab ea sententia divellor: nam, ut dicam, quod res est, mihi quidem videntur antiqui Græci a *ψαλις*, cum *forficem* designat, *ψαλιζειν* formalisse, cum vero *arcum*, *ψαλιδῶν*, ut hoc pacto distinguerent diversæ significationis ab uno nomine deducta verba: apud *Bitonem* certe, qui cum aliis antiquis *Mechanicis* Auctoribus *Paris* prodit, invenio *τραφῆξ* *ἰψαλιδαμένους* *στριμνίας*, & sapius alibi ipsum illud *ψαλιδῶν* quam sibi non inutilem derivandi libertatem cum genitor vocabulorum usus sumserit, remanet, ut *ψαλιστός* sit *forficis acutus*, *decurtatus*, *forficatus*: *arcuatus* enim a *ψαλιδῶν* Græce diceretur *ψαλιδατός*, quod ipsum alicubi me legisse memoria non fallax suggerit: *ψαλιδαμν* certe apud *Strabonem* invenitur: itaque *ψαλιστοῖς* *μυρτινῶν* ab *Hierocle* dicuntur, qui concinnum & elegantem in modum *forficis* sunt *decurtati*: sic enim amputari solent & compesci nimium luxuriantes arborum rami: *rasilia* cum *arulejo mysteria* non invenisse dicere queas: sic enim

in extrema libri de Mundo parte scribit: *acuta pinus, & rasilis buxi & odora laurus*. Sed dudum hæc hominibus *Eruditis* expositio placuit; *Salmasius* enim ad *Hist. Aug. & Pearsonius* in *Prolegomenis* ad *Comment. Hierocl.* in *Aurea Pythag. Carmina* illam tradiderunt & sunt amplexi; qui iidem, quodcumque hac de re ad notari posset, occuparunt.

Pag. 1014. n. 42. *Tetuli* l. *tuli*: forsitan vero & alibi præter meam mentem antiquum illud *tetuli*, cujus usum renovare non decet, irrepfit: sed illud quodcumque vitii utriusque literæ litura facile L. B. emendabit.

Pag. 1016. n. 60. In *Aristophanis* versiculo scribe: *σταθμίσεται*.

Pag. 1017. n. 65. De *Cratetis* *Τολμαῖς* videnda; quæ dixi ad lib. X, 54.

Pag. 1018. n. 78. Ad finem adnotationis meæ bis pro *σεσῆν* substitui præstat *semis*.

Pag. 1021. n. 7. In loro vexatissimo libere meam dixi sententiam; quanquam animus revera in tanta opinio-num diversitate fluctet & distrahatur: secundas curas huic nodo expediendo impendere augustissima, quibus includor, temporis spatia non permittunt: alibi tamen id fiet, cum, Deo favente, uberius & alii quantum accuratius in *Pollucem* commentabor: nec levi me beneficio Lectorem obligaturum existimo; cum literas ab hominibus *Eruditissimis* super hoc loco ad me datas in publicum proferam.

Pag. 1023. n. 13. Pro istis, quæ de *Sofocrate* scripti, hæc melius supponentur: *Sofocratem* huic quo argumento *Comicum* appellent Commentatores nostri, non plane perspicio: de me quidem certe mihi nullum est indicium, ex quo *Comædias* hunc *Sofocratem* edidisse colligi possit: equidem mihi sic persuadeo, eundem esse cum isto *Sofocrate*, cujus *Φιλαδέλφους* laudat *Athenæus* lib. XI. p. 474. Illud autem scriptum quæcumque fuerit argumenti, fabulam tamen non fuisse, liquide, nisi me mea totum fallit imprudentia, scribendi forma a *Comico* stilo alienissima demonstrat: senarii vero iidem ipsi sunt versus, quales & hos esse ex illius *Παρακαταθήκη* bene *Doctissimi Viri* observarunt: res ethicas, quæ ad formandos perlineant mores, in hac sua *παρακαταθήκη* *Sofocratem* exposuisse, non vane quis arbitretur: ab illa materia non certe abhorrent, quæ hic *Pollux* producit: quemadmodum igitur *Epistetus* *ἰν χειρῶν* inscripsit illum libellum, quem nunquam non civis ad manus esse optabat, ne quis temere virtutis desereret locum, sic existimandum est hanc a *Sofocrate* *Παρακαταθήκη* esse nominatam; quo titulo, me judice significaverit, debere Lectores hoc scripto tanquam adipiscendæ virtutis deposito uti. Præterea memoratur in veterum monumentis *Sofocrates Rhodius*, qui literis consignavit philosophorum historiam & successiones: hinc *Diogenes Laertius* τὰς τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς pluries adducit, sed apud eum non raro vitiose fuit exaratum *Σωκράτης*, observante Viro Maximo *I. Casaubono*: ab *Athenæo* citatur τῶν φιλοσόφων διαδοχῆ, cui parem & re & titulo materiam scriptis tradiderat *Sotion Alexandrinus*: non quidem in dubium quisquam vocaverit, quin eidem sint auctori attribuenda *Κρητικά*, quorum ab *Athenæo* facta est mentio: est ubi pro *Creticis Critica* mendose representantur: hujus voluminis primum librum *Suidas* in *Δούλων πόλις*, & ex eo *Michael Apostolius* ad testimonium vocat. Hic vero *Sofocrates Rhodius* an alius fuerit ab eo, cujus sunt *φιλαδέλφοι*, & *Noster* meminit, non plane diducio: credere tamen, spero, licebit, usque dum scèta fuerit hæc lis. Sed vero de *Sofocrate* si polita desideres, adire debes, Lector Benevole, ad egregias *Kusteri* notas in *Suidam* voce *Ῥαδερμῆνθους ἄρκος*.

Pag. 1025. n. 27. *εἰταιρῶν* restinxerat & *Canterus* ad sui Codicis marginem.

Pag. 1026. Discovenire quæ referunt utrique *Aristophanis* Commentatores verissimum est; utramque narrationem ex uno *Aristotelis* loco, cujus rectus al-



terutri sensus ex animo effluerat, esse derivatam per mihi videtur probabile propter rationes a me allatas: si quis in diversam pedibus ierit sententiam, suo id faciet arbitratu, nec nobis valde inuitis. Batti imagine nummos impressos credo nullos hodie extare: reperiuntur tamen, qui ad bovis dimidii figuram Batti nomen adscriptum praeferunt, seu hic veterior ille Batus sit, seu aliquis ex ejus posteris: vide Eruditiss. *Is. Vossium* ad *Mela* lib. I. c. 8. ubi sane, quod gaudeo, ab opinione nostra non abhorret: statuit enim figuram cornutam istius nummi, quem *Salmasius* ad *Solinum* produxit, *Alexandri* esse, aut cuiusdam ex ejus succelloribus. Neminem indignaturum spero, quod *Prolo-*  
*tomaeus* scripserim, cum *Πτολιμαῖος*, Graecis dicantur: nam ita scripsisse in Codicibus antiquis & editionibus emendatissimis exaratur: ut non nesciam *Coniungium* hanc ob causam ab Eruditissimo ejus Adversario male fuisse acceptum. In *Hesychii* loco hac nota hypothetarum vitio legitur ἐγκράχθαι pro ἐγκριχράχθαι pauloque inferius *delineare* pro *delineare*: in *Callimachi* versiculo secundo legendum δῶσον. Sed in *Scholias* veteris loco etsi non sit incommoda mea emendatio, minus tamen nos a vera lectione abfuturos puto, si reponamus τῷ Πτολιμαῖῳ δὲ κῶσι opus enim non est, ut casus praecise concordent.

Pag. 1028. n. 40. Scribe: *Sed vereor, ne hic quidem in p. &c.*

Pag. 1030. n. 53. Τίταρον ἡμιστάτηρον tres sunt stateres cum dimidio, quod saepius in nostris notis docuimus: an τίταρον γιου sic intelligi pro loco possit, itave repererit *Hesychius*, non liquide affirmare habeo: scribendis celeritas obscuritatem offudit iis, quae adnotavi ad haec *Hesychii* verba: Lectorem pleno jure decet arbitrari.

Pag. 1033. n. 65. Legendum in annotationis fine: *πρωβολιμαῖος.*

Pag. 1035. n. 91. Scr. nota.

Pag. 1040 n. 27. Olim fuit fabula *Θισμοφοριαζούσαι* duplex, prima, & secunda, quam *reparatam* seu *reponatam*, *δικτυοσμήνην* vocabant: haec in antiquitatis voragine naufragium fecit; illa tulit aetatem, & in nostris hodieque manibus versatur: ea igitur, quae ex prioribus *Theismophorazusis* a *Gellio* sunt allata, etiam nunc in hac fabula reperiuntur: uberius & non simplici vice ad librum X. eadem res a me est pertractata: haec facile demonstrant, quid mea commiserit imprudentia: scilicet ea omnium est fors, ut quae etiam bene perspecta habemus, animo nec opinantibus effluant.

Pag. 1050. n. 97. Omnem emendati *Hesychii* gloriam cedo Viris Eruditissimis, quos adduxit *Doctiss. Fabricius* Bibl. Gr. p. 518.

Ead. pag. n. 2. Non procul a fine scribe *res certa.*

Pag. 1054. n. 24. Legendum *προκίλευτος*, quod *Doricum* est: *προκίλευτος* enim *Atticus* scripsisset.

Pag. 1059. n. 59. Ἡρακλῆς ἄλ. scr. Ne qua vero sit admiratio, quod *Salmasius* hominis de literis humanioribus optime meriti parum commode in *Epicharmi* versiculis, me iudice, restituentis *αἰ πιττοῦγκιον* opinionem audacter rejecerim atque improbarem: non quidem me fugit hoc ipso capite *Gollucem* scripsisse ἡμίλιτρον aquari sex chalcis: idem etiam alibi tradiderat: sed animum quae Lector eruditus attendat ad *Aristotelis* in *Acragantinorum* republica locum, quem *Gollux* produxit *Segm.* 80. litram summus *Philosophus* aequalem Itavit obolo *Aeginao*, quem decem continuisse chalcos certissimum est: porro *Hesychius* ὄβολον interpretatur τῶν λίτρων ὀβολίς autem assignantur vel sex chalcis vel octo, vel decem, quod fecit *Plinius*: Vide summum *Virum Joh. Freder. Gronovium* ad *Plin.* N. H. lib. XXXII. si uncia itaque responderit chalcos, uti tradit *Pollux*, necesse est litram obolo aequalem non tantum duodecim, sed aliquando decem etiam continuasse uncias: praeterea vero sicut oboli pretium suis diversum nunc decem, nunc octo

χλitimatum chalcis, ita quoque litra habere potuit varios pretii gradus: quin vero, ut ingenue dicam, apud antiquiores nullum invenio documentum, quod constet litram duodecim valuisse chalcos seu uncias, quae sane χλitimatio a recentioribus est recepta, quae omnes duodecim uncias litrae adscribunt: accuratius ea de re dicere conantem & tempus & loci ratio destituit: his autem si satisfacere potuerim isti difficultati, est quod mihi gaudeam, si secus fuerit, aqua Doctorum hominum litura meos expungat errores.

Pag. 1060. n. 62. Scribe: *καὶ γὰρ πάλιν λέγει ἐν Ἀταλαύτῃ.*

Pag. 1061. n. 68. Post *Cholimborum suorum* intere: *aut cuiusdam saltem partis.*

Pag. 1063. n. 76. Scr. *cujus rei veritas est Jung. &c.*

Pag. 1064. n. 78. De *Aglossbene* satis in hac notaluculenter disputavi: sed quaedam obiter adspargenda. In *Hygini* loco *Aglossbenes* claris literis expressum legitur in Codice MS. quem contuli. Illa vero cum scripti, ipsum *Thome Galas* locum non inspexeram, quo postea perfecto deprehendi meae adnotationis pleraque ab Eruditissimo Viro esse occupata: in ceteris autem. *Athenaei* emendatio, quae caput est hujus notae, hominem doctissimum non praeteriit: de *Agathobene* vero parum abest, quin *Galas* sententiae me dedam; ad quod me maxime impellit *Erasthenis*, quem adduxit, locus: quanquam ab altera parte nihil omnino sit rationis, quod magnopere nos credere cogat, non eadem potuisse literis consignari ab *Agathobene* & *Aglossbene*: mox scribe *redeamus.*

Pag. 1076. n. 58. Leg. *Poteris* pro *potueris.*

Pag. 1083. n. 94. In *Euripidis Scholias* per *ψῆφος* vel *ψήφους τῆν πρῆξιαν* intelligendam dixi: nec me praeterit istius expositionis: sed tamen si quis calculatorum ludum designari potius velit, non equidem intercedo.

Pag. 1086. n. 24. In fine: *qua eos suppeditat pro qui.*

Pag. 1096. n. 20. Scripsi mendosam esse lectionem vulgatam *ἐξιδῶτο*: nunc aliter videtur: rectissime quippe *Kühnius* sanabat, ab *ἐξιδῶσαι*: sic ferme *Galenus* posuit lib. I. *Υγιονῶν* ὡς ἂν τις ἀριστα τὰς νόσους ἐξιδῶτο: nihil itaque attinet, cum *Jungermanno* aliam lectionem investigare.

Pag. 1099. n. 54. In constituendo *Pollucis* de *Myinda* loco non inuitis *Musis* me esse versatum opinor: operae tamen pretium feret eruditus Lector, si cognoverit, quae noster *Berglerus* literarum Graecarum scientissimus mecum communicavit: sic enim ille ad me de his *Onomasticographi* verbis *Ego locum illum IX, 113. in nova hac editione feliciter restitutum iudico, omniaque in illo plana esse, si recte capiuntur, volo ostendere: tantum σαφηνείας gratis ita distinguo. Ἡ δὲ μὴν ἡ δὲ μὴν καταμῶν τις Φυλάττου βοῶ, καὶ ὃν ἂν τῶν ὑποφειγόντων λάβῃ, αὐτίκα ἀντικαταμῶν ἀναγκάζει, ἢ μύσαντος κρυφέντας ἀνερευῆ, μέχρι φωνῆς ἢ καὶ μύσας οὐ ἂν τις προσάψῃται, ἢ εἰ τις προσδεῖξῃ, μαντινόμνος λέγει, ἐστ' ἂν τύχη. Haec ego ita accipio Ἐ interpretor: *Myinda* (caeciliudium) vero (est, in qua:) aut oculos quis claudens *Cave* clamat, quemve fugientium prebenderit, sui loco confestim clausis esse oculis cogit: aut eos, qui sese, dum ipse visum sibi obstruibus, commodum occultaverant, tamdiu investigat, quoad deprehenderit: aut visum sibi quis obstruens, quem tetigerit, sive etiam uriolans digito monstraverit, indicat (nominat) usque dum in eum incidat: (eum coniciat.) nominando scil. illum ipsum, quem tetigerat, vel digito monstraverat. Non inepte tamen legas: κρυφέντας ἂν ἐρευῆ. De genitivo absol. sine αὐτοῦ vid. *Segm.* 117. 118.*

Pag. 1115. n. 31. Inter illa duplicis conjugationis exempla, quae ex foedere *Smyrnaeo* proruli, secundum deleri volo, quod minus videatur opportunum.

Pag. 1120. n. 64. Lectionem *Suida* vulgatam *φιλῶν* jam dubito, an mutare sit consultum: videtur





enim non male posse dici φηλοῦν δὲ οἰκίας γρηότων ἀβελτίων· si tamen quis φηλῶν prætulit, interpretabitur potius, *fallens*: integra Lectori iudicandi sit libertas.

Pag. 1121. n. 74. In adnotatione prima scribe *perierunt pro perditum ενερε*.

Pag. 1122. n. 78. *Platonis Ζαντρία*, quas dixi restitutas *Suide*, apud *Hephastionem* adducuntur sine addito tamen altero fabulæ titulo *Κέρωνες*: quanquam vero nihil occurrit, quod hanc me relinquare sententiam cogat, cum illo tamen pugnare non constitui, qui Ζαντίας veram dixerit inscriptionem fabulæ *Platonica*: vide præterea, quæ dico ad Segm. 153.

Pag. 1127. n. 26. Esti *Suidas* illam scribendi formam *πασσυδι* improbaverit, constat tamen sapius apud optimos inveniri scriptores: *Xenophon* *Cyrop.* A. ὁ δὲ *Κύρος ἦν ἐκβοηθῶντας τοὺς ἄλλους πασσυδι*: nec video quibus argumentis hæc legitima profecto scribendi forma debilitari possit, cum similiter in aliis quamplurimis extet. Poëtæ dicunt *πασσυδι*, quod apud *Callimachum* in *Del.* v. 158.

Pag. 1128. n. 36. Forte præstiterit *συνελέγοντο* reponi: rarius enim, ut puto, hanc Atticæ formam in hoc verbo reperias: sed res tanti non est, ut diutius commoremur.

Pag. 1136. n. 26. Scribe *subeingsi*. In fine istius adnotationis lege: *ἔχειργάσαστο* sed in isto *Ctesie* loco necdum illud *ἔχειργάσαστο*, est reponas meam emendationem, satis perfunctum videtur: an forte dixerit *ἔχειργάσαστο*, ut subintelligas *τοῦ βίου*, *seipsum vitam privare*: durius quidem illud apparet, neque succurrit etiam, quod propius ad literas accedat, quam id quod protuli.

Pag. 1150. n. 12. Post *Κάλαξι* adde in Textu *προεπίων*.

Pag. 1151. n. 22. Doctissimus etiam *Canterus* *πλέων* restituit pro *πλέον*. In *Eupolidis* versiculo si *οὐ* extruserit, senarii erit initium legitimis constans pedibus: sed rem totam arbitrio Lectoris concedo.

Pag. 1152. n. 29. *Salmanticensibus* Excerptis debemus *οικητήρια*, quod omnino oportet in textum reponi, ut etiam a me factum est: sed prætereundum non videtur *Eruditiss.* *Canterum* eodem pacto ad libri sui marginem ex ingenio suppleville.

Pag. 1153. n. 34. In *Diphili* verbis *Canterus* olim restituit, uti nos, *δύστην* pro *δύστιν*: in secundo versu ita legendum iudico, *ἐπιώματα τε καὶ Τάργυριδιον* quod forte convenientius ad *Jamborum* legem.

Pag. 1160. n. 81. Doctiss. quoque *Canterus* *κράτιον* emendavit pro *κράτιον*.

Pag. 1166. n. 8. *Antiphani*s extrema perdifficilia sunt: meam emaculandi voluntatem unumquemque laudaturum existimo: si parum feliciter ea res mihi processerit, non tam egomet mihi culpandus videtur, quam quidem consideranda sunt loci tenebræ: certe quæ dixi, jam nunc a me ipso improbantur: *τάσσειν* enim simpliciter apud Græcos raro significationem habet mandandi; sed ea notione potius usurpatur *προστάσσειν*, *ἐπιτάσσειν*: speramus itaque ingeniosiores *Antiphani* adfuturos.

Pag. 1170. n. 34. Pro *Plutonis* repono *Pluti*: reor & alibi me incio hoc irrepisse mendum.

Pag. 1176. n. 91. *Byzantinous*: leg. *Byzantinous*.

Pag. 1180. n. 29. In *Sophoclis* versiculo bona est *Salmantisi* emendatio; servat enim metri jambici præscriptum: quamobrem eam esse probandam censeo.

Pag. 1184. n. 54. Putabam aliqua ratione *Hesychium* ejusque errores excusari posse, si culpæ non minima pars in ejus conferretur notarium, quo forte in colligendis vocibus & excerptendis fuerat usus: sed res incommodo cecidit, siquidem hanc ipse defensionem *Hesychius* infirmit; jactat enim in prologo propria se manu totum illud Lexicon descripsisse, & in ordinem digessisse; quod cum a nobis credi par sit, non indigne feret *Hesychius*, ut cum *Eruditissimis* hominibus etiam credamus, ejus imperitiæ errores plerosque af-

signandos esse, qui in isto deprehenduntur *Lexico*: gratiam vero a re literaria maximam iniet, si quis *Hesychii* recentaret editionem; cujus quidem spem nobis non penitus incertam fecit *Vir Eruditiss.* *Lud. Kusterus*, dummodo non alia negotia, quod nolim, ab hoc cum consilio revocent.

Pag. 1210. n. 20. De flagellis *ἀστραγαλων* videndus etiam *Lipinus* de *Cruce* lib. II. c. 3. quem diligenter posteriores exscripserunt. *Aliani* locum opera nostra, cum illa scriberem, resanuisse censebam: nec forte emendatio nostra vitis eruditiss. displicebit: id tamen adnotare non prætereo, nonnullam mihi subortam esse causam, ob quam illum locum ad accuratius examen revocandum esse iudico: hic autem ut id fiat, nec loci nec mei temporis, quod mihi jam contractissimum est & plurimis impeditum negotiis, ratio patitur: sed hoc tamen alibi me debito exfolvam.

Pag. 1215. n. 52. Produxi meam ego conjecturam, non quod locum ita restitutum existimarem, sed ut vice cuius fungens feliciorum ingenium acutem, & impellerem ad inquirendam lectionem veram: palma in medio posita est, quam, qui optime coniecerit, auferet.

Pag. 1216. n. 62. Scribe: *adherere*.

Pag. 1226. n. 38. In *Antiphani*s versu, qui senarius est, pedes sibi constant, pleni que sunt: quo magis circumspecte in hoc loco est agendum: *Kuhnii* ab *Antiphani*s mente & ipsa veritate non aberravit forte, cum distinctionem ponat post *πρώτων*: sed ego, quod non diffiteor, sensum haud satis capio.

Pag. 1234. n. 88. Puram me lectionem adseruisse puto: cuiuscumque ponderis sit *Φιλοκρίτης*, quod alios pensitare velim, non certe constabitur ex *Hesychii* loco: venit enim in mentem, scribendum potius in *Lexicographo* *Φυλοκρίτης*: sapius ea ratione ab *Hesychio* peccatum: adtipulatur autem huic emendationi ipse *Hesychius*: *Φιλοκρίτην, τὰς Φύλας διακρίτην* & cum maxime *Etymologici* pater, quem vide.

Pag. 1237. n. 7. Præcipua vitii origo, quod *Καρχηδόνια* & *Χαλκηδόνια* sæpe reperiantur confusi, prognata est ex diversa vocis *Καρχηδόνιος* scriptura: ostendit enim ad *Sidonium Apollinarem* *Vir* summus *Jac. Sirmondus* in veterum monumentis & marmoribus *Καρχηδονίου* exarari & *Καρχηδονίου*.

Pag. 1241. n. 30. Leg. *culpantem* &

Pag. 1242. n. 33. *culpat*.

Pag. 1251. n. 89. Leg. *Byzantinous*.

Pag. 1255. n. 14. Hæc scripseram in prima nota, quæ nescio quo pacto sunt rescissa, neque typis representata: Oculos ego forte, dum his animum attendo, in Interpretem conjeci, cujus hominis imprudentiam an ignorantiam magis mirer nondum equidem constitui, qui ad *Pollucem* vertendum ab omni eruditione Græca imparatus accesserit, itaque in ea re se gesserit, ut postea provecior arate rerumque cognitione versionem illam ingenii superbientis abortum fateri sit coactus: in his profecto ut in omnibus se turpiter dedit, cum *Antiphani*s esse verba sentiat: *τὸ δὲ κάναστρα* &c. quod a *Pollucis* consilio abhorretere facile sine MSS. quis animadvertisset: nec sane monuisse ea de re, nisi in hoc eodem erroris luto doctos homines hæsisse intellexerem, quos vitium deceperat Interpretis: attamen non severissime castigandi sunt, aut culpandi, qui, cum MSS. ope fidei destituerentur, in hoc Auctore nostro minus dextre versari potuerunt. Postmodum adductus est a me *Leschis* versiculus e *Tzetze* ad *Lycophrontem*: *ἦνικα νῦξ μὲν ἦν μέση, λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη* si *μέση* induxeris, integer erit versus: sed mihi persuadeo illud *ἦνικα* esse a *Tzetze*s manu, qui parum attentus aut a memoria deceptus illud adiecit: nusquam enim alibi in hoc extat versiculo: de *Lesche* vero & *Iliade* parva adendum etiam *Vir* insignis *Eruditione* & *diligentia* *Joh. Alb. Fabricius* in *Bibliob. Græc.* pag. 280. Porro, quamvis meam de *Κα*



ραμειῶν & Καμίνω conjecturam sine controversia certissimam esse existimem, adjungam tamen inanis loci argumentum pro mea opinione validissimum: *Suidas* inter *Homeri*, quæ enumerat, scripta refert *Κεραμειῶν*, nec in illa enumeratione, quod in primis attendendum videtur, *καμίνου* meminit, cum tamen postea ipsum illud carmen producat: hic primum in *Suida* emendari velim *Κεραμειῶν*, de qua emaculatione neminem equidem dubitaturum puto: deinde facili negotio conficio, *Suidam* *Κεραμειῶν* & *Καμίνου* pro uno eodemque habuisse poemate: hæc autem mea non mediocriter adjuvantur iudicio Doctissimi *Fabricii*, qui *Κάμινος* *Herodoti* & *Κεραμειῶν* *Suida* memoratos non diversum esse carmen censuit: hoc autem est rectissime *Fabricius* pronunciauerit, vera nihilominus videtur emendatio loci Viro præstantissimo latuisse.

Pag. 1262. n. 62. *Cratetis* versiculum, ut cum metri norma non disconueniat, ita compone: Τὰ καρίσκια vel simpliciter *Καρίσκια τῆς κοίτης ὑπάρχει μοι δοκεῖ*.

Pag. 1263. n. 68. Ita lege *Pherecratis* *χρήσιον* -- ἀλλὰ καὶ ἐν κοίταις ταῖς ἐμοῖ (vel ἐμοῦ) Ἀποκείθ' ἄ μέλαρον ἀριστήσιον operari intenteuram puto, si quis ultra hæc nostra quicquam tentauerit.

Pag. 1272. n. 24. A mea quidem emendatione non recedo: sed difficultatem, quam mihi forte quis objiceret, expediam: scilicet in vulgata lectione integros fenarii pedes constare nonnemo mihi opponet, qui tamen legitime non seruentur, si mea sit emaculatio sequenda: sed quæso, ne quid calidiori iudicio statuat: ita si digesseris, nodus hic erat solutus: — τὰ δὲ τήματα Σίζοντα σοι μολύνται —.

Pag. 1279. n. 63. Exercuit nos mirum in modum *Solonis* locus: sed adducta video ad probandam vocem *πειθίς* a me *Hesychii* verba: *Πειθίς*, ἰψήθεις corrumpelam in hæc inuasisse non credo: aperiunt tamen erudito Lectori, quæ in mentem venerit cogitatio: *πειθίς* si pronuncietur ex communi consuetudine Græcorum, eundem ferme reddet sonum, quem *πειθίς* unde forte ita debere scribi, quis colligere velit, de qua re arbitretur Doctus Lector. Facili vero negotio *Solonis* *χρήσιον* in Jambos refingere datur: *Πειθίδα οἱ μὲν κ' ἴγδιν, οἱ δὲ σιάφιον οἱ δὲ ὄζος* — vid. etiam Segm. 131. Posterius nota explicui *Antiphanis* obsecutum locum: sequentioris *χρήσιος* hic ex carminis lege esse debet positus: — τὴν θύσαν ἀγνοεῖς; Τουτίστιν ἡ ἴγδιν.

Pag. 1286. n. 15. *Βατάμιον* in textu jure reposui: corroborabatur enim MSS. auctoritate hæc lectio: sed *κατάμιον* vel *κάταμιον* esse Græcam vocem non bene negavi, cum eam agnouerit *Varro*, indeque *causum* deduxerit: sic enim ille de L. L. lib. IV. a capiendo *causum* nominauerunt; nisi quod *Siculi* dicunt *κάτιον*, ubi *assa* ponebant: quædam exemplaria *κάταμιον* habent, quod a plerisque probatur eruditus: vide *Scaligerum*: itaque & *κάταμιος* vel *κατάμιος* est vocabulum genuinè Græcum, & origo Romani nominis *causinus*.

Pag. 1288. v. 2 & 3. *Canterus* etiam restituit *κοδομαῖς* & *κοδομείῳ* pro vitiosa lectione, quæ omnes ante *Seberum* editiones infederat.

Pag. 1296. n. 7. Iniclectum, quem *Theopompi* loco assignavi, verba Græcæque linguæ consuetudo non respuunt: sed ingeniosum est, quod mihi impertivit elegantissimus noster *Berglerus*, qui pro ipso bello sumit *Ὀβελισκολοχίον* & *ἔξφομα* *χαίρων* *πιπράν* hæc sententia. *Nos autem bona fortuna liberatos a bello, ejusque minims* *est periculis*. Egregium hoc, nisi fallor, & minime spernendum.

Pag. 1303. n. 51. Post *Clementis* verba, καὶ τοὺς γαυνακὰς τοὺς πολυτιμώτους hæc sunt adjungenda, quæ, etsi jam tum, cum ea imprimerentur, literis essent consignata, nescio quæ causa deridenda suppresserit. Progredior ad aperiendam vocis originem, quam e *Persica* debere repeti partim veteres Aucto-

res, partim ipsa res clamant: propius igitur, uti spectro ad fontes accedemus, quam hæctenus accessit quicquam. Apud *Chaldaeos* vocem inuenio Græcæ *γαυνάκιος* quam proximam *גַּוְנָכָא* seu potius *גַּוְנָכָא*. illam adhibuit *Chaldaeus Interpres* 1 *Jud.* IV. v. 18. pro *Hebraeo* nomine *סמ"כ*, quod *ἱπιβόλαιον* apte LXX. Vixi sunt interpretati: operæ pretium est adscribere, quæ ad illum locum *Salomon Jarebis* notat: תירגם יונתן בגונכא. ופירש רב האיי גונכא גלופקרין שקרין קר"ט ופירש רב האיי גונכא גלופקרין שקרין קר"ט scilicet *בל"ע* seu populari sermone, uti declarant *Levi Ben Gersom* & *David Kimchius*: nec aliter *Thalmudicam* vocem *גלופקרין* exponit *Glossa*: nimirum Itali solent appellare vestem quamvis superiorem *Cotta*, aut singularius album religiosorum, quos vocant, indumentum: sed præterire non possum, quin adjiciam *Kimchii* egregie cauacem exponentis locum: תי בגונכא ופירש רבינו האיי ז"ל גלופקרא: הנוקר בכפרי ר"ז קר"ט בל"ע ובערבי גאבי כלשון התרגום והוא כסות עב יוצאים ממנו ציצית מן הצמר סמ"כ. Viden igitur *Hebraeam* vocem *סמ"כ*, cui *Chaldaicum* responderet *גונכא* auctore *Kimchio* designare tegumentum villosum vel *ἀμφιμαλλόν* sed de *Arabica* voce, ipsam illam esse credo, quæ a *Giggeo* & *Golso* scribitur *גג* exponiturque *colobium muliebre*. Ad hoc autem *Chaldaicum* nomen quod adinet, existimo derivatum a Græca voce: ejusmodi enim generis in hac dialecto plurima sunt alia: utriusque autem tam Græci quam Chaldaei vocabuli locus natalis in *Perlia* quaerendus est; neque id a me vano labore fuit factum: apud *Persas* enim *גנאק* & *גנאק* strata vel stragulae dicuntur equorum, vel etiam illa lora, quibus saga corporibus equorum adstringi colligarique solent: si bene memini, notio prior in *Rosario* usurpatur: præterea, notantibus *Lexicographis*, *גנאק* est lorus vel duplex crumena ex *holoserico Damasceno interdistingua*: hæc omnes voces, uti quisque videt, qua scribendi modo, qua significatione sunt affines: cum itaque tam belle cum usitato Græcis vocabulo conueniant, quin vere sint antiquæ, & nominis Græca civitate donati exemplar, non est dubitandum.

Pag. 1304. n. 58. De *Thessalicis* chlamydebis quæ mihi sunt observata; quæque huic ipsi notæ inferi maluissimam, paucis hoc loco complectar. Athenienses τὸ ἱππικὸν ἱμάτιον seu equitum indumentum appellasse *χλαμύδα*, ejusque vocabuli a *Thessalis* usum transulisse, demonstrat noster *Pollux*: quod ideo mihi certissimum apparet, quoniam *Thessalos* chlamydes usurpasse primos non pauci scriptores memoriæ mandent: *Hesychius* in *Ἐτυμολογίᾳ*, sic enim e *Pollucis* nostri lib. VII. c. 13. corrigendum, ita scribit: συνθεσ γὰρ τοῖς Θεσσαλοῖς χλαμυδοφορεῖν: eam ob causam *Eupolis* in *Margia* dixit *ἑσθητικὸν*, nosante *Serphano* in *Θητταλῶν*, pro *Θητταλικὴν χλαμύδα φοροῦμεν* & *Hesychius* ex alio nescio quo auctore: *ἱπιβητικὸν* *σθαι*, *χιχλαμυδοσθαι*. Forma tamen *Thessalicarum* chlamydem videtur fuisse diversa a cæterorum Græcorum chlamydebis, siquidem hæ fuerint rotundæ, illæ vero quadratæ, quapropter vulgo *Θητταλικὰ πτερά* dicebantur: *Hesychius*: *Θητταλικὰ πτερά* τοῦτο εἶρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θεσσαλικὰς χλαμύδας: πτέρυγες δὲ καλοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι, διὰ τὸ εἰκέναι πτερύξιν: quæ prorsus iisdem verbis *Suidam* habet: sed emendandum in eo pro διὰ τὸ πτερύγιον ἔχειν ex *Hesychio* & *Etymologo* διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν: cum his utriusque ad amissim conspirant *Paræmiographi* veteres: de πτέρυξιν vero & γωνίαις vestimentorum opera mihi periret & oleum, si quid conscribere tentarem post insignem *Eruditissimi Salmasti* curam ad *Tertulliani Pullium*: itaque constare arbitror quadratas fuisse chlamydes *Thessalicas*, quippe quæ γωνίαις habuerint seu πτερύγας, quæ in veste quidem rotunda nunquam reperuntur: ostendendum restat, quod apud alios Græciæ incolas chlamydes fuerint rotundæ: ad eam rem testimonio utar *Etymologi Magni* in *χλαμύδα*, ubi dif-



A D D E N D A.

feritatem exponit inter *χλαίνας*, *χλαυίδα* & *χλαμύδα*. *Χλαμύς* δὲ τὸ περιφέρῃς καὶ κυκλοειδὲς τὸ ἐν τῇ συνθεσὶ ἀγαμέμνων σαγομάστιον, ὅπερ φερούσιν οἱ κρηφόροι· idem luculentissime tradit *Αμμιανὺς*, qui scripsisse *Didymum* refert, ὅτι ἡ μὲν *χλαίνα* τετράγωνος ἰμάτιον, ἡ δὲ *χλαμύς* εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω συνήκται· ubi testimonia veterum adsunt tam clara & evidentia, pluribus verbis & argumentis non opus est. *Chlamys* autem primum & proprie fuit dictum vestimentum equestre: nam & *Thessali* rei equestris gloria floruerunt, adeo ut non pauci equorum regundorum artem & peritiam ab ipsis inventam scriptum reliquerint: hinc & Ἰππίου *Nerium* cultus apud eos eximius, qui *Scyphium* & *Ariona* primos, uti ferunt, equos percussa petra produxit, unde protenus in *Thessalia* feracissimus exitit prætantissimorum equorum proventus: a *Thessalis* igitur equitibus ad ceteros Græciæ populos *chlamydam* usus est translatus: deinde vero non in bello tantum & equitantes *chlamydis* amicti fuerunt, sed & in foro, & alias etiam frequenter, quandocumque prodirent in publicum: in *Thessalia* vero cum plurima sint ex Oriente derivanda, quod egregie docuit *Vir* prodigiali eruditione *Samuel Bochartus*, ita quoque non inepte deduxerunt hanc vocem, quæ nullam habere videtur in sermone Græco radicem, ab *Hebræo* צלל, quod pallium, aut vestimentum quodcumque Iarius, ut duplicari possit, designat: *Chaldæis* צללל.

Pag. 1305. n. 70. Post *Grammatici docent* inserere: *Harrocratio*: κυρίως μὲν κελίοντες εἰσὶν οἱ ἰστόποδες, ὡς καὶ παρ' Ἀριστοφάνει δῆλον τῷ *Κωμικῷ*· ἰστόποδες in editione prima & *Manuscriptis* legitur vitiose, nec non apud *Suidam*, quem tamen bene correxit *Amilius Porcius*. *Eustathius* ad *H. A.* χρῆσις δὲ τῶν κελίοντων παρά τι ἄλλοις καὶ παρά Πανσωνίᾳ, ὅς φησιν ὅτι κελίοντες οἱ ἰστόποδες, καὶ τὰ λιπτά καὶ πνευσιδῆ τῶν ξύλων· λέγει δὲ καὶ *Αἰδῖος Διονύσιος*, ὅτι κελίοντες οἱ ἰστόποδες καὶ πάντα τὰ μακρὰ ξύλα· *Etymologus*: Κελίοντες, κυρίως οἱ ἰστόποδες· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ καταπεπηγότα ξύλα, ἃ καὶ σταύρους καλοῦσι· ita scripsit, ac si legisset & ante oculos habuisset *Antiphontis* ab *Harrocratio* citatum locum: ἵνα τοὺς κελίοντας κατέπιξεν· eaque de notione hæc observat *Auctor* excellens: μεταφορικῶς δὲ νῦν ὁ ῥήτωρ λέγει ἀνὰ τὰ ὀρθὰ ξύλα. Non cum his disconveniunt, quæ retulit in *Lexicon Hesychni*, sed illi paulum corrupto suppetias eruditi viti

tulerunt, nisi gravius alat vulnus ille locus. Occurrunt autem κελίοντες apud *Anson*. *Liberalem Metam*. c. 10. καὶ ἐκ τῶν κελίοντων ἰρήνη νίκταρ αὐτῷ καὶ γύλα· ad quæ *Berkelium* vide.

Pag. 1316. n. 65. Nihil in istius fabulæ titulo mutandum puto; *Ὀδυσσεὺς Ναυαγός* rectissime: naufragium enim revera fecisse *Ulyxem* de *Homero* didicimus.

Pag. 1339. n. 46. *Ὀφθαλμῶ* restituit etiam *Cantelus* ad libri sui oram.

Pag. 1372. n. 7. Meam emendationem idco maxime cogor abjicere, quod incommodate videatur metri legibus: sed propter ea, quæ disputavi, mihi non dubium videtur, quin *Pollux* ἴσται illa, qua dixi, significatione protulerit ex *Pherecrate*: de legitimis versiculi pedibus si quis sit sollicitus, non multo labore reperiet: sic modo refinge: Ὁ μὲν ἄν' ὡς ἂν λούμενος προζώνεται. Si quis tamen contentionem non instituam: id tamen in primis mecum facit, quod lotio nulla ratione, quod sciam, ad τὴν παιδοτριβικὴν pertineat.

Pag. 1376. In *Aristophanis* loco præfero lectionem *Codicis Salmastiani* ἐξέτριψε· Itaque scribe — ὁ δ' ἐς τὸ πλιθῖον Γενόμενος ἐξέτριψε —.

Pag. 1387. n. 13. Restituit etiam *Cantelus* σακχρῶντας & πλέκοντας pro vitiosa antiquiorum editionum lectione. Hæc sunt, quæ, dum oculo properante meas adnotationes relegi, corrigenda videbantur & emendanda: fuerat in promptu quædam a me usurpata loquendi formulas, quæ non ab omnibus æque probantur, substitutis usitatoribus delere: sed questum illius operæ nullum animadvertēbam, præcipue si *Lectoris* benevolentia, quod futurum spero, istis talibus ignoverit. In *Præfatione* veto, quod solummodo monendum restat, in istis, qui *Pollucis* nostri fecerunt mentionem, enumeravi *Anthologia Scholiastem* quem melius omissem, cum post *Henricum Stephanum* quisquis ille vixerit: de *Eustathio* vero, quem omnino *Pollucis* non meminisse, sic enim putabam, summo opere mirabar, dubitationem mihi nonnumo fecit, qui nostri *Pollucis* nomen in *Eustathio* se reperisse confirmabat: quin etiam apud *Eruditiss. Fabricium* de *Lexicis Eustathium* inter eos discrete nominati invenio, qui *Pollucis* meminerunt. Itaque me sustinet, dum certius ea de re constet. Vale.

F I N I S.

